PLATINAE HISTORICI LIBER DE VITA CHRISTI: AC PONTIFICVM OMNIVM: QVI HACTENVS DVCENTI ET VIGINTIDVO FVERE.



OBILITATIS MAXIMAM PARTEM DVCI EX HIS maioribus qui clari iustiq; fuere: quiq; ob singularé aliquá uirtutem imperauerunt: nemo est qui ambigat: nisi qui Platonis auctoritatem non adeo probat: cuius quadripertitam de nobilitate diuisionem: quantum ad genus pertinet: christus rex noster cõsecutus est. Quem enim ex gẽtilibus habemus: qui gloria & nomine cum dauid & Salomone: quiq; sapientia & doctrina cum christo ipso conferri merito debeat ac possit? Neminem certe. Nascitur christus ex tribu iuda nobilissima quidem ob uetustatem & imperium inter hebraeos: unde propheta Iacob inquit. Non auferetur sceptrum de tribu iuda quoad uenerit qui mittendus est: is erit prefecto expectatio gẽtium. Quot autem reges uel duces uel pontifices in ea tribu fuerint non attinet dicere: cum libri tum noui: tum ueteris testamenti huius nobilissimae genealogiae mentionem faciát. Verum cum post longissima tempora inter Aristobolum & Hircanum Alexandri regis & pontificis filios orta seditio de principatu esset: tandem Herodi alienigenae regnum iudaeorum a romonis traditur: ex patre enim Idumaeo: & matre arabe natus & iudaeorum legisperitos interfecit & genealogias incendit ad integendam generis sui notam. Cessauit ergo ac merito quidem eorum unctio: hoc est imperium: quia ex Danielis sententia sanctus sanctorũ uenerat: quem Maria uirgo angelo ãnunciante ex spiritu sancto cõcaepit: & peperit ĩ betheleẽ iudae: Cyrino tum Siriae praeside ãno ab urbe condita septingentesimo quiquagesimo secundo: ĩperii uero Augusti caesaris: qui tũ orbi ĩperitabat ãno quadragesimo secundo. Imperiũ enim a Caio caesare: tũ propinquitatis: tum haereditatis iure accipiẽs: uel potius pulsis: ac interfectis parricidis tyrannisq; rempu. usurpare conantibus monarchiam orbis terrarum in meliorem formam redigens: suis temporibus miram foelicitatem prestitit. Nam pacatis rebus tum externis: tum domesticis tanto in honore nõ solum apud suos: uerum etiam apud exteros reges fuit: ut eius nomine ciuitates cõderent: quas Sebastas uel caesareas appellarunt. Venere etiam multi reges ad urbem uisendi hominis causa: quos ita comiter: & perbenigne suscaepit: ut ex amicis sibi amicissimos redderet. Cum ciuibus autem suis humanissime uixit: in delinquentes Clemẽs: erga amicos liberalissimus est habitus: in comparandis amicis rarus: in retinendis cõstantissimus. Liberalium artium adeo studiosus fuit: ut nullus pene laberet dies in quo nõ legeret aliquid: aut scriberet: aut declamaret. Ingenio & doctrina Salustii: Liuii: Virgilii: Oratii Asinii pollionis: Messalae Coruini oratoris insignis delectatus est: quorum scriptis etiã eius res gestae ĩmortalitati commendatae sunt. Vrbem romã ita exornauit: ut gloriatus sit se urbem lateritiam inuenisse: marmoream relinquere. Hãc foelicitatẽ quae (ne mẽtiar) magna fuit: maiorem certe reddidit saluberrimo ortu suo christus rex noster. Intercessere autem a creatione mũdi usq; ad hunc foelicissimum natalem diem ãni quinquemillia centum & nonaginta nouem. Nascit puer sine dolore matris: quippe qui diuinus erat: non humanus partus: unde mater integra statim surrexit: & infantẽ de more pannis inuoluit. E taberna autem meritoria in transtyberina regione ex terra oleum erupit: ut ait Eusebius: fluxitq; toto die sine interuallo christi gratiam gentibus ostendens. Narrat Orosius Augustum caesarem eadem die mandasse: ne quis se dominum deinceps uocaret. Diuinãtem credo uerum principem orbis terrarum ac mũdi totius natũ esse. Idẽ quoq; mãdauit: ut in orbe romano omniũ hominũ capita cẽsu notarẽtur: ac si maiori pricipi rationẽ gubernati ĩperii aliquãdo redditurus eẽt. Hunc autẽ censui Cyrinum uirum consularem ex senatusconsulto praefecit. Pax praeterea & quies tanta fuit cum domi tum foris quanta unq̃ antea. Hunc enim iustitiae: & pacis regem prophetae appellarunt. Defertur autem octaua die ad templum circuncisior

a ii



causa:neq; enim uenerat abrogare legem:sed ad implere. Erat autem circuncisio testa-
menti signum inter deum & homines:ut ait Augustinus. Die uero tertiodecimo ado-
ratur a magis:& muneribus donatur: qui ex oriente hierosolymam eius rei causa uene-
rant. Magos enim quidam orientales populi reges suos:& sapientes appellant. Ne uero
legem moiseos pretermittere uideretur: mater purificationem sumptura: licet inta-
cta & incorrupta lustratione minime indigeret: puerum ad templum defert. Hunc
autem Simæon uir iustus & singularis religionis in ulnis retinens diuino numine affla-
tus regem suum:& saluatorem profitetur:unde iesus christus appellatus est. Nam iesus
nomē saluatoris ē. christus uero qui regis mystico illo chrismate unctus:quo reges oēs:
Messias hebraice dicitur. Vt enim romani imperatores purpura:sic hebræorum reges
unguento cæteris insigniores habebantur. Idem facit anna spiritu prophetico incitata
Quid de christo senserint sibillæ:non est cur scribamus:cum omnes fere eius salubet-
rimum aduentum prædixerint. Celebrata hac lustratione recognitoq; iure primogeni
orum secundum legem diuinam in nazaret patriam rediere ciuitatem Galileæ: ubi p
quietem Ioseph existimatus christi pater ab angelo admonetur:ut fugiens in ægyptum
puerum secum & matrem deferat. Futurū enī paulo post nisi id fecerit:ut Herodes pu-
erum occideret. Verum id agere tunc quod destinauerat homo crudelissimus non po-
tuit:a filiis enim ob sæuitiam accusatus:romam ad causam dicendam proficiscitur: q
simulata concordia in prouinciam rediens: Aristobolum & Alexandrum filios adole-
scentes quidem ægregios:& doctos quippe:qui apud cæsarem augustum fuerant edu-
cati in cæsarea laqueo peremit. Ad necem deinde puerorum conuersus homo regnan-
di cupidus:q; natum esse alterum regem iudæorum a prophetis intellexerat: omnes q
tum in Betheelem erant:& finibus suis a bimatu & infra occidi iubet secundum tem-
pus quod a magis exquisierat:nec filio proprio eius ætatis parcit. Vnde ferunt augustū
cæsarem crudelitatem hominis detestatum hoc dixisse: Maluissem herodis porcus
esse q̄ filius. Iudæi enim ex lege non modo degustare:sed tangere etiam suillam carnē
A. C. prohibentur:quare fit ut neq; eos alant neq; comedant:hanc ob rem in porcos clemē-
7. tes dicuntur. Ioseph autem septennio in ægypto cōmoratus:ubi herodem tyrānū tabo
& sacro igne mortuū ītellexit:hierosolymā cū puero ꝓficiscit̄:nec diu ibi īmoratus: qđ
Archelaum herodis filiū regnare intellexerat in partes Galileæ alterius īperio obtēpe-
rantes:secessit & Nazaret ciuitatem incoluit:unde puer Nazareni nomen sumpsit. Dū
autem in ægypto esset cecidere (ut Hieronymus ait) deorum omnium simulacra:cessa-
runt oracula:& mors quorūdam dæmonum subsecuta est ex uaticinio prophetæ. Ec-
ce inquit leuem nubē conscendet:& mouebuntur simulacra ægypti ab eius cōspectu:
12. & cor ægypti in eius medio rabescet. Annum uero duodecimum agens hierosolymam
cum parentibus de more ad diem festum celebrandum ꝓficiscitur. Hi uero postea per-
acto sacro abeuntes cum puerum subsequi non uiderent:solicitudine pleni ad templū
redeunt:eumque doctores sciscitātem offendunt:quid maxime adolescentem deceret.
Supra ætatem enim sapiebat:quia (ut euangelista ait) dei gratia & uirtus in illo erat. Pa-
rentes deinde bene monentes secutus in patriam reuertitur. Quid uero ægerit ī hac
ætate usq; ad trigesimum annum:quo a Iohāne Zachariæ filio aqua baptizatus est di
cere pretermittam:cum non solum euangelia & epistolæ rebus a se optime ac sanctis-
sime gestis plenæ sint:uerum etiam eorꝫ libri:qui ab eius uita moribus & īstitutis ab-
orruere. Flauius ille Iosephus qui lingua græca antiquitatem iudaicam uiginti libris cō
scripsit cum ad Tyberii principis imperium uenisset:fuit īquit eisdem temporibus ie-
sus uir quidem sapiens:si tamen uirum eum nominare fas est. Erat enim mirabilium
operum effector:ac hominum doctor:eorum maxime qui quæ uera sunt libēter audi-
uit:hanc ob rem multos tum ex iudæis:tum ex gentibus sibi adiunxit: christus hic
erat. Hunc autem cum Pilatus a principibus nostræ gentis instigatus in crucem agen-
dū censuisset:non tamen ii deseruere qui eum ab initio dilexerāt. Eisdem præterea die
tertio post mortem uiuus apparuit:quemadmodum diuinitus inspirati prophetæ &
& alia de eo innumerabilia miracula futura esse prædixere. Perseuerat & usque in

hodiernũ diem celebre christianorum nomen ab ipso sumptum:perseuerat & genus. Idem quoque Iosephus Iohannem baptistam uerum prophetam; & ob eam rem ab omnibus in precio habitũ iussu herodis magni herodis filii pauloante mortem christi cæsum fuisse affirmat in castello Macherunta:non quod sibi & regno timeret(ut idem ait)sed quod Herodiadem Agrippæ sororem ac Philippi fratris uiri optimi uxorem i̇ncestis nuptiis sibi coniunxerat.Hic est ille Iohãnes:quo nemo maior inter natos mulierum fuit saluatoris nostri sententia.Interficitur & christus uerus dei filius:ueritatis iustiiciæ pietatis religionis assertor anno decimooctauo Tyberii cæsaris:ætatis uero suæ anno trigesimotertio:& eo magis qđ ei uita propagara est:ab octauo calendas ianuarii usq; ad octauum calendas aprilis:quo die concæptus in uirginis utero est de spiritu sãcto. Accusatus a iudæis:ꝙ sabbatis nõ uacaret:saluti hoĩum quouis tpe cõsulens:& qđ baptissimũ circũcisioni anteferret:& ꝙ abstinẽtiã suillæ carnis auferret:quibus ĩ rebus iudaicæ religiõis sacramẽta cõsisterẽt.Cædis autẽ tã nephariæ etiã cœli ipsi signa dedere.Nã & solis tanta defectio facta est hora sexta diei:ut & dies in obscurã noctem uersus sit.& Bithynia etiam licet multum a hierosolymis distet terremotu cõcussa:& multa Nicenæ urbis ædificia corruere:& uelum tẽpli qđ separabat duo tabernacula scissũ: audita & uox ex adyto templi hierosolymitani.trãsmigremus ciues ex his sedibus. Admonitus Tyberius a Pilato de christi morte ac dogmate ad senatum rettulit: censuitq; christum in deos referendum ac templo honorandũ.Fieri id nõ modo senatus uetuit: quod non ad se prius:sed ad Tyberium scripsisset Pilatus:uerum etiam pellendos urbe tota christianos censuit.Proposita sunt accusatoribus præmia.quos Tyberius a tanto scelere minis & morte prohibuit.Auctores autem tam nepharii parricidii pœnas dedere.Nam & Iudas laqueo uitã finiuit:& Pilatus maximis calamitatibus uexatus sibi manum iniecit:licet sint qui scribant eum scæleris pœnituisse ac ueniam a deo meritum. Iudæi autem amissa libertate iusti sanguinis meritas poenas adhuc luunt.Hæc sunt fere quæ de uita christi regis ac pontificis nostri q̃ breuissime scribenda censui: quo & mihi facilior aditus ad opus mente concæptum daretur:& legentibus gratior fieret lectio:quæ tanq̃ irriguus fons ab imperatore christianorum in pontifices Romanos per ordinem usq; ad tempora Sixti quarti deriuaretur.

A. C. 33

PETRVS

POST christi mortem & resurrectionem completis iam diebus pentecostes spiritũ sãctum accepere discipuli:quo imbuti uariis linguis res gestas summi dei locuti sunt & si pleriq; eorum sine ulla eruditione sint habiti: maxime uero Petrus & Iohãnes.Eorum autem uita ad utilitatem communem respiciebat: nil proprii habebant:quicquid ante pedes eorum ob religionem ponebatur:id totum uel partiebantur inter se ad commoda naturæ uel pauperibus erogabant. Ii uero prouincias partiti sũt Thomas Parthos sortitus est:Matthæus æthiopiam: Bartolomæus i̇ndiam citeriorem:Andreas Scythiam:Iohannes Asiam:unde & apud Ephesum cõmoratus post longos labores & diutinas solicitudines e medio sublatus est.Petro autem prĩcipi apostolorũ põtus Galatia:Bithynia:Cappadocia obtigit.Is enim natiõe galilæus ex Bethsaide ciuitate Iohãnis filius Andreæ apostoli frater: primus sedit annis septem in episcopali sede apud Antiochiam Tyberii tẽpore:qui Augusti priuignus & hæres: annis uigintitribus uarie imperauit. Neq; enim ĩter malos omnino; neq; inter bonos principes numerari potest.In homine fuit multa litteratura & grauis eloquẽtia:bella per se nũquam:sed per legatos gessit: tumultus exortos prudenter suppressit.Multos reges ad se blanditiis euocatos nunquam remisit: maxime uero Archelaũ Cappadocem cuius regnum in prouinciam uertit.Multos senatores proscripsit:quosdam etiam interfecit: magnis quoq; suppliciis ab eodem necatur.C.Asinius gallus orator Asinii Polionis filius.Moritur & Vocienus montanus narbonẽsis orator ĩ balearibus:eo enĩ relegatus a Tyberio fuerat.Fratrem quoq; Drusum ueneno eius iussu necatum tradũt hi. Hac tamen moderatiõe usus est:ut publicanis quibusdam & presidibus proui

genda esse uectigalia dicentibus responderit: boni pastoris esse tondere pecus non deglutire. Mortuo Tyberio. C. Claudius cognométo Callicula a Castrési loco ducto imperiú occupat. Filius ení Drusi augusti cæsaris priuigni & ipsius Tyberii nepos habebatur: homo omnium scælestissimus. Nil enim uel domi uel foris strennue gessit. Auaricia omnia expilauit: tantæ libidinis fuit: ut etiam sororibus stuprum intulerit. Tantæ crudelitatis: ut sæpius exclamasse dicatur: utinam populus romanus unam ceruicem haberet: exules quoque omnes interfici iussit. Nam cum unum ab exilio reuocasset: quæreretq; quid potissimum exules optarent: cum ille imprudenter respondisset: mortem principis omnes passim sustulit. De côditione temporum suorum sæpe etiá questus est: quod nullis calamitatibus publicis insignirentur: uelut Tyberii tempora: quibus obtrita ferunt ad uiginti millia hominum casu theatri apud Tarracinam. Ita autem Virgilii & Liuii gloriæ inuidit: ut paulum abfuerit: quin eorum scripta & imagines ex omnibus bibliothecis amoueret: quorum alterum ut nullius ingenii minimæq; doctrinæ: alterum ut uerbosum in historia negligentemq; carpebat. Dicebat Senecam harenam esse sine calce. Præterea uero Agrippam herodis regis filium a Tyberio in carcere coniæctum liberat: & regem iudeæ facit. q Herodem accusauerit: ipsum autem herodem perpetuo exilio Lugdunum relegat. Seipsum uero in deos transfert: imagines in templo hierosolymitano collocat. Postremo autem a suis tandem necatur: imperii anno tertio: mense decimo. Duo libelli i scriptis eius reperti sút: quorum alteri pugio: alteri gladius p signo erat impressus. Ambo lectissimorum uiro℞ utriusq; ordinis senatoru & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & ingens arca uariorum uenenorum: quibus mox Claudio cæsare iubente demersis in secta maria traduntur. non sine magno piscium interitu quos euectos in proxima littora passim æstus eiæcit. Libuit hæc hominum monstra perscribere. quo facilius appareret deum uix potuisse tum retineri ab excidio orbis terrarum mundiq; totius: nisi & filiú misisset: & apostolos quorum sanguine humanú genus Lycaonem imitatú ab iterum redimeretur. Ho℞ itaq; téporibus fuit Petrus ille. qué his uerbis christus allocutus é: Beatus es Simon bariona: quia caro & sanguis nó reuelauit tibi: sed pater meus q i cœlis est. & tu es Petrus & sup hanc petrá ædificabo ecclesiá meá: ac tibi dabo claues regni cœlestis potestatéq; ligádi & soluendi. Is uero oíum diligétissimus ubi Asiaticas ecclesias satis cófirmasset: cófutatis eo℞ opinionibus; qui circúcisioné approbabát: secúdo Claudii anno in itáliá uenit. Claudius enim. C. Calliculæ patruus: qué nepos in ludibrium reseruauerat imperium accipiés: qnitus ab augusto Britaniá: quam neq; ante Iulium cæsarem neq; post eum quisq̃ attingere ausus est in deditionem accæpit. Orchadas insulas romano adiecit imperio: iudæos tumultuantes roma expulit: cópressit & seditiones in iudæa a quibusdam pseudo prophetis concitatas. Obtrita etiam sunt trigita millia iudæorum in portis hierosolymitani templi azimorum diebus: Cumano eius iussu pcurante iudæam. Laboratum eodem quoq; tempore annonæ caritate ubiq; est; Agabo propheta tantam calamitatem prædicente. Ab externo hoste securus perfecit aquæductum: cuius ruinas apud lateranum cernimus a Caio incohatum. Emittere quoq; Fucinú lacum est aggressus: non minus cópendii spe q̃ gloriæ: cú quidam priuato sumptu emissurum se pollicerentur: si sibi siccati agri cócederentur. Per tria autem passuum millia partim effosso monte partim exciso cuniculum ægre absoluit: post undecim annos; triginta milibus hoíum ibi sine intermissione elaborátibus. Portú quoq; ostiensem adhuc cum admiratione intuemur extruxit: ducto dextra leuaq; brachio ad coercendos maris fluctus. Messalina uxore cóiuncta probri & interfecta: Agrippinam Germanici fratris sui filiam contra ius fasq; ducit uxorem: a qua postea imperii quartodecimo anno boletis ueneno illitis necatur. Petrus itaque Romam caput orbis terrarum tunc uenit: & quod hanc sedæm pontificali dignitati conuenientem cernebat: & profectum intellexerat Simonem magum samaritanum quendam; qui præstigiis eo erroris iam deduxerat populum romanum: ut deus crederetur Romæ etiam statuam adæptus erat íter duos pontes positum: ac latinis litteris sic scriptú. Simoni

ni deo sancto.Hic dum in Samaria esset:tam diu se credere in christum simulauit:quo
ad baptismum a Philoppo uno ex septem diaconis acciperet:quo quidem postea i ma-
lam partem utens multarum hæresum fundamenta iæcit cum Selene impudica mulie-
re;quam sceleris sociá habuit.Prouocare Petrum miraculis morte pueri homo nepha-
rius ausus est:quem eius carmina primo mouere uisa sunt : uerú cum postea nihilomi-
nus puer iaceret in nomine iesu Petro iubente surrexit. Hanc ob ré indignatus Simon
uidente populo se uolatuꝝ ex Capitolino monte in Auentinum pollicet.si Petrus sub-
sequi uellet:ea ratione dignosci posse:uter ipsorú sanctior haberet & deo carior . Cú iá
uolaret rogatu Petri ad cœlum manum tendentis ac rogantis deum:ne deludi magicis
artibus tantum populú sineret:Simon decidit ac crus infregit.cuius dolore nõ ita mul-
to post Aritiæ mortuus est.Ná eo post tantam ignomiiniá delatus a suis fuerat.Hinc Si-
moniaci hæretici originé habent : qui donú spiritus sancti emere ac uendere cõsueuis-
sent quiq; affirmabant creaturá nõ a deo esse:sed ex superna quadá uirtute pueníre.Cõ-
uersus deinde ad propagádú uerbum dei Petrus sermone & exemplo rogatur a roma-
nis:ut Iohanni cognomento Marco eius in baptismate filio conscribendi euangelii ne-
gocium tradat . Probata náq; erat eius uita probati mores.Is enim(ut Hieronymus ait)
in israel sacerdotiú agens secundú carnem leuita : idest additus uel appositus ad christi
fidé conuersus in italia euágeliú scripsit:ostédés qd generi suo deberet & christo. Extát
eius euangelia testimonio Petri comprobata.Deinde uero in ægyptú missus(ut ait Phi
lo iudæus)scriptor egregius:ubi docẽdo & scribendo Alexandrinam ecclesiam optime
cõstituisset:doctrina ac moribus insignis:octauo Neronis anno Alexádriæ moritur &
sepelitur:in locúq; demortui Anianus sufficitur. Anno uero ante morit.& Iacobus co-
gnomento iustus domini frater.Ná ex Ioseph & alia uxore natus erat:uel(ut alii uolút)
ex sorore Mariæ christi matris.Hic enim(ut Hegesippus ait)apostoloꝝ temporibus ui-
cinus in utero matris sanctus fuit:uinum & sicerá non bibit:nil carnis degustauit unq̃:
intonsus nec balneo nec unguento usus est:uestibus lineis tantúmodo indutus. Sancta
sanctorum ingressus:ita assidue flexis genibus pro salute populi orabat : ut eius genua
camelorum more occalluerít . Verum abeunte ex iudæa festo ipsius prouinciæ guber-
natore priusq̃ ei Albinus succederet:Pontifex Auanus Auani filius compellens publi-
ce Iacobum christum dei filium negare recusantem lapidibus obrui iussit : qui cú præ-
ceps de pinna tépli deiæctus eét semiuiuus adhuc : & manus ad cœlú tédens pro ꝑsecu
toribus oraret:fuste quo fullones utunt tandé necat.Refert auté Iosephus hunc tantæ
sanctitatis fuisse:ut propter eius necem publice creditum sit Hierosolymá esse subuer-
sam.Hic est ille Iacobus cui dominus post resurrectionem apparuit : cuiq; panem bene-
dicens ac frangens dixit:mi frater comede pané tuú:quia filius hominis e morte resur-
rexit.Annis uero triginta hierosolymitanæ ecclesiæ præfuit : idest usq; ad septimú Ne-
ronis annum.Cuius sepulchrum iuxta templum unde deiæctus fuerat cú titulo. Hadri
ani temporibus adhuc extabat.Mortuum quoq; Barnabam Cypriú qui Ioseph leuites
cognominatus est ante Petri martyrium cõstat.Hic enim cum Paulo gentiú apostolus
electus:unam tantú epistolam ad ecclesiam pertinenté conscripsit : licet ea quoq; inter
apocryphas scripturas habeatur.Dissentiens item a Paulo ob Marú discipulú in Cyprú
ꝓficiscitur Marco comite:ubi christi fidem prædicans martyrio coronat.Paulus autem
qui antea Saulus dicebat ex tribu Beniamin & oppido iudeæ giscalis originé ducebat:
quo a romanis bello capto cú parentibus suis tharsum Ciliciæ cõmigrauit: inde hiero-
solymá ob studia legis missus a Gamaliele uiro doctissimo eruditur . Accæptis deinde
epistolis a põtifice templi eos ꝑsequés:qui christú uerum deum eé profiterent : Stepha-
ni protomartyris neci interfuit.At uero cum Damascú pergeret spiritu diuino ad fidé
cõpulsus:uas electionis uocari meruit:noméq; a Paulo ꝓconsule Cypri accæpit ; quem
prædicatione ad fidem redægerat. Vna deinde cú Barnaba multis urbibus ꝑagratis hie
rosolymá rediens:a Petro:Iohanne:Iacoboq; gentium apostolus eligit. Hic autem post
christi mortem anno uigesimoquinto:idest Neroniani imperii secundo eodem tépore
quo Festus procurator iudeæ Fœlici successit romá uinctus:Plutharchus cõcaptus co-

mitás:ut ciuis romanus mittitur:ubi biennio in satis libera custodia manens:cũ iudæ-
is quotidie disputabat. Dimissus tandẽ a Nerone & prædicauit multa & scripsit. Extãt
& eius decẽ ac quattuor epistolæ:ad romanos una:ad Corĩthios duæ:ad Galathas una
ad Ephesios una:ad philippenses una : ad Colossenses una:ad Thessalonicenses duæ :
ad Timotheum duæ : una ad Titum : ad Philæmonem altera quæ ad hebræos eius
nomine fertur : incerta habebatur propter stili sermonisq; differentiam. Erant eti-
am:qui hanc & Lucæ: & Barnabæ : & Clementi ascriberent. Scripsit & Petrus duas
epistolas:quæ canonicæ nominantur. Secunda a plerisq; eius esse negatur:q᷑ a stilo pri-
mæ dissideat. Verum quia pluribus intentus esse non poterat:cum orationi & prædi-
cationi uacaret:duos episcopos ordinauit:Linum.s.& Cletũ:qui sacerdotale ministeri-
um romano populo & aduenis bene sentientibus exhiberent. His rebus intentus uir sã
ctissimus:tantum nominis sibi apud omnes comparauerat:ut iam fere pro deo colere-
tur. Hanc ob rem indignatus Nero mortem hominis quærere:unde petrus monẽtibus
amicis ad declinandam inuidiam & iram principis uia Appia ab urbe discedens ad pri-
mum lapidem christo (ut uerbis Hegessippi utar) fit obuiam:quem quidem adorãs ro-
gat:domine quo uenis? Tum christus:Romam iterum crucifigi. Extat sacellũ eo loco:
ubi hæc uerba sũt habita. Tum Petrus de martyrio sui ipsius dictum existimans:quod
in se christus passurus uideretur ad urbem redit:ac statim Clementem episcopũ cõse-
crat eiq; cathedram & ecclesiã dei cõmendat his uerbis:Eãdem ego tibi ptãtem ligãdi
& absoluendi trado:quam mihi christus reliquit. Spretis ac contemptis rebus omibus:
tum corporis:tum fortunæ oratione & predicatione saluti hominum:ut bonũ pasto-
rem decet cõsule. Cum hæc autem ita disposuisset:non multopost unã cum Paulo ius-
A. C. 70
su Neronis necatur:ultimo eius anno diuersis tamen cruciatibus. Petrus enim cruci
affigitur capite in terram uerso:eleuatisq; ĩ sublime pedibus:ita enim uoluit:quod dice
ret se indignum esse:qui mortem saluatoris imitaretur. Sepultus est autem ĩ Vaticano
uia aurelia secus ortos Neronis:non longe a uia triumphali:quæ ad Apollinis templum
ducit. Sedit autem annis uigintiquinque. Paulus uero eodem die capite multatus:fune
ratur uia ostensi: anno post mortem christi trigesimoseptimo. Hoc idem approbat Ca-
ius historicus in proculum quendam cataphrygum disputans. Ego ĩquit trophæa apo-
stoloꝝ habeo quæ ostendam:siue enim uia regali pergas:quæ ad Vaticanum ducit: si-
ue ostiensi trophæa eoꝝ inuenies:qui hanc stabiliuere ecclesiam: duo certe fuere:Pe-
trus & Paulus. Præterea uero ĩ eisdem Neronianis ortis multi cineres sanctorum mar
tyrum reconditi sunt. Nã cũ ĩcẽdium tẽpore Neronis a Cliuo scauri ad exquilias : usq;
sex diebus uagatum:multas fortunas ciuium consumpsisset:ac oĩs culpa principi ascri-
beretur. Ipse (ut ait Cornelius tacitus)abolẽdo rumori intentus falsos testes suborna-
uit:qui id factum a christianis causarẽtur. Vnde tot capti & interfecti sunt: ut ex eorũ
cadaueribus per aliquot noctes lumine continuata dicant᷑. Sunt tamen qui dicant illud
incendium ab eo excitatum fuisse:uel ut Troiæ ardentis similitudinem cerneret uel
offensus deformitate ueterum ædificiorum : & angustiis flexibusq; uicorum homo
libidinosus intemperans sæuus & auunculo Callicula omnibus in rebus nequior ac
sceleratior. Nam & magnam partem senatus interfecit:& turpiter in scæna uidentibus
oĩbus cecinit ac saltauit. Tantæ præterea luxuriæ fuit:ut frigidis lauaret᷑ unguẽtis:reti-
busq; aureis piscaret᷑:quæ attrahere funibus purpureis cõsueuerat. Hæc oĩa uicia prĩci-
pio ĩperii sui ita occultauit:ut bonã spẽ oĩbus præ se ferret. Nã cũ admoneret᷑:ut ĩ sup-
plicio cuiusdã capite dãnati ex more subscriberet.q̃ uellẽ inquit nescire litteras: splen-
dide tamen cum in urbe:tum foris ædificauit. Nã & thermas suo noĩe romæ:& domũ
aureã:& porticũ trium miliũ passuum mira celeritate perfecit:& portum Ancii quem
ego nuper mira cum uoluptate inspexi sumptuosissimis operis extruxit. Ad sæuitiam
eius redeo qua in Senecã præceptorẽ in.M. Anneum Lucanum poetã egregiũ ĩ matrẽ
agrippinã.in uxorem Octauiã:in cornutum philosophũ præceptorem Persei : quem ĩ
exilium ægit:in pisonem:in omnes deniq; qui aliquo ĩ precio apud ciues suos erãt usus
ẽ. Tãdem uero populi romani irã & odiũ ita in se cõcitauit:ut ad poenas quæsitus q̃ di-

ligētissime sit. Quæ tales ꝑfecto erát: ut uinctus in publicum sub furca duceret: & uirgis usq; ad necé cæsus in tyberim ꝓiceretur. Verum is fugiens ad quartum miliariū in suburbano liberti sui inter Salariam & Nomentanam uiam semetipsum interfecit: ætatis suæ anno trigesimosecundo: imperii uero quartodecimo.

LINVS.

LINVS natione tuscus patre Herculaneo: ab ultimo Neronis áno usq; ad Vespasiani tépora peruenit: a cōsulatu Saturnini & Scipionis usq; ad Capitoné & ruffum consules. Hoc auté iteruallo imperarūt: sed breui tépore: Galba: Otto: Vitellius. Galba. n. uir antiquissimæ nobilitatis í hiberia: íperator a militibus creatus: ubi Neronis morté cōperit: romá confestim uenit. Verum cum oés auaritia ac segnitia offenderet: insidiis Ottonis romæ ad lacum curtii iugulatur: septimo imperii sui mense cú Pisone nobilissimo adolescente: qué in filium per adoptioné suscæperat. Vir certe fuit uita priuata insignis militaribus ac domesticis in rebus. Sæpe tamen consul sæpe proconsul: frequenter dux fuit grauissimus bellis. Hunc ut laudem facit Marci Fabii Quintiliani doctrina. quem secum Galba ex hispania romam duxit. Otto uero materno genere q̃ paterno nobilior. uita priuata mollis: quippe qui Neronis familiaris fuerat inter tumultus (ut dixi) cædesq; inuasit imperium. Cú autem ciuile bellum cōtra Vitellium in germania imperatorem creatum molitus tribus leuibus prælus superior fuisset: uno ad alpes: alio apud Placentiam: tertio ad Castorem: quarto apud Bebriacum superatur; unde rerum desperatione sibimet manum iniecit imperii sui mense tertio. At Vitellius familia magis honorata q̃ nobili romá uenies: ac imperio potitus in oém nequiciam sæuitiam & ingluuiem prolapsus est. Nam tátæ uoracitatis fuit: ut & sæpius in die comederet: & una cœna suo iussu duo milia piscii: & septem milia auium apposita sint. Verũ ubi comperit Vespasianú apud iudæá palestinæ ab exercitu imperatorem creatum cú legionibus aduentare: primum deponere imperium cōstituit: postea uero a quibusdam animatus sumptis armis Sabinum Vespasiani fratrem cum Flauianis in capitolium compulit: quo quidem succenso oés concremati sunt. Quare superueniente Vespasiano cum nullū ueniæ locum sibi reliquisset e cella palacii. in qua delituerat turpissime tractus per uiam sacrá: nudus ad scalas gemonias ducitur: ubi excarnificatus in tyberim proiicitur. Hoc itaq; tépore Linus fuit Petri successor. Sunt q̃ húc locum Clementi ascribant: & Linum ac Cletum pretermittant: quos non solum historia: uerum etiam Hieronymi auctoritas reprehendit. Quartus inquit post Petrum romæ episcopus Clemens fuit; siquidem Linus secundus; Cletus tertius sunt habiti: tá & si latinorú pleriq; post Petrum statim clementem numerent: quem certe constat (tantæ modestiæ fuit) coegisse Linum ac Cletum ante se munus pōtificatus obire; ne posteris hæc principatus ambitio perniciosi exempli haberet: licet eidem Petrus quasi ex testamento successionis locú tradiderit. Linus uero ex mandato Petri cōstituit: nequa mulier nisi uelato capite templú ingrederet. Præterea uero ex sacris ordinibus bis in urbe habitis presbyteros decem & octo: episcopos undecim creat. Scripsit & res gestas Petri: maxime uero eius cōtentioné cum Simone mago. Huius auté temporibus fuit Philo iudæus natione Alexandrinus. qui multa ita eleganter & grauiter scripsit: ut dictú merito sit: aut Plato philonem sequit: aut Platonem Philo. Is auté sua doctrina & elegantia Appionis temeritaté contra iudæos ab Alexandrinis missam compescuit: Romæ uero imperante Claudio consuetudiné cú Petro habuit. Inde multa de laudibus christianorum cōscripsit. Iosephus quoq; Mathiæ filius: & hierosolymis sacerdos a Vespasiano captus: ac cú Tito filio tantisper relictus: donec hierosolymæ caperent: Romá uenies iudaicæ captiuitatis libros septem patri ac filio obtulit Lini pontificatu: qui etiá in Bibliothecá publicam repositi sunt: & auctor ipse ob ingenii gloriam statua ac merito certe donatus est. Scripsit & alios uigintiquattuor antiquitatú libros: a principio mundi usq; ad quartúdecimú Domitiani cæsaris annum. Linus auté cú sanctitate: & moribus í precio haberet: dæmones fugaret: & mortuos in uita reduceret: a Saturnino consule: cuius filiam a dæmonibus liberauerat capitali; supplicio afficit: sepeliturq; í Vaticano iuxta

A. C.

81. Petri corpus die undecimo calendas octobris:cũ sedisset in pontificatu annos undecĩ: menses tres:dies duodecim. Sunt qui scribãt Gregoriũ episcopũ ostiensem corpus sanctissimi põtificis ostiã:ex uoto transtulisse & ĩ tẽplo diui Laurẽtii magnifice collocasse.

CLETVS.

CLETVS patria romanus:de regione Vicopatritii patre Aemyliano adhortãte Clemente pontificatus onus ĩuitus suscepit:licet doctrina moribus & dignitate plurimum apud suos ualeret. Fuit autem temporibus Vespasiani & Titi a consulatu Vespasiani septimo & Domitiani quinto usq; ad Domitianũ & Rufũ consules:ut Damasus scribit. Vespasianus enim(ut antea dixi) Vitellio successit: bellũq; iudaicum biennio ante protractũ:Tito filio commẽdauit: quod quidem biennio post cõstantissime absoluit. Nã capta iudæa euersis hierosolymis; tẽploque solo æquato ad sexcenta milia hominum interfecta referunt:licet Iosephus iudæus eo bello captus: ac uita donatus:quod & mortem Neronis & Vespasianũ imperatorem breui futurũ predixerat:undecies centena milia ferro ac fame:eo bello perisse scribat.captaque ad centum millia.ac publice uenundata. Nec id uero dissonũ uideri:cũ referat azimorum dies tum fuisse quo tempore ex omni iudæa hierosolymã tanq̃ ĩ publicum carcerem:tũ uel maxime die phase:quo christũ occiderunt;sunt profecti daturi pœnas.& frequentis contra populũ romanum defectionis:& sceleris atq; perfidiæ:qua christũ innocentem peremere. Deuictis itaq; iudæis triumpharunt pater & filius eodẽ curru uecti:subsequẽte Domitiano equo albo insidente. Extant adhuc in uia noua huius triũphi monimenta apparent insculpta candelebra:apparent tabulæ ueteris legis e templo ablatæ: & ĩ triumphũ ductæ. hac etiam in uictos humanitate usus:ut omnes qui ex familia dauid superfuissent uelut ex regia stirpe conquisitos in precio habuerit. Idẽ quoq; ĩperio semp modestissime usus est. Tantæ enim lenitatis & clementiæ fuit:ut reos etiam maiestatis uerbis tantum castigatos dimitteret. petulantium & loquacium dicta contẽneret:offẽsarum & inimicitiarum immemor. colligendæq; tamẽ pecuniæq; nimium studiosus habitus est.licet ex alieno non raperet:eis denique pecuniis ad liberalitatem & magnificẽtiam uteretur. Nam & templum pacis foro proximũ diui Claudii cæptum perfecit: & amphitheatrum cuius patrem cum admiratione adhuc cernimus incohauit. Virtutem autem Titi filii tanti semper fecit:ut tumultuantibus quibusdam ob cupiditatem imperandi dixerit;aut neminem aut filium imperio potiturum.& merito quidem cũ ob uirtutem & integritatem animi:Titus amor & deliciæ humani generis haberetur. Nam & eloquentissimus in pace: & fortissimus in bello & clementissimus in delinquentes est habitus ita comis & liberalis:ut nulli quicq̃ negaret. Hoc cum reprehenderent amici respõdisse fertur: Neminem a uultu pricipis tristem discedere oportet. Addidit & illud recordatus q̃ nihil cuiquã muneri dedisset:amici diem perdidi. Nemo ante se magnificentia maior fuit absoluto:atq; dedicato amphiteatro thermisq; edita uenatione ferarum quinq; millium. Reuocauit etiam ab exilio Musonium rufium philosophum insignem.& Asconii pediani uiri doctissimi familiaritate delectatus est. Periit autem ãno imperii sui secundo:delatusq; ad sepulchrum est publico luctu:ac si parente orbati oẽs essent. Sunt autem qui scribãt anno secundo Vespasiani qui annis decem imperiũ optinuit Cletum lino successisse. Vtcũq; sit constat Cletũ uirum optimũ ac sanctissimũ fuisse.nihilq; pretermisisse.quod ad augendã ecclesiam dei pertineret. Huius autẽ temporibus fuit Lucas medicus antiochensis græci sermonis apprime doctus: Pauli apostoli imitator:& omnis peregrinationis eius comes ac socius. Scripsit autem euãgeliũ quod a paulo laudat̃. Vnde merito euangeliũ illud:suum esse Paulus dicit. Apostolorũ uero res gestas quẽadmodũ uiderat conscripsit. Vixit annos octuaginta tres:uxorem habuit in bithynia:sepultus est constantinopoli:ad quam urbem.xx. constantii anno eius ossa cum reliquiis Andreæ apostoli de Achaia translata sunt. Philippus quoq; eadem tempestate ex Scythia quam uiginti annis in fide:exemplo.predicatione retinuit:in Asiam tẽdiens hierosolymis moritur. Cletus autem cum ecclesiam dei optime pro tempore cõstituisset:redactis in ordinem ex mandato Petri uiginti quinq; presbyteris sub Domi-

A. C. 94.

tiano martyrio coronatur: ac sepelitur apud beati Petri corpus in Vaticano quinto calendas maii. Affecti & alii multi martyrio: inter quos est habita & Flauia domicilia Flauii clementis consulis ex sorore neptis in insulam pontiam relegata. quia christianam se fassa est. Sedit autem Cletus annis duodecim: mense uno. diebus undecim. Sedes autem huius morte diebus. xx. uacat.

CLEMENS.

CLEMENS patria Romanus de regione Celii mōtis: patre Faustino Domitiani tpibus fuit: qui ab Augusto nonus Tito successit: Nerōi aut Calliculæ similior: q̃ patri Vespasiano aut fratri: moderatior tamē primis ānis ē habitus. Mox in ingentia uicia prupit. libidinis: desidie: iracūdiæ. crudelitatis: qbus criminibus tantū odii i se cōcitauit: ut pene patris ac fratris nomen aboleuerit. Multos aūt ex nobilitate interfecit plærosq; in exilium misit: eoq; in loco trucidari iussit. Tantæ uero desidiæ fuit: ut in cubiculo solus muscas preacuto stilo configeret: unde quidam prodiens interrogatus esse ne quispiam cum cæsare? Respondit per iocum: ne musca quidem. Eo præterea dementiæ & iactātiæ uenit: ut se dominum ac deum uocari scribi coliq; iusserit. Hic autem secundus post Neronem christianos persequitur. Exquiri quoque quæstionibus & tormentis genus Dauid inter iudæos mandauit: conquisitūq; funditus perdi ac deleri. Tandem uero diuina superueniente ultione in palatio a suis interficitur anno imperii quītodecimo. Huius uero cadauer p uespilones delatum ignominiose sepelitur. Philix enim in suburbano suo latina uia illud funerauit. Clemens autē quartus (ut dixi) tum erat Romæ post Petrum episcopus: nam Linus secundus est habitus: tertius Cletus: tam & si plerique latinorum secundum post Petrum putauerit Clementem fuisse: quod etiam epistola ad Iacobum hierosolymitanū episcopum plane significat. Simon Petrus ubi finem uitæ suæ adesse sensit in corona fratrum positus: appræhensā manu mea: hunc īquit urbis episcopum constituo: qui mihi in rebus omnibus postea quam Romam ueni comes fuit. Sub terfugiebam ego tātum onus: tum ille tibi tantūmodo consules populum dei in fluctibus ambulantem deseres: cum periclitāti subuenire possis. Verum hic omnium modestissimus (ut dixi) Linum & Cletum spōte sibi in tanto honore prætulit. Scripsit item Romanæ ecclesiæ nomine ad Corinthios epistolam quidem putilē nec characteri epistolæ differentē: quæ sub Pauli noīe ad hebræos fert̃. Legit̃ hæc publice a nōnullis: extat & secūda eius noīe: quā ueteres non adeo probarūt. Disputationē quoq; Petri & Appionis longo tpe ab eodē cōscriptā Eusebius in tertio historiæ suæ uolumine coarguit. Peruenisse aūt ad hæc usq; tēpora Iohannem apostolū constat Zebedei filium Iacobi fratrem. Hic uero omnium nouissimus euangelium scripsit ac ea confirmauit: quæ a Mattheo: Marco: Luca cōscripta fuerant. Ferūt & id ob eā rē a Iohāne postremo factum: quo Ebionitarū dogma consurgēs īfringeret: qui asserebāt & impudēter quidē christū ante Mariā nō fuisse. eius enī diuinā naturā Iohānes explicat. Scripsit & alia multa: tū uero Apocalypsim relegatus a Domitiano ī Pathmon īsulam: quo postea īteremptō: & actis eius ob nimiā crudelitatē a senatu rescissis īperāte Neruia Ephesum rediit: ibiq; usq; ad Traianū principē cōsilio & scriptis ecclesias Asiæ sustentans senio confectus sexagesimooctauo post passionē christi in domino quieuit anno. Clemens aūt pietate religione: doctrina multos ad fidē christi quottidie traducebat. Quam ob rem. P. Tarquinius sacrorum princeps cum Mamertino urbis præfecto Traianum in christianos concitat. Cuius imperio in insulam Clemens deportatur: ubi ad duo milia christianorum ad secanda marmora dānatorum inuenit. Dum ibi uero aquæ penuria laboraretur: quam sexto miliario repetebant: Clemens collem haud longe positum conscendens: agnū uidit sub cuius dextro pede fons diuinitus abundantē aquam scaturiebat: qua quidem & recreati oēs sūt: & multi ad fidē christi cōuersi. Hanc ob rē motus Traianus ex satellibus suis quosdā mittit: qui Clementē ī mare pucerēt: alligata ad collū anchora: cuius sacratissimū corpus nō ita multo post ad littus delatū ē. atq; eo loci sepultū extructo tēplo: unde fons

A. C.
103

diuinitus emanauerat. Hoc autẽ factũ narrat decimonono calendas decẽbris: anno ter
tio Traiani principis. Sedẽ uero Petri retinens annis nouẽ: mensibus duobus: diebus de
cem: & regiones septẽ notariis diuisit: qui diligenter res gestas martyrũ scriberẽt. & ha-
bitis quoq; de more sacris ordinibus decẽbri mense presbyteros decẽ: diaconos duos:
episcopos quindecim creat. Eius autẽ in morte dies .xxii. sedes uacat.

ANACLETVS

ANACLETVS natione græcus patria Atheniẽsis Antiocho patre natus Cle-
menti succedit: Neruæ Traiani tẽporibus. Nerua enim moderatæ uitæ: tum
publicæ: tum priuatæ princeps: æquissimũ se atq; utilem reipublicæ præsti-
tit. Præterea uero eius opa ex senatus decreto Domiciani acta abrogata sunt; unde mul
ti ab exilio rediere. Plærieq; uero bona sua quibus antea spoliati fuerãt huius beneficio
recæpere. At Nerua cum iam senio præmeretur & mors instaret: reipu. cauens: Traia-
num principem in filium per adoptionem accipiẽs: secundo & septuagesimo ætatis an
no moritur: imperii uero sui anno primo & mense quarto. Nerua itaque Traianus ge-
nere hispanus: cognomento Vlpius Crinitus imperium accipiens militari gloria: urba-
nitate & moderatione omnes principes superauit. Nam fines imperii longe & late
diffudit: Germaniam transrhenanam in pristinum statum reduxit: Datiam & mul-
tas transdanubium gentes imperio Romano subægit: Parthos recæpit: Albanis re-
gem dedit: Euphratem & Tygrim prouincias fecit: Armeniam: Assyriam: Mesopo-
tamiam: Seleutiam: Ctesiphontem: Babilona uicit & tenuit: usq; ad Indiæ fines & ma
re rubrum accessit: in quo etiam classem constituit: qua Indiæ fines uastaret. Anacle
tus aũt istitutis & moribus ecclesiã Romanã cõfirmaturus cõstituit: ne præsul neue cle
rici barbã uel comã nutrirẽt. Neue episcopus a paucioribus q̃ a tribus episcopis ordi
naret: utq; clerici publice nõ priuatim ad sacros ordines ascisterent. Omnibus quoq; fi
delibus precæpit: ut peracta consecratione cõmunicarent: qui uero nollent e sacris ædi
bus eliminarent. Augebatur hac ratione mirumimmodũ christiana respu. Quare Tra-
ianus ueritus ne quid detrimenti Romanum imperium inde caperet: tertiam persecu-
tionẽ in christianos cõcessit: qua quidẽ multi interempti sunt: maxime uero Ignatius
Antiochenæ ecclesiæ tertius post Petrum episcopus qui captus & dãnatus ad bestias:
dum Romã a Satellitibus traheretur: quos decẽ leopardos uocat. Omnes christianos
in itinere oratione uel litteris in fide confirmabat. Sic inquiens ut Iesum christum intue
niam: ignis: crux. bestiæ: confractio ossium: & totius corporis contentio: & tormẽta dia
boli in me ueniant: dummodo christo fruar. Cum aũt iam audiret leonum rugitũ: fru-
mentum sum inquit: dentibus bestiarum molar: ut panis mundus inueniar. Moritur
autem undecimo Traiani anno: eiusq; reliquiæ Antiochiæ iacent extra portã Daphni-
cam. At uero Plinius secundus: qui tum prouinciam gubernabat: misericordia ob mul
titudinẽ interemptoꝝ motus ad Traianum scribit: Innumera hominũ milia quottidie
obtruncari: in quibus nihil omnino scæleris depræhenderetur: aut aliquid quod Ro-
manas leges offenderet: nisi hoc solum quod ante Lucanos hymnos christo cuidam
canerent deo: adulteria uero aut huiusmodi crimina apud eos illicita haberi. Vnde per-
motus Traianus rescribit: christianos quidem non esse requirendos: oblatos tamen pu
niri oportere. Periit etiam illo tumultu Simon domini consobrinus hierosolymitanus
episcopus in cruce positus filius Cleophæ. qui centum & uigiti compleuit annos. Hæc
autem quæ dixi sub hoc pontifice gesta sunt non autem sub Cleto: ut Eusebius in ter-
tio historiæ suæ libro ostendit. Damasus enim Cletum ab Anacleto patria & genere
mortis differre ostendit. Nam Cletus natione Romanus sub Domitiano: Anacletus
uero Atheniensis sub Traiano principe moritur. Hic autem & memoriam patri com-
posuit: & seorsum a plæbe loca ubi martyres sepelirentur assignauit: & sacris ordinibus
semel mense decembri habitis præsbyteros quinque: diaconos tres: episcopos diuersis
in locis sex numero creauit: quo quidem ultimo supplicio perempto uacat episcopatus
diebus .xiii. Sedit autem annis .ix. mensibus duobus diebus .x.

Nerua Traianus hispanus

clerici nec barbam aut comã nutriãt

persecutionem in xianos traianus mouet

Ignatius mr efficitur

Simõ eps martirium subiit

Anacletus martirio moritur

EVARISTVS.

EVARISTVS natione græcus patre iudæo nomine Iuda ex Bethleem ciuita
te:ad Traiani tempora peruenit:cuius principis ob singularem iusticiam &
humanitaté libéter métionem facimus. Nam ubiq; terrarum ita se æqualé
omnibus præbuit:ut usq; ad Iustiniani tempora í creatione principum sit acclamatú.
Foelicior sit Augusto.ac Traiano melior. Præterea uero tantæ comitatis & humanita-
tis fuit in uisendis ægrotis:salutandis amicis:celebrandisq; passim festis diebus inuitan
tiumq; conuiuiis:ut ei tanta benignitas uicio daretur:unde dictum illud imperatore di
gnú prodiit. Talé priuatis imperatoré esse oportere:quales sibi priuatos optat habere.
Honores autem:diuitias:facultates:præmia benemeréntibus æque distribuit. Nulli qc-
q̃ iniuriarú fecit augendi ærarii gratia:Immunitates ciuitatibus inopia laborátibus de-
dit. Fluminum traiæctiões ac itinera periculosa tuto & saluberrimo opere composuit.
Portum Anconitanum ducto præalto & lato muro ad cohercendos maris fluctus mu
niuit. Nihil in uita agens:nihil cogitans:quod ad communem utilitatem non pertine-
ret. Hac táta gloria belli domiq; parta apud Seleuciam Isauriæ ciuitatem ꝓfluuio uen-
tris periit anno imperii eius decimooctauo mése sexto:cuius ossa Romam postea dela
ta sunt:& in urbe sepulta urna aurea in foro:quod ipse struxit sub colúna Coclide quã
adhuc cernimus:cuiusq; altitudo centum & .xl. pedú est. At Euaristus (ut Damasus ait)
Titulos in urbe Roma præsbyteris diuisit:& septem diaconos in ordinem redægit: q
custodirent episcopum prædicantem propter stilum ueritatis. Idem constituit ne plæ-
bis in episcopum accusatio reciperetur. Ordinationes ter habuit mense decembri : ac
præsbyteros sex:diaconos duos:episcopos per diuersa loco numero quiq; creauit. Hu-
ius tempore Papias fuit Iohannis auditor hieropolitanus episcopus:qui non tantú hi-
storiæ ueterum discipulorum domini:quantum uoce Aristonis & senioris Iohánis ad-
huc uiuentis delectatus est: Vnde apparet ex ipsa nominum dinumeratiõe cum omni
um fere apostolorú mentionem fecisset:alium esse Iohannem qui inter apostolos lo-
catur:alium seniorem Iohannem quem post Aristoné numerat:qui certe doctissimus
est habitus:quemq; etiam multi secuti ob doctrinam sunt:ut Herenæus Apollinaris :
Tertullianus Victorinus Pictauiensis:Lactantius Firmianus . Quadratus quoq; apo-
stolorum discipulus ecclesiam dei tum periclitantem fide & índustria sua quoad fieri
potuit sustentauit. Nam cum Hadrianus tum Athenis hyemem agens:Symystesque
Eleusinæ oíbus pene sacris initiatus occasioné sæuiendi in christianos dedisset. Qua
dratus ipse librum Hadriano porrexit de honestate regionis christianæ compositum :
plenum fidei & rationis. Idem fecit Aristides Atheniensis philosopus sub pristino ha-
bitu christi discipulus:uolumen namq; nostri dogmatis rationem continens eodem té
pore :quo & Quadratus Hadriano principi obtulit. His autem Apologeticis libris fa-
ctum est:ut Hadrianus iniustum fore existimans christianos in dicta causa ubique oc-
cidi. Minutio Fundatio Asiæ proconsuli scripserit:neminem occidendum nisi de accu-
satore & crimine constaret. Euaristus autem (ut quidam tradunt) martyrio coronatur
ultimo Traiani principis anno. Sed melius censent:qui sub Hadriano nondum in chri
stianos placato id ei contigisse scribunt. Annis enim nouem sedit:mensibus decem:die
bus duobus. Sepultus est autem Euaristus in Vaticano apud beati Petri corpus. vi. ca-
lendas nouembris. Vacat tum sedes dies. xix.

ALEXANDER.

ALEXANDER Patria Romanus patre Alexandro ex regiõe Capitetauri iu-
uenis ætate:moribus senior usq; ad Helii Hadriani tempora peruenit. Ha-
drianus eni cõsobrinæ Traiani filius imperiú accipiés primo quidé christia
nis aduersatus é:postea ut deinceps diceť cognita eoꝝ religiõe & pietate í eos admodú
benificus fuit. De populo Romano benemeritus pater patriæ statim appellatur:eiusq;
uxor Augustæ nomé suscæpit. Vtraq; uero ligua eruditissimus:& leges multas cõposu
it:& bibliothecã isigné Athenis retulit:Plutarchi:Cheronei:Sixti:Agathoclis:& Oeno-
mai philosophi doctrina ac familiaritate delectatus. Atheniésibus aút leges petétibus

ex Draconis & Solonis sententia iura composnit. Idem quoque sacris Eleusinæ initiatus multa Atheniensibus dona contulit: eorumq; pontem restituit: quem Cephyssus fluuius inundatus alluuione dissoluerat. Fecit & Romæ sui nominis pontem: qui adhuc extat & sepulchrum in Vaticano apud Tyberim: quo nunc pontifices pro arce utuntur. Tyburtinam quoq; uillam miro sumptu ædificauit: quæ quidem hodie Tybur uetus appellatur: in eaq; prouinciarum & locorum celeberrima noīa īscripta erāt. Pelusium autem ueniens Pompei tumulum magnificentius extruxit: murum duxit in Brittania octoginta milia passuū: qui Barbaros romanosq; diuideret: Septio claro prætoris sui tum præfecto. & Suetonio tranquillo epistolarum magistro. At uero Alexander Romanus pontifex: primus ob memoriā passionis christi in sacrificio addidit: quī pridie q̄ pateretur usq; ad hanc clausulam: hoc est corpus meū. Instituit item: ut aquam quam sanctam appellamus sale admixta interpositis sacris orationibus: & in templis. & in cubiculis ad fugandos dæmones retineretur. Voluit quoq; aquam admisceri uino in cōsecratione sanguinis & corporis Iesu christi: quo significat christū ecclesiæ cōiunctum esse. Oblationē quoq; ex azimo non autem ex fermentato: ut antea fieri mandauit; quia hoc modo purior ac potior haberetur: & Ebionitis hæreticis calumniādi occasio auferetur. Huius uero temporibus fuit Agrippa cognomento Castoris: qui basilidis hæretici uolumina in euangelium scripta sua doctrina mirifice confutauit: Barrabam & Barthecab eius prophetas conficta scilicet ad terrorem nomina: & deum maximum eiusdem Abraxas deridens. Mortuus est autem ea tēpestate Basilides: qua & Chocebas dux Iudaicæ factionis christianos uariis suppliciis persecutus est. Huius uero atque iudæorum omnium pertinaciam Hadriānus imperator ultima cæde perdomuit: precæpitq; ne cui iudæo facultas introeundi Hierosolymam daref. christianis tātummodo ciuitate permissa: quam mœnibus & ædificiis instaurans de suo nomine Hæliā appellauit. In eadem uero ciuitate Marcus ex gētibus primus episcopus cōstituitur. cessantibus his qui fuerant ex iudæis. Huius quoq; pontificis tēpore martyrium pro fide christi Saphyra Antiochena: & Sabina Romana mulier passæ sunt: & Fauorinus: Palemon: Hærodes: Atheniensis: Marcus Byrantius rhetores insignes habentur. At Alexander post ordinationes tres; quas habuit mense decembri: quibus præsbyteri quinque: diaconi tres: episcopi per diuersa loca quinq; creati fūt: Martyrio coronatur cum Euētio: & Theodolo diaconis: sepeliturq; in uia nomentana: ubi interfectus est septimo ab urbe miliario. v. nonas Maii. Sedit annis decem; mensibus septem. diebus duobus. Vacauit autem sedes dies. xxv.

¶ SIXTVS.

SIXTVS natione Romanus patre pastore (uel ut alii uolunt) Heluidio fuit Hadriani tempore: usque ad Verum & Anniculum consules. Quem quidē Hadrianum inter bonos principes numerandum cēsuimus. Liberalis enim splendidus: magnificus: ac clemēs fuit. Nā & stultū ī se gladio furentē medicis curandū tradidit: & ægros bis terue ī die inuisit: & Alexādriā a Romanis euersā sua instaurauit īpensa. Romæ Pātheon restituit: ac munera Aromatica populo dedit. Moriēs hos uersus fecisse dicif. Animula: uagula. blādula: hospes: comesq; corporis: Quo nūc abibis in loca pallidula. rigida. nudula: nec ut soles dabis iocos. Morif aūt morbo īntercutaneo uigesimosecūdo īperii sui āno: ac sepelif Puteolis ī uilla Ciceroniana. Sixtus aūt rei diuinæ (ut par erat) curam gerēs cōstituit: ne a quoq̄ nisi a ministris sacrorū mysteria & uasa sacra tāgerenf maxīe uero a fœminis: neue q̄ sacerdotes corporale uocāt ex alio q̄ ex lineo panno: & quidem purissimo fieret. Idem censuit ne episcopi ad sedem apostolicam uocati redeuntes a suis reciperentur: nisi secum deferrent litteras pontificis plæbem salutantis. In celebratione uero mandauit: ut sanctus sanctus deus Sabahot cantaretur. Nuda primo hæc erant: & omnia simpliciter tractabātur. Petrus eni ubi cōsecrauerat: oratiōe pater noster usus ē. Auxit hæc mysteria Iacobus epūs hierosolymitanus: auxit & Basilius: auxere & alii. Nā Cælestinus missæ ītroitū dedit: Gregorius kyrieleisō gloria ī excelsis deo Telesphorus collatōes Gelasius primus: Epistolā & euāgeliū Hierony-

mus. Alleluia uero sumptum est ex ecclesia Hierosolymitana: Symbolū in concilio Niceno: Mortuorum autem commemorationem Pelagius inuenit: Tus leo tertius: Osculum pacis Innocentius primus. Vt caneretur Agnus dei Sergius pontifex īstituit. Cum uero Sixti temporibus propter frequentes caedes pauci reperirentur: qui nomen christi profiteri auderent: & galli christiani praesulē sibi deposcerēt: eo peregrinum Romanum ciuem misit: qui confirmatis in fide gallis Romam rediens ultimo supplicio afficitur in uia Appia eo loci ubi christus discedenti Petro apparuit. Eius corpus in Vaticanū per fideles delatum apud sepulchrum Petri recōditur. Aquila quoq; iudaeus natione Ponticus cum Priscillia uxore edicto Claudii discedens usque ad haec tempora (ut non nulli aiūt) superuixit: secundus mosaicae legis interpres post illos .lxx. qui Philadelphi temporibus fuere. At uero Sixtus ubi ordinationes ter mense decembri habuisset: qbus praesbyteros .xi. diaconos undecī: episcopos p diuersa loca q̄ttuor creauit: martyrio coronatur: & in Vaticano apud Petrum sepelitur. Sedit autem annis decem: mensibus tribus: diebus: xxi. Vacat tum sedes biduo tantum.

TELESPHORVS.

TELESPHORVS natione graecus ex patre Anachorita Antonini Pii temporibus fuit: cuius quidem imperatoris paternum genus e gallia Cisalpina originem habuit. Imperauit autem cum filiis Aurelio & Lucio annis duobus ac uiginti mensibus tribus: tanta cum modestia & benignitate ut merito Pii cognomentum adeptus sit: ac pater patriae appellatus. Nulli enim unquam tum priuatim, tum publice acerbus fuit: aut in redimendis pecuniis: aut exactione tributi: quod quidem interdum ita remisit ut cautionibus incensis omnium debita relaxaret. Quid plura de hoc prīcipe dicam? Qui religione, pietate: gratia: humanitate: clementia iustitia: modestia cum Numa Pompilio bonorum omnium sentētia comparari potest. Is praeterea cum Tyberis inundatione plurima Romae uexasset aedificia tum priuata tum publica: sua impensa ciues in restituenda urbe liberalissime iuuit. Tarracinensem quoque & Caietanum portum miris operis: ut nunc etiam apparet restituit. Eius quoque impensa erectam esse columnam illam cocleam putarim: a qua urbis celeberrima regio nomen accepit. Thelesphorus autem quem diximus Sixto successisse constituit, ut septem hebdomadibus ante pascha ieiunium obseruaretur: utque ī natali Iesu christi noctu tres missae celebrarentur. Prima in dimidio noctis: quo christus in Bethleem nascitur. Secunda illucescente aurora: quando a pastoribus cognitus est. Tertia eadem hora diei: qua nobis dies redemptionis & ueritatis illuxit: cum omni reliquo tempore ante horam tertiam celebrare interdictum esset: qua hora dominus noster ī crucem posit: ut Marcus ait. Constituit item ut ante sacrificium hymnus ille caneretur: Gloria in excelsis deo. Huius temporibus multum elaborauit pro fide christi Iustinus philosophus ex Neapoli urbe palestinae: qui & Antonino Pio principi ac filiis eius librum dedit contra gentes scriptum: & Dialogum contra Triphonem principem iudaeorum habuit. Inuectus est & in Martionem: qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum: alterum iustum dominum asseruit: tanquam duo contraria principia creationis & bonitatis. Impugnauit & crescētem Cynicum ut gulosum: mortis timidum: luxuriaeque ac libidinum appetentissimum: christique blasphemum: cuius insidiis ad extremū circumuentus p dignitate christiani nois sanguinē fudit. Hunc autem Iustini hostem non philosophum fuisse: sed philopompum idest amatorem arrogantiae scribit Eusebius. Eodem quoque tempore inualuisse Valentinianam haeresim constat. Ii quidem Valentini cuiusdam Platonici sectatores dicebant christum de corpore uirginis nil sūpsisse: sed p eā tanquā p fistulam quādā pur; transisse. Photinus aūt tū Lugdunēsis epūs uir certe singularis uirtutis & doctrinae (ut ait Isidorus) iā nonagenarius martyrii coronā cōstāti aīo ppessus ē. At uero Thelesphorus cū ordinationes quattuor mēse decembri habuisset: creassetq; praesbyteros quīdecim: diaconos octo: epōs tredecim: martyrium subiegens: apud beati Petri corpus in Vaticano sepelit. Sedit ānis undecim

mensibus tribus: diebus.xxii. Vacat tum sedes dies septem.

❡ HIGINVS

HIGINVS natione græcus patria Atheniensis patre philosopho Antonino Pio imperante Thelesphoro successit Addere uero aliquid etiam de laudibus Pii anteq̃ ad Higinum ueniam hominis uirtus me cogit. Qui adeo moderatæ gloriæ fuit in re militari: ut defendere magis prouincias q̃ augere studeret: utque hanc Scipionis sententiam sæpius usurparet ac diceret: malle se unum ciuem seruare: q̃ mille hostes occidere: contra Domitiani institutum: qui populi Romani exercitũ hostibus obiciebat: quo rarior in patriam reuerteretur adeo multitudinem oderat: & reformidabat ob eius sæuitiam. Tantæ autem iusticiæ Pius fuit: ut multi reges: multæque nationes positis eius iussu armis ad hominem cõtrouersias suas litesq; deferrẽt: eiusdemq; sententiæ statim parerent. Ob hæc autem merita quæ maxima sunt: Populus Romanus mortuo & Flaminem: & circenses: & templum: & sodales Antonianos lachrymantibus omnibus cõstituit. At Higinus Vrbis Romæ episcopus tum maxime Clerum prudenter in ordinem redægit: gradus distribuit: instituitque ne templa sine celebratione dedicarentur: neue augerentur diminuerenturque sine arbitratu Metropolitani uel episcopi. Vetuit item ne Tigna reliquaue materies ad ædificanda templa congesta in prophanos usus conuerteretur: posse tamen ad structuram alterius templi uel Cœnobii concedente episcopo transferri. Voluit item unum saltem patrimũ unãue matrimam baptismo interesse. Sic enim eos appellant: qui infantes tenent dum baptizantur: licet reuera patrimus & matrima aliud significent. Est enim patrimus (teste Festo) qui cum pater sit patrem adhuc habeat: idem de matrima dicetur. Instituit præterea ne Metropolitanus episcopũ ꝓuinciæ suæ alicuius criminis reũ faceret & dãnaret: nisi prius a ꝓuincialibus episcopis causa discussa & cognita fuisset. Sunt tamen qui hoc postremum Pelagio pontifici ascribant. Huius quoque tempore fuit & Polycarpus Iohannis apostoli discipulus: Smyrnæus episcopus ab eo creatus ac totius Asiæ religione & doctrina tum facile princeps. Is autem Romam ueniens plurimos fidelium Martionis & Valẽtini falsa persuasione decæptos ad fidem reduxit. Cum autem Martion forte huic obuiam factus diceret: me ne cognoscis? Respondit cognosco quidem primogenitum diaboli. Negabat enim patrem christi deum esse creatorem: qui per filiũ mũdum fecerat. Postea uero imperante. M. Antonino &. L. Aurelio Cõmodo: quarta post Neronem persecutione Smyrne sedente proconsule igni crematus est. Melito quoque Asianus Sardensis episcopus: Frontonisque oratoris discipulus: librũ de doctrina christiana. M. Antonino tradidit. Huius ingeniũ Tertullianus mirũmmodũ laudat: dicitq; a plerisq; nostrorũ ꝓphetã habitũ eẽ. Scripsit & Theophilus Antiochẽsis ecclesiæ epũs librũ cõtra Martionẽ iperãte. M. Antonino. Scripsit & librũ cõtra Hermogenis hæresim q̃ materiã nõ naturã itroducẽs: deo nõ aũt naturæ eandẽ cõparauit: materiam elementorum & deum appellans. Higinus autem bene de ecclesia dei meritus cum ordinationes ter decembri mense habuisset: creassetque præsbyteros quindecim: diaconos quinque episcopos sex: moritur & apud beati Petri corpus in Vaticano sepelitur tertio idus Ianuarii. Sedit annis quattuor: menses tres: dies quattuor. Sedes autem quatriduo tum uacat.

❡ PIVS

PIVS natione Italus patria Aquileiensis patre Ruffino. M. Antonini ueri tẽpora attigit: qui tum una cum. L. Aurelio Commodo fratre: annis decem & nouem imperium æquo iure administrauit. Bellum autem contra Parthos simul susceptum admirabili uirtute & fœlicitate gesserunt: de hostibusque triũpharunt. Verũ non ita multo post apoplexiæ morbo e medio sublato Cõmodo fratre: Antoninus solus imperiũ obtinet: quẽ certe ob eius præstãtem i omni genere uirtutis animũ mirari facilius q̃ laudare licet. Hic eni & quia a teneris annis eiusdẽ animi: eius-

demq; uultus in quauis fortuna semper est habitus : & quia benignitas naturæ cum
doctrina a Colatino Frontone oratore habita in eodem uiro certabat:ab omnibus phi
losophus merito appellatus est Platonis sententia :quam semper(Capitolino teste)in ore
habuit sæpius repetita: tum demum florere ciuitates:si aut philosophi imperarent:aut
imperantes philosopharentur. Adeo autem doctrinæ auidus fuit : ut imperator etiam
Appollinium philosophum & Sextum Plutarchi nepotem legentem audiuerit. Fron-
tonis quoq; praeceptoris statuam honoris causa in senatu collocauit . Hoc tempore
Pius pontifex consuetudinem & quidem magnam cum hermete habuit:qui librũ scri-
psit titulo pastoris insignitum. Quo quidem ĩ libro Angelus pastoris personam indu-
ens ei mandat:ut omnibus persuadeat pascha die dominico celebrari: quod etiam fe-
cit. Constituit item Pius ne hæreticus quispiam ex iudæorum hæresi susciperetur &
baptizaretur. Rogatu uero praxedis sanctissimæ fœminæ thermas nouati in uico pa- Praxedis·
tricu in honorẽ sororis suæ diuæ Pudentianæ dedicauit. Multaque dona huic templo
obtulit:ac sæpius eodem in loco sacrificium deo præstitit. V bi & fontem baptismi cõ-
stituit:ac benedicens consecrauit:multosq; uenientes ad fidem in nomine trinitatis ba
ptizauit. Illis quoq; poenam constituit:qui negligentes sunt in attrectando christi san-
guine & corpore. Pœnitentiam inquit agant quadraginta diebus:quorum negligentia
in terram aliquid deciderit:si super altare tribus diebus:si super linteum quattuor. Si in
aliud linteum nouem diebus. V bicũq; deciderit si recipi potest lambatur:sin secus: aut
lauetur:aut tadatur:lotum & rasum : aut comburatur. aut ĩ sacrarium reponatur. Hu-
ius tempore in precio est habitus Apollinaris Asiæ hierosopolytanus episcopus : qui A.polinaris·
insigne uolumen de fide christi. M. Antonino secundo tradidit. Scripsit & ĩ Cataphry-
gas. qui tunc etiam cum Prisca & Maximilla insaniebant uaticinantes. incipiente tamẽ
Montano: quorum omnium hæc erat opinio: Aduentum spiritus sancti non in aposto ·Montano·
lis sed in se traditum fuisse. Illis quoq; temporibus laudabatur & Tatianus uir doctis- Tatiano·
simus: quamdiu ab opinione Iustini martyris præcæptoris sui non discessit . Nam
postea inflatus opinione sui nouam hæresim condidit : quam postea Seuerus auxit :
unde Seueriani appellati . Ii uinum non bibunt: carnes fastidiunt: & uetus testamen-
tum ac resurrectionẽ non recipiunt. Præterea uero Philippus Cretensis episcopus præ- ·Philipp.·
clarum contra Martionem librum hoc tempore ædidit. Nam(sicuti dixi) Martionistæ
Cerdonis dogma sequebantur. Scripsit & Musanus librum cõtra quosdam:qui ad Eu- Musano·
cratiatarum hæresim declinabant. horum quidem opinio cum Seuerianis conuenit.
Omnem enim coitum spurcum putabant:cibosq; damnabant: quos deus generi hu-
mano proposuisset. At uero Pius ubi in ordinationibus suis quæ quinque fuere mense
decembri:præsbyteros decem & nouam:diaconos nouem & uiginti:episcopos decem
creasset:moritur & apud beati Petri corpus in Vaticano sepelitur: quinto idus Iulii. Se- Moritur in pace
dit uero annis undecim; mensibus quattuor:diebus tribus. Vacauit tum sedes dies pius·
tredecim.

ANICETVS.

ANICETVS natione Syrus patre Iohanne de uicomurco ; uel (ut Damaso placet)Humisia:eiusdem Antonini Veri tempore fuit : de quo in Pio diximus:quem quidem Antoninum philosophia nequaquam a rebus in bello gerendis retardauit. Nam Germanos:Marcomános:Squados:Sarmatas ingenti uirtute & foelicitare una cum filio Commodo Antonino superauit:ac triumphum ægit. Iturus aũt ad hoc bellum:cũ non haberet unde stipẽdia militibus præberet exhausto ærario:oẽm imperatoriá supellectilẽ:oẽmque ornatũ uxoris in foro Traiani hastæ subiæcit. Verũ cũ postea superato hoste ĩ patriá redisset: emptoribus precia restituit. Nemini tamẽ molestus fuit:q reddere ẽpta noluisset : pro uictoria ĩ oẽs de rep. meritos liberalis fuit. Tributa qbusdá puicns remisit. Fiscaliũ tituloq; monuméta ĩ foro cõgesta cremari iussit. Leges seueriores nouis cõstitutiõibus tẽpauit. His rebus gestis

factũ est:ut ab omnibus ita diligeretur:amareturq; ut sacrilegi nomem incurreret:qui eius imaginem domi non habuisset. Anicetus autem ecclesiæ Romanæ consulens ne moribus petulantium quorundam labefactaretur. Instituit ne Clericus ullo modo comam nutriret secundum apostoli præcæptum:neue episcopus consecrari posset a paucioribus q̃ a tribus eiusdẽ ordinis iuris:quod postea Nicena synodus confirmauit. Vbi uero Metropolitanus consecrandus est:omnes prouinciales interesse debent. Statuit præterea(ut Ptolemæus ait)ne episcopus crimen Metropolitani sui ad alium q̃ ad primatem:aut ad sedem apostolicam deferret: quod & dicta synodus & auctoritas summorum pontificum deinceps cõfirmauit. Eiusdem etiam institutum fuit:ne archiepiscopi nisi ex singulari titulo primates nominarentur. Ii autem merito patriarchæ uocantur:cæteri autem archiepiscopi nominentur:uel(ut quidam uolunt) Metropolitãi. Huius temporibus Hegesippus laudator fidei nostræ fuisse dicitur:qui omnem a passione domini usq; ad suam ætatem ecclesiasticorum operum texuit historiam sermone simplici:ut quorũ uitam q̃ diligentissime obseruauit:eorum quoq; dicendi genus imitaretur. Affirmat autem se Romam Aniceti tẽpore decimi post Petrum episcopi peruenisse ac perseuerasse usq; ad Eleutherium:qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Multa uero ĩ idolatras scripsit:q̃d tumulos mortuis tẽplaq; facerent:ut Hadrianus qui ĩ honorem Antinoi serui:quem ĩ deliciis habuerat gymniacum Agona cõstituit apud Antinoum ciuitatem:quam de nomine ipsius conditam uocauit:ac prophetas in tẽplo statuit. Sunt qui & Dionysium huius ætate fuisse dicant. Variantur hoc loco tempora cum alii Pium:alii Anicetum præponant. Variantur & historiæ:ut cunq; sit ĩ tam remota historia:tantaq; maiorum negligentia satius erit res ipsas pauloante uel post gestas aliqua ex parte attingere q̃ eas omnino prætermittere. Anicetus autem ubi ex ordinationibus quinq; quas mense decembri habuit præsbyteros.xix.diaconos quatuor: episcopos nouẽ creasset:martyrio coronatus ac sepultus est in Calisti cœmiterio uia Appia.xv.calẽ.maii. Sedit annos undecim:menses quattuor:dies tres. Sedes uero dies .xvii.post eius mortem uacat.

SOTER.

SOTER natione Campanus patria Fundanus ex patre concordio. L. Antonino commodo imperante fuit. Hic enim omnibus incommodus:ut Lampridius ait. Nil commune cum patre habuit:nisi quod & ipse cõtra Germanos adiuuantibus christianis militibus fœliciter pugnauit. In eo bello cum exercitus cõmodi penuria aquæ laboraret:ferunt precibus christianorum militum aquam diuinitus e cœlo missam:pluraq; fulmina in Germanos & Sarmatas cecidisse: quod etiam imperator ipse accidisse litteris suis testatus est. Cæterum ad urbem rediens in omnia luxuriæ & obscænitatis dedecora prolabitur:nihil uirtutis & pietatis habens. Gladiatoris quoq; armis ĩ ludo Nerõem imitatus depugnauit. In Amphiteatro feris sese frequenter obiæcit Plurimos quoq; Senarores interfecit:& eos maxime quos nobilitate industriaq; excellere animaduertit. Soter autem a tantis malis animum ad rem diuinã conuertens instituit:ne Monacha ulla pallam attrectaret:neue tus in acerram poneret dum sacrificia fierent. Eius extabat epistola hac de re scripta ad episcopos Italiæ. Instituit item ne legitima haberetur uxor:nisi cui sacerdos ex instituto benedixisset: & quã parentes solemni pompa more christiano marito collocasset:quamq; etiam Paranymphæ de more custodiuissent. Hoc autem constituit multa pericula reiciens:quæ in nouas nuptias cadere solent ex præstigiis & magicis artibus quorundam improborum. Gratianus tamen hoc decretum Euaristo ascribit. Vtri uero sit attribuendum legentes diiudicent. Non enim multum refert illi ne an huic attribuatur. Soteris temporibus fuisse Dionysium Corinthiorum episcopum scribit Eusebius:qui tantæ æloquentiæ & industriæ fuit:ut non solum suæ ciuitatis & prouinciæ populos:uerum etiã aliarum urbium ac prouinciarum episcopos suis epistolis erudiret. Instructus enim Pauli apostoli doctrina facillime potuit sanctitate & eruditione alios in officio continere. Multa & Theodocion genere Asianus Tatiani discipulus ad laudem religionis

nostræ tum scripsit. Maxime uero Appellem hæreticum scriptis suis pcomode irridet: quod deum quem coleret ignorare se diceret. Affirmabat eni christũ nõ deũ in ueritate sed hoiem i phãtasia apparuisse. Nõ desũt qui dicãt kataphrygaz hæresim hoc tpe ortã auctore Mãtano Clemẽs præterea Alexãdrinæ ecclesiæ præsbyter multa conscripsit: e quibus illa sunt: strõmatũ idest uarietatum libri octo: Hypotyposeon idest informationum libri totidẽ cõtra gẽtes unus. Huius aũt discipulũ Origenẽ fuisse cõstat. Huius quoq; ætati & Pinetum Cretensem uirum æloquentissimum: & Oppianum: q Alieutica scripsit poetam insignẽ & Herodianũ grammaticum quidam ascribunt. Soter autem ubi per ordinationes quinq; mense decembri habitas præsbyteros octo: diaconos nouẽ: episcopos undecim creasset: moritur ac sepelitur uia Appia i cœmiterio Calisti. Sedit ãnos nouem, mẽses tres: dies unũ & uiginti. Vacat tum sedes dies totidem.

ELEVTHERIVS

ELEVTHERIVS natione græcus patria Nicopolitanus patre Abundio: tẽporibus. L. Antonini Cõmodi fuit cuius flagitiosæ uitæ Vrbs ipsa pœnam tulit. Nã Capitolium fulmine ictum una cũ ægregia illa Bibliotheca maiorũ cura parata concrematur. Aedes quoq; in proximo sitæ eandem calamitatem sensere. Exortũ est deinde aliud incendium quo & ædes: uestæ & palatium: bonaque Vrbis pars exusta est ac solo æquata. Tãtæ præterea temeritatis fuit: ut & suæ imaginis caput colosso permagno & ægregio priore detracto imponi iusserit & mensem decẽbrẽ ad imitationem Augusti cæsaris commodum appellari uoluerit: quæ omnia post mortem eo abrogata sũt: ipseq; mortuus: etiam humani generis hostis adiudicatus ẽ. Adeo eius uita flagitiis contaminata omnibus erat odio. Strangulatus in domo uestali: ĩ duodecimo imperii sui anno & mense septimo e medio sublatus ẽ. Eleutherius autẽ quẽ diximus Soteri successisse inito põtificatu statim epistolam accæpit a Lucio rege Brittano: qua rogabatur ut se ac suos in christianorum numerum reciperet. Quare Fugatium & Damianũ uiros optimos eo misit: qui regem ipsum ac populum baptizarent. Erant tum in Brittania Pontifices quinq; & uigĩti: quos flammes uocabant. Inter hos autem tres Archiflãmines habebãtur: quorum in loco archiepiscopi tres constituti sunt: ut Ptolemæus ait Protoflãminum uero loco primitiua ecclesia patriarchas instituit. Idẽ etiã statuit: nequis ob superstitionẽ cibi genus ullum respueret: quo humana cõsuetudo uesceretur. Noluit præterea quẽpiã de gradu suo deiici: nisi accusatus reus criminis cõuinceretur exemplo saluatoris: qui errorem Iudæ licet rei nõdũ tamẽ cõuicti: ita æquo animo tulit: utq; quid iterim ægisset ꝑ dignitate apostolatus ratũ firmũque manserit. Prohibuit etiam ne absente eo quem accusator reum facit ulla in causa decerneretur: quam quidem sententiam & Damasus pontifex & ius pontificum postea confirmauit. Huius autem pontificatu & ecclesiis pax data est ac quies: & nomen christianum per omnem terram mirumimmodum auctum: Romæ potissimum ubi multi ex nobilitate Romana cũ coniugibus & liberis ĩ fidem recæpti baptismi charactere notati sunt. Solus uero Apollotuus orator insignis martyrum tum passus est: habita prius oratione de laudibus christianæ fidei: quod illis temporibus capitale habebatur. Mortuo Apollonio multæ hæreses inualuere. Martionis quippe secta uarie diuisa est. Alii enim unum principium fatebantur. alii duo: alii tria: & tres naturas confirmantes fidem prophetis abrogabant. Florinus quoque & Blasco noua contra ueritatem machinabantur figmenta. Deum creasse mala: cõtra illud deus oĩa bona fecit. Cõtra hos sensere Quolitiani affirmantes deum non creasse mala: contra id quod scriptũ est: ego sum deus creans malum. Sunt qui dicãt & Galienum Pergamenum medicum insignem: & Iulianum legum latorem: & Frontonem rhetorem his temporibus fuisse quod ego in tanta perturbatione tempoꝝ & historiæ nec affirmo nec refello. De Modesto uero & Bardesane affirmare ausim quorum alter ĩ Martionem scripsit: Alter uero in Valentinum. Nam cuius primum sectator fuerat: eius postea cõfutator factus ẽ. Hũc Hieronymus cõcitatissimum in dicẽdo fuisse affirmat: cum eius scripta ex Syria

lingua in græcam conuersa uidisset: & si inquit tanta uis est in iterprætatione quantū putabimus esse in sermone proprio. Eleutherius autem ubi ex tribus ordinationibus mense decembri habitis præsbyteros.xii.diaconos octo:episcopos.xv. creasset. Moritur & apud beati Petri corpus sepelitur.vii.calendas Iunii. Sedit autem annos.xv.menses tres:dies duos. Vacat tum sedes dies.v.

VICTOR

VICTOREM natione Aphrum patre fœlice fuisse Helii pertinacis tempore crediderim:qui quidem Helius cum grādis natu esset. Septuagesimum enī agebat annum ex præfecto Vrbis quem magistratum tum gerebat: Senatusconsultus imperator creatur. Rogatus deinde ut & uxorem Augustam faceret:& filium cæsarem appellaret:id facere recusauit testatus sufficere:quod ipse imperaret inuitus. At uero quoniam ī īperatorem nihil auaricia turpius est:cū illiberalis ac sordidus haberetur:quod dimidiatas lactucas & cardos conuiuis apponeret. Nemine contradicente a Iuliano iurisperito ī palatio occiditur:imperii sui mense sexto. Hic est ille Iulianus qui perpetuum ædictum composuit:quiq; septimo mense posteaq̄ imperare cœperat apud pontem miluium uictus a Seuero ciuili bello & interfectus est. At Victor pontifex reipu.christianæ:ut par erat cura gerens:cōstituit ut pascha dominico die celebraretur ex Eleutherii sententia(ut Damasus ait)a.xiiii.luna primi mensis usq; in.xxi. Cuius decretis obtemperans Theophilus Palestinæ urbis episcopus contra eos scripsit: qui.xiiii.luna cum iudæis pascha celebrabant. In hanc uero opinionem inuectus ē Polycrates Ephesiorum episcopus:qui ex uetere consuetudine.xiiii luna cum iudæis pascha celebrabat. Se enim apostoli Iohannis & ueterum auctoritatem secutum ostendit. Nos inquit inuiolabilē celebramus diem neque addentes quicq̄ nec diminuentes. Hāc uero opinionem secutus est Philippus Hierapoli mortuus:hanc Iohannes qui supra pectus domini recubuit:& pontifex eius fuit auream laminam in fronte portans. Hāc Polycarpus:Traseas:Melito:& Narcissus hierosolymitanæ ecclesiæ episcopus. Idē quoq; Victor decreuit ut in quauis aqua baptismum petentes baptizarentur si necessitas instaret:hanc ob rem quidam existimant concilium in Palestina habitum esse:cui Theophilus:Herenæus:Narcissus:Polycarpus:Bacillus:Asianæ prouinciæ insignes episcopi interfuere. Res tamen integra in Nicenum concilium trāslata:in quo etiam constitutū est:ut pascha post quartādecimam lunam celebraretur.ne iudæos imitari uideremur. Fuere huius pontificis tempore multi doctissimi uiri. Nam & Appion tum Hexameron fecit:& Paulus Samosatenus una cum Theodoto coriario existimauit saluatorem purum hominem fuisse:& Sextus de resurrectione conscripsit:& Arabianus opuscula ædidit ad christianam doctrinam pertinentia. Iudas quoque christoriographiam superiorum temporum usq; ad decimum Seueri annum conscripsit: in qua tamen erroris arguitur q̄ aduentum Antichristi suis temporibus futurum dixerit. In quem errorem ideo incurrisse putamus:quod & uicia hominum & crudelitatem eo peruenisse cernebat.ut diutius tolerari humanū genus a deo non posset:quæ res & Lactantium postea & Augustinum fefellit. Victor autem compositis etiam quibusdam de regiōe uoluminibus moritur:& apud beatum Petrum in Vaticano sepelitur: cuius diem festum quinto calendas augusti celebramus. Sedit autem annis decem:mensibus tribus:diebus decem. At sedes dies.xii.tum uacat.

ZEPHERINVS

ZEPHERINVS natione Romanus ex patre abūdo Seueri temporibus fuit. Qui genere Apher ex oppido Lepti una cum imperio cognomentum pertinacis a Iuliano cæso accæpit. Is enim fisci procurator:mox tribunus militaris per gradus alios usq; ad imperium peruenit. Parcus admodū natura sæuus. Multis bellis lacessitus fortissime q̄dē rēpu. licet laboriosissime gubernauit. Ad bellicā gloriam laudem quoq; litterarum addidit:philosophiæ admodū studiosus. Foris parthos & Adiabenos superat. Arabas autem īteriores ita cæcidit:ut regionem eorum prouinciam Romanam faceret. Hanc ob rem triumphans:ut ī eius arcu sub capitolio posito

adhuc apparet:Parthicus:Arabicus:Adiabenicus cognominatur. Aedificiis præterea publicis urbem exornauit.Nam & Thermas Seuerianas & Septizonium extruxit non longe a Circo maximo Palatinũ inter & Cælium montem.Paulum autem abfuit:quin Pauli secundi pontificis iussu lapiculæ quidã superioribus annis eam partẽ Septizonii: quæ adhuc extat demolirentur.At Zepherinus pontifex rei diuinæ magis q̃ humanæ intentus constituit:ut astantibus clericis & laicis fidelibus:& leuita & sacerdos ordinaretur:quod postea in Chalcedoniensi concilio confirmatum est.Statuit item ut consecratio diuini sanguinis in uitreo uase non autem in ligneo:ut antea fieret.Hæc quoq; institutio sequẽtibus temporibus immutata est. Vetitum enim est:ut neq; in ligno fieret propter raritatem qua sacramentum imbibitur:neq; in uitro propter fragilitatem: neq; ex metallo ob tetrum saporem quem inde concipit:sed fieri uoluere ex auro argẽtoue aut ex stagno:ut in Triburensi & Remẽsi concilio scriptũ apparet.Idem præterea instituit ut omnes christiani annos pubertatis attingentes:singulis annis ĩ solemni die paschæ publice communicarent.Quod quidem institutum Innocentius tertius deinceps non ad communionem solum:uerum etiam ad cõfessionem delictorum traduxit. Mandauit item ne episcopus:uel a patriarcha:uel a primate:uel a metropolitano suo in iudiciũ uocatus sine auctoritate apostolica dãnaretur. Voluit postremo præsbyteros omnes adesse celebrante episcopo:quod etiã(ut dictũ est)Euaristo placuit. Huius autẽ temporibus fuere & Heraclitus:qui in apostolũ cõmentarios scripsit: & Maximus qui famosam quæstionẽ insigni uolumine discussit:& Candidus qui Hexamerõ composuit.Et Origenes qui decimo Seueri pertinacis anno persecutione ĩ christianos mota leonida patre interempto:quẽ ipse adolescens ad martyriũ adhortatus ẽ cũ sex fratribus & matre uidua pauper relinquitur:redactis in fiscũ paternis bonis:quod christũ uerum deũ profiterentur:unde grammatica sibi ac suis uictũ quæsiuit. Discipulum autẽ Plutarchum habuit:qui postea martyrio coronatus est.Totus deinde ad religionẽ conuersus catethizandi:hoc est prædicandi officiũ habuit.Tanti autem ingenii fuit: ut nulla eum lingua:nulla litteratura latuerit.Mira utebatur continentia in cibo & potu: abstinentia in rebus alienis.Nam & paupertatẽ christi imitatus est:& multis ãnis nudis ambulauit pedibus:illud quoq; quod ĩ euangelio dicitur secutus est:& si puerile habetur: quia sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum dei. Huius uirtutem plærique imitati martyrium pro fide christi æquo animo passi sũt:maxime uero Potamiena mulier:calida pice in caput eius fusa. Zepherinus autem cũ exordinatiõibus quattuor mense decembri habitis:præsbyteros tredecim:diaconos septem episcopos tredecim creasset:moritur Seueri tempore:ac in uia Appia non longe a cœmiterio Calisti sepelitur septimo calendas septembris.Sedit autem annos octo:menses septem: dies decem:uacat tum sedes dies sex.

CALISTVS

CALISTVS natione Romanus patre Domitio ex regione Vrbis Rauennatum usque ad seueri tempora peruenit: cuius cum animo fortuna mutata est. Nam ubi quintus a Nerone persecutionẽ in christianos mouet: continuo uariis periculis & bellis distrahitur:hinc a Pescẽnio nigro:qui magnos ĩ Syria motus concitauerat:hinc a Clodio Albino:quem tamen ĩ Gallia non in cruento prælio superauit. Inde uero in Brittaniam profectus deficientibus fere sociis omnibus uariis casibus afflictatus: apud Eburacũ Galliæ moritur anno ĩperii sui.xvii.duobus filiis relictis:Bassiano & Geta:quoq; Geta hostis publicus iudicatus ẽ ac ĩterfectus:cũ ad uitã eius oĩbus probris cõtaminatam:tum uel maxime quia Papynianum iuris ciuilis alterum Asyllum sua manu necauerat.At Bassianus sumpto a senatu Antonini nomine Imperio potitus est:ac Caracallæ cognomentum accæpit a genere uestis: quam populo dono dedit.Is autem patre asperior & omnium libidine intemperãtior:nullum genus facinoris in uita prætermisit.Nam & fratrem Getam occidisse putatur:licet Geticum triumphum eius nomine duxerit:& nouercam suam in uxorem duxit. Nihil ægregiũ de se reliqt præter Thermas Antõianas quas ipse ĩcohauit:& Alexãder pfecit:muniuit

& uiam nouam. Eos præterea capitali pœna affecit: qui remedia quartanis ac tertianis collo gestarent. Dánati præterea ab eo sũt qui ad statuas minxissent. Hic postremo dũ bellum in Parthos mouet: inter Edessam & Caras ab hostibus circumuentus occiditur septimo ĩperii sui ãno: dũ leuãdæ uesicæ causa ex equo descẽdisset. Calistus autem pontifex ĩ tanta rerum perturbatione tamque scæleratis imperatoribus nequaquam ab instituto suo discedens constituit: ut ter in anno ieiunaretur die sabbati præsertĩ frumẽti uini & olei gratia secundum prophetam: uidelicet quarto mense septimo & decimo: incohando annum hæbræorum more. Verum postea mutata sẽtentia id in quattuor ãni tempora transtulit: in uernale scilicet: æstiuale: autumnale: & hyemale: quibus tẽporibus deiceps ratio sacrorum ordinum habita est: cum antea id quidem tãtummodo decembri mense fieri consueuisset. Idem quoque instituit ne clericorum delatores & accusatores uel infames: uel suspecti: uel inimici in accusationibus & iudiciis reciperentur. Eos uero hæreticos putauit: qui arbitrantur sacerdotes post crimen admissum: etiam si dignam penitentiam subiissent ad pristinos honores redire non posse. Hũc ædificasse basilicam in transtyberina regione in honorẽ beatæ uirginis Damasus scribit. Nõ tamen crediderim hanc illam esse: quam hodie tam celebrem & amplam cernimus: cum ea tẽpestare ob crebras persecutiões occulta essẽt omnia: & sacella potius atq; eadẽ abdita & plærunque subterranea: quã apertis ĩ locis ac publicis fierent. Cœmiterium quoque de suo nomine cõdidit uia Appia: eo loci ubi multorũ martyrum cineres ãtea repositi fuerant. Vnde mirum cuipiã uideri non debet: si prius multos eisdem ĩ locis sepultos diximus: cum nomen illud postea a notiore persona traxerit. Inuisi ego hæc loca cũ amicis quibusdam religiõis causa. Visuntur adhuc cineres & ossa martyrum: uisuntur sacella: ubi priuatim sacrificia fierent: quæ publice quorundam imperatorum edicto exhiberi deo non poterant. Huius tẽporibus fuit Tertullianus apher Cẽturionis procõsularis filius: quẽ Hieronymus primũ post Victorẽ & Apolloniũ ĩter doctos latinos cõmemorat Acris enim ingenii fuit: multa uolumina scripsit. Vidi ego Hieronymus inquit Paulum quẽdã concordiæ: quod oppidum italiæ est: qui se beati Cypriani notariũ: cũ ipse admodum adolescens esset Romæ uidisse diceret: referretque Cyprianũ nũquã absq; Tertuliani lectiõe unã diem præteriisse. Is uero cum usque ad mediã ætatẽ præsbyter mansisset. inuidia deinceps & contumeliis clericorum Romanæ urbis ad Montani doctrinam lapsus contra ecclesiam uolumina composuit: maxime uero de pudicitia: de monogamia: de ieiuniis. Scripsit & contra Apollonium libros sex. Eisdem quoq; temporibus multa præclare gessit Origenes. Nam & Hebioneorũ hæresim impugnauit: q & christum ex Ioseph & maria natum purum esse hominem dicebant: & legem iudaico ritu seruãdam prædicabãt. Hoc idem & Symmachus sentiebat. Traduxit etiam sua doctrina ad ueram fidem Ambrosiũ quẽdam Valentiniani dogmatis (ut ait Eusebius) imitatorem: uel ut Hieronymo placet: Martionitem: cui pro Theochristo præsbytero liber Origenis de martyrio inscribitur. Hunc quidem & si hostem sibi porphyrius desumpserit christiani nominis accerrimus persecutor: ita tamen ĩterdum laudat: ut nũc doctissimũ philosophum principem uocet: & cum dicat eum omnia Platonis secreta consecutum: carpit tamen quod religioni christianæ se addixerit. Scripsisse Origenem ad sex milia uolumina librorum: Hieronymus ipse refert. Errauit tamen (ut eidem & Augustino placet) in plærisq;: maxime uero in libro de principatu: quem Periarchon appellauit. Hũc uero & Pamphylus martyr: & Eusebius: & Ruffinus Aquileiensis præsbyter mirifice commendant. At Calistus ubi ex ordinationibus quinquies per mensem decẽbrem actis: præsbyteros .xvi. diaconos quattuor: episcopos octo creasset: martyrio coronatus est: ac sepultus in cœmiterio Calopodii uia aurelia: tertio ab urbe miliario: pridie idus octobris. Sedit anos sex: mẽsibus decẽ: dies .x. Vacat tũ sedes dies sex.

VRBANVS

RBANVS natione Romanus patre Pontiano. M. Aurelio Antonino imperatore fuit: anno christi .cc.xxvi. ab urbe uero condita nongentesimo & .lxx. Hic autem ut putabatur Caracallæ filius. Erant enim qui dicerent eum

uulgo cõcæptum:Romã ueniens magna omnium expectatione imperium adeptus: Heliogabali nomen sumpsit a sole:cuius sacerdos erat ædito templo. Phœnices enim Heliogabalum solem uocant. Verũ ita præter expectationem is uixit:ut nullã de se nisi flagitiorum totiusq; obscænitatis memoriã reliquerit. Nam & in uirgines uestales incæstum commisit:& probrosas mulieres semper domi habuit:& iracundia ĩcitatus Sabinum consularem uirum(ad quẽ Vlpianus scripsit)e medio tolli iussit. Dignitates autem & honores malis ac flagitiosis committebat:quos quidem ita aliquãdo deridebat: ut cum secũ accubuissent stratis follibus in cœna:eisdemque reflatis subito sub mensa omnes reperirentur. Ita autem inhoneste ridebat:ut publice in theatro solus audiretur. Primus Romanorũ holoserica ueste:mensis ac capsis argenteis usus ẽ. Admonentibus amicis:caueret ne ad inopiam redigeretur. Respondit quid melius:q̃ ut ipse mihi hæres sim & uxori meæ. Eo uesaniæ interdum prouectus est:ut decem milia pondo araneharum collegerit:qua ex re dicebat magnitudinẽ urbis Romæ compræhẽdi posse. Exhibuit præterea decem milia mur; mille mustelas: mille sorices. Hac uero insania adeo contemni cœptus est:ut tumultu militari exorto ipse cum matre necaretur. Aũt cum ei a sacerdotibus Syris dictum esset ui moriturum eum parasse funem serico & cocco ĩtortum:quo uitam laqueo finiret. Moritur autem quarto imperii sui ãno: quo tpe ĩ Palestina Nicopolis urbs:quæ prius Emaus rei gratia suscipiẽte Aphricano reg; ac tẽpo; scriptore. Vrbanus uero qui huius mõstri tpe fuit:nõ aũt Diocletiani(ut quidam uolunt)multos sanctitate uitæ & doctrina singulari ad fidem traduxit. Inter hos autem Valerianũ uirũ præstantissimũ:beatæ Cæciliæ sponsũ: & Tyburtium eiusdem Valeriani fratrẽ:qui postea martyrium cõstanti aĩo tulere. Quã conditionem etiã uirgo ipsa subiit in domo paterna:iam antea suo rogatu ab Vrbano deo dicata. Eiusdem quoque Vrbani institutum fuit:ut ecclesia prædia ac fundos a fidelibus oblatos reciperet:partireturque prouentus clericis omnibus uiritim: nihilque cuiuspiã priuatũ esset: sed ĩ commune bonum:quod hodie obsoleuit:tanta est hominum rapacitas & libido. Sunt qui huic attribuunt distinctionẽ quattuor temporũ ac ieiunii: quæ antea cõfũdebantur hominum imperitia. Huius temporibus Triphonem Origenis auditorẽ fuisse constat:qui librum præcipue composuit:de Vacca Ruffa ĩ Deuteronomio. Minutius item fœlix insignis tum Romæ causidicus dialogum scripsit:quo christianũ & Ethnicum disputantes inducit. Scripsit & contra Mathematicos:cuius etiã Lactantius meminit. Alexander quoq; hierosolymitanus episcopus Bibliothecam illam hierosolymis tũ instituit:unde tantum laudis consecutus est. At ubi ex ordinationibus quinquies mense decembri habitis:ptæ sbyteros nouem:diaconos quinq;:episcopos nouem creasset: martyrio coronatus est:& sepultus in cœmiterio prætextati uia Tyburtina. Sedit ãnos quattuor:menses decem:dies.xii. Sedes autem dies.xxx.tum Vacat.

¶ PONTIANVS

PONTIANVS natione Romanus patre Calphurnio temporibus Alexandri imperatoris fuit:anno ab urbe condita.dcccc.lxxiiii. Anno uero christi.cc.& xlv. Inter imperiũ uero Heliogabali & Alexandri tres ĩperatores fuẽt habiti:Diadumenus:Macrinus.& Albinus:quorum nomina prætermittere institui:cũ quia parum imperarunt:tum uel maxime quia nihil memoria dignum gessere. Solus tamen Albinus ob edacitatem nomen aliquod apud pastores consecutus est:ut ait Cornelius: qui centum persica campana:decem melones hostienses:quingẽtas ficos passarias: quadringenta ostrea una cœna comedebat. Sed omittamus hæc monstra ad Alexandrum uenio unicũ uirtutis exemplar:qui senatus ac militum studio imperator creatus ad cõponendam rempu.uicio superiorum principum labefactatam animum adiæcit. Adiutores autem ad hanc rem habuit:& Iulium Frontinum uirum doctissimum: Vlpianũ & Paulum uiros in iure ciuili præstãtissimos. Iusticiam uero ita coluit: ut nemo unquam de illata ab eo iniuria questus sit. Procul omni pompa & ambitione uixit: unde semel tantum dum consul esset picta toga usus est. Siquis autem inter salutandum ca-

put flexisset:aut blandius aliquid dixisset:ut adulator reiiciebatur. Erat præterea tãtæ prudentiæ:ut a nemine decipi posset:unde Turinum qui munera accipiebat:quod magnæ esse auctoritatis apud imperatorem uideretur: i foro trãsitorio ad palum alligatũ fumo necari iussit:præcone clamante fumo punitur:qui fumum uẽdidit. Pecunias aũt quarũ mater Mamea ut mulier studiosa fuit omnino contempsit. Gemmas reiæcit:ut res muliebres:dictitans in Virgilio(quem Platonem poetarum uocabat plures)& meliores gemmas esse. Lenonũ uectigal & meretricum & exoletorum in sacrum ærarium inferri uetuit:idque sũptibus publicis assignandum censuit:quo & theatrum & circus & amphitheatrum & stadiũ instaurarentur. Statuas summoꝝ uirorum undiq; conquisitas in foro transitorio locauit. Thermas uero Antonini Caracallæ:quæ hodie Antonianæ uocãtur:perfecit & ornauit. Templum christo ædificare uoluit:eumq; ĩter deos recipere. Habuit præterea christum ipsũ Abraam & Orpheum in lario suo. Alexander igitur tot uirtutibus insignis iuuenis admodum imperator creatus:bellum statim contra Persas suscæpit:ac Xerxem eorum regem constantissime uicit. Disciplinæ uero militaris adeo seuerus emendator fuit:ut quasdã etiam integras legiones exauctorauerit. Qua seueritate factum est:ut militari tumultu apud Maguntiacum in Gallia occideretur. Põtianus autem pontifex Romanus instigantibus sacrificulis idolorum:mandato principis ab urbe Roma in Sardiniam insulam cum Philippo pres bytero deportat:eo potissimũ tpe quo Origenes Germanũ præs byteꝝ Antiochenũ & Berillũ Arabiæ epũm ab hæresi ad ueritaté reduxit. Negabat Berillus christũ ante ĩcarnationé fuisse. Aliqua opuscula hic scripsit:maxĩe uero epistolas aliquot:q̃bus Origeni ꝑ sana doctrina gratias agit. Extat & dialogus Origẽis & Berilli ĩ quo berillũ hæreseos arguit. Tãti aũt ĩgenii fuit Origenes & doctrinæ:ut septẽ notarii sibi ĩuicẽ succedẽtes:hoĩ uix sufficerẽt. Librarios habuit totidẽ & puellas apprime eruditas:quos oẽs ingenii copiã & ubertatẽ effundẽdo defatigabat. Ab Antiochia uero accersitus Romam a Mãmea Alexandri matre:in quam filius unice pius fuit in pretio habitus Origenes:mulierem christianam fidem edoctam relinquens: Antiochiam rediit. Pontianus uero multas calamitates & grauia tormenta ꝑ fide christi ĩ Sardinia passus tandem moritur; cuius corpus postea a Fabiano pontifice Romã cũ magna ueneratiõe: ac totius cleri supplicatiõibus reportatũ est:ac sepultum uia Appia in Calisti cœmiterio. Hic autem ex sacris ordinibus bis mense decembri habitis:sex pres byteros:diaconos quinq;:episcopos sex creauit. Vixit autem in pontificatu annis nouem:mensibus quinq;: diebus duobus. Vacatum sedes a martyrio eius dies decem.

Germanus

Berillus.

Origenes.

Mãmea fidem xpi suscepit

Pontianus in exilio moritur

❡ANTHERVS

ANTHERVS natione græcus patre Romulo pontifex creatur: Maximino imperante:qui anno ab urbe condita dcccc.lxxxvii.ex corpore militari: posteaq̃ bellum in Germania prospere gesserat: sine ulla senatus auctoritate ĩperator electus est. Fuit autem ingentis staturæ uir:adeo ut pedes octo excederet. Pedẽ habuit tantæ magnitudinis:ut postea in prouerbiu locum cesserit: cum de longis & ineptis hominibus loquimur: Maximini caligam requirit. Pro annulo autem uxoris dextrocherio utebatur. Tantæ uero bibacitatis erat: ut uini amphoram una cœna biberet. Verum cũ Sextus a Nerone christianos cædibus persequeretur tertio anno. posteaquã regnare cœperat a Pupieno Aquileiæ quã obsidebat una cũ filio Maximino interfectus:persecutioni simul & uitæ finem imposuit:Mãmeæ mulieris christianæ & Origenis mortem per maxime cupiens. Ferunt in ea obsidione Aquileiẽsis fœminas funes ex capillis suis fecisse. cum nerui deessent:aut funes ad emittendas sagittas. Vnde in honorem matronaꝝ templum Veneri Caluæ senatus dedicauit. Antherus autem primus statuit:ut res gestæ martyrum diligenter exquisitæ a notariis scriberentur. Cõscriptas recondi in ærario ecclesiæ mandauit:propter maximum quendam qui martyrio coronatus est:ne una cum uita bene agentium memoria aboleretur. Censuit item episcopũ omisso primo episcopatu ad alium necessitatis causa & utilitatis non suipsius:sed creditarum ouium posse transferri. interposita summi pontificis auctoritate;quod hodie

Maximinus imperator.

Persecutio in xpianos

nota.

a platrisq; contra fit:ad utilitatem enim propriá respicientes imo uoluptaté: ut habeát unde expilét ad uberiorem semper respiciunt. Non quot oues:& qua ratione pascédæ sint quærentes:quod est officium boni pastoris:sed:sciscitátes quantum singulis annis inde excerpi possit. De cura animaꝵ parua fit mentio:de augendis prouétibus magna: quo multa iuméta & plures seruos:ac eos quidé ignauos & stolidos domi alant. Huius aút temporibus Iulius Aphricanus fuit inter scriptores nobilis:constituta etiam(ut Eusebius ait)Cæsareæ suo nomine insigni Bibliotheca. Hic sub. M. Aurelio Antonino legationé suscæpit ꝓ instauratione Emaus:quæ postea Nicopolis appellata é:ut ante diximus. Scripsit ité epistolam ad Origenem:qua ostendit fabulam Susánæ apud hebræos non haberi:contra qué postea Origenes ob hanc rem grandem epistolam: scripsit. Geminus quoq; Antiochenæ ecclesiæ pres byter:& Heraclias Alexádrinæ ecclesiæ pótifex tum quidem in pretio sunt habiti. Antherus uero uno tantúmodo episcopo creato:martyriú subiens:in cœmeterio Calisti uia Appia sepelitur tertio nonas Ianuarii. Sedit annis. xi. mése uno:diebus. xii. Vacat tum sedes dies. xiii.

¶ FABIANVS

FABIANVS natione Romanus ex patre Fabio a Gordiano & Philippo usq; ad Decium imperatorem peruenit. Gordianus enim imperiú adeptus: cum Parthos iam erumpétes ingenti clade superasset:ad triumphum rediens: a Philippis necatur. Cuius hæc fuit præcipua laus:quod ad sexagintaduo milia librorú in bibliotheca habuisse dicitur. Philippus autem anno ab urbe condita noningentesimo nonagesimoseptimo:reductis militum copus e Syria in italiá una cum filio Philippo annos quinq; imperat. Hunc aút primú imperatorem christiani habuere:qui quidé mysteria adire nunq̃ est ausus nisi confessus. Post tertium uero imperii sui annum millesimus ab urbe condita annus impleтus est. unde & seculares ludi celebrati sunt: qui centesimo quoq; anno repetebantur. Instituti a Valerio Publicola post exactos reges a seculo nomé ducentes:quod est humanæ uitæ spatium. Hi tamé Decii fraude licet diuersis in locis interfecti sunt:nam Philipus pater Veronæ: Romæ filius occiditur. Fabianus autem pontifex septem diaconis regiones diuisit:qui a notatis martyrum res gæstas colligerent ad cæterorum exemplum:qui christi fidem profitebátur. Idem quoque in coemeteriis pro dignitate martyꝵ ædificauit. Statuit præterea: ut singulis quibusq; annis in cœna domini:chrisma renouaretur:ac uetus in ecclesia combureretur. Huius tempore exorta est nouatiana hæresis. Nouatus ení urbis Romæ pres byter ob cupiditaté episcopatus:oía diuina atq; humana miscebat:ne in manus Cornelii qui fabiano successit pótificatus deueniret. Ab ecclesia ení separatus semet ac suos κα'Ταρουϛ idest mundos appellabat. Negabat apostatas etiá pœnitétes recipiédos esse. Hanc ob ré Romæ concilium sexaginta episcopoꝵ:totidem pres byteroꝵ cum diaconis pluribus habitum est:quo Nouatii opinio ut falsa improbatur:quod saluatoris exéplo nemini penitenti deneganda sit uenia. Eisdem quoq; temporibus Origenes hæresim quorumdá sustulit:affirmantiú aíos hominum una cum corporibus interire:rursumq; in Anastasi(quam nostri resurrectionem uocant)una cum corporibus suscitate. Sustulit & hæresim Helchesatarum:qui Paulum apostolum omnino respuunt:quiq; asserunt negantem in tormentis christú nihil criminis habiturú:modo integri & recti sit cordis. Scripsit etiam idé auctor í celsum epicurum christianos ípugnanté. Litteras quoq; de fide ad Philippú & Seueram eius uxorem dedit. Ad Fabianum postremo de ordine fidei multa conscripsit. Alexander uero Cappadociæ episcopus:cum desyderio sacrorum locorum hierosolymam perrexisset:cogitur a Narcisso eiusdem urbis episcopo iam sene administrationé episcopatus secú suscipere. Verum sub Decio ardéte persecutióe quo tempore Babylas Antiochiæ martyriú passus est cæsaream ductus ob confessioné christi necatur. At Fabianus pontifex cu; dú Anthero successor quæreret:columba ut creditú est:supra caput astitit eiusdem formæ qua illa uisa est:quæ spiritú sanctú supra caput iesu apud iordané detulit martyrio coronatur:ubi ex quinq; ordinationibus mése decembri habitis pres byteros duos &. xx. diaconos septem. episcopos undecim cre-

asset. Sepultus est autem in cœmeterio Calisti uia Appia. xiiii. calendas februarii. Sedit an. xiii. men. undecim: dies undecim. Vacat autem sedes diebus sex.

CORNELIVS

CORNELIVS natione Romanus: patre Castino Decii temporibus fuit. Qui e Pannonia inferiore Budaliæ natus interfectis Philippis imperium sumpsit: odio i christianos exardens propter Philippos eiusdem sectæ imitatores Verum cū postea biēnio cum filio Cæsare iperasset: a Barbaris opprimitur: adeo ut eius cadauer nusq̄ repertum sit Digno certe damnatus iudicio: qui septimam post Neronē persecutionē in christianos mouens multos sanctissimos uiros interemit. At uero sub episcopatu Cornelii: qui apostatas recipiendos censebat pœnitentes præsertim: nouatus Nouatianum extra ecclesiam ordinauit: & in Aphrica Nicostratum. quam obrem confessores qui a Cornelio secesserant: cū maximo præsbytero ac Moise sentiētes ad ecclesiam reuersi ueri confessoris nomen adepti sunt. Verum postea instantibus hæreticis Cornelius: Cētumcellas in exilium mittitur: ad quem Cyprianus Carthaginensis episcopus in carcerem coniectus litteras mittit: quibus intellexit & amici calamitatem & exilii sui confirmationem. Extant & aliæ Cypriani ad Cornelium epistolæ plenæ religionis & fidei: sed illa potissimum elegans habetur qua Nouatum discipulum quendam suū accusat & damnat. De eadem quoq; hæresi & Dionysius Alexandrinæ urbis episcopus Origenis olim auditor ad Cornelium scripsit Nouatum præterea alia epistola repræhendit quod a communione Romanæ ecclesiæ discesisset: quodq; etiam se inuitum ad pontificatum obeundum diceret esse deductum. Tum ille si iuitus nouati (ut dicis) designatus es: probabis: cum uolens secesseris. Cornelius autem Priusquā in exilium mittitur instāte Lucina matrona sanctissima corpora Petri & Pauli e catechumbis ubi minus tuta eum uidebant noctu leuāt: Paulū Lucina i prædio suo uia hostiēsi collocat eo loco ubi interfectus fuerat. Petrū uero Cornelius apud locum reponit ubi: crucis martyrium subierat. in templo Appollinis ad radices aurei montis. iii. calendas Iulii. At uero Decius ubi intellexit Cornelium litteras a Cypriano accæpisse eum a Centūcellis Romā pduci iubet: quem ita in Telluris templo astante urbis præfecto alloquitur. Sic inquit obstinatæ uitam ducere instituisti: ut neque deos cures neq; præcæpta uel minas principum timeas. & cōtra rēpu. litteras accipias ac mittas: Huic Cornelius. De laudibus christi: de ratiōe redimendorum animorum: non de imminutione iperii litteras accæpi & reddidi. Tū Decius iratus sanctissimum uirum plumbatis cædi: genus id flagelli est: atq; deinceps ad templum Martis duci iubet: ut simulachrum eius adoraret: id si facere abnueret pœna capitali afficeretur. At uir sanctus dum ad supplicium duceretur omnia bona sua Stephano archidiacono commisit. Post hoc uero tertio nonas Maii obtrūcatur. Huius corpus beata Lucina una cum quibusdam clericis noctu sepeliuit in arenario prædii sui: uia Appia non longe a cœmeterio Calisti. Sunt qui scribant hunc pontificem sub Gallo & Volusiano passum. At ego multo magis Damaso credo: qui Decii iussu hoc factū affirmat. Cornelius autem mense decembri sacrorum initiandorum potestatē bis fecit: unde presbyteros quattuor: diaconos quattuor: episcopos septē creauit. Sedit ānis duobus mēsibus duobus: diebus tribus. Sedes autē diebus quinq; & triginta tum uacat.

LVCIVS.

LVCIVS natione Romanus: patre Porphyrio: imperāte Gallo Hostiliano pōtifex eligitur. Gallus enim cum Volusiano filio imperium obtinuit: quorū temporibus in ultionem christiani nominis tanta pestis exorta est: ut paucæ domus nedum ciuitates & prouinciæ extiterint: quæ non tantam calamitatem senserit Verum Gallus & Volusianus dum contra Aemylianum res nouas agitantem bellum ciuile moliuntur inter Amnē necantur: nondum completo imperii sui biēnio. Aemylianus uero obscuro loco natus tertio mense occupator tyrānidis opprimitur. Mox autē Valerianus i Rhæciis & Norico ab exercitu Gallienus Romæ a senatu imperatores eliguntur. Quorum imperium perniciosum Romano nomini fuit: principum ignauia & in christianos sæuitia. Nam & Germani Rauennam usque peruenere: ferro ac flāma

omnia uastantes:& Valerianus in Me sopotamia bellum gerens a Parthis captus: in seruitute turpiter uixit Eo enim ut scabello Pacorus Persarum rex equum īscensurus utebatur:ac merito quidem cum statim ubi imperiú arripuit octauus a Nerone adigi tormentis christianos idola colere: abnegantesq́ interfici ubiq́ iusserit. Tertius auté tam claro dei iudicio Gallienus pacem ecclesiis tribuit. Sero tamen iam enim dei uoluntate Barbari omnes in fines Roma nos eruperant:& tyranni quidam perniciosi exorti sunt: qui quod domi relictum erat ab extremo hoste pessundarent. Gallienus uero cú répu. deseruisset:ac Mediolái libidinibus operam daret occiditur. Lucius igitur mortuo Volusiano exilii poena liberatus Romá ueniens: constituit ut duo presbyteri : diaconi tres ubique locorum episcopum comitarentur eius uitæ & actionis testes. Huius auté temporibus martyrium passus est Cyprianus: qui primo rhetoricam docuit: deinde suadente presbytero Cæcilio (ut Hieronymus ait) a quo & cognomen sortitus é. ad christianos transiens omnes facultates suas pauperibus erogauit. Presbyter primo: deinde Cartaginensis episcopus creatus sub Gallo & Volusiano martyrii poena afficitur. Cuius uitá & martyrium Pontius eiusdem Cypriani presbyter:& exilii comes ægregio uolumine cóposuit. Ante uero q̄ moreretur Cyprianus uenerat in sententiá ecclesiæ Romanæ. Nó esse rebaptizandos hæreticos: sed sola manus impositione in gratiam recipiendos. Hac enim de re inter Cyprianum & Cornelium magna fuerat olim contentio. Lucius uero anteq̄ ad martyrium iubente Valeriano duceretur: omnem potestatem ecclesiæ Stephano archidiacono suo permisit. Ter autem dádis ordinibus sacris uacauit decembri ménse: unde presbyteros quattuor : diaconos quattuor: episcopos septem creauit Sepultus é in cœmeterio Calisti uia Appia octauo calédas septembris. Sedit annis tribus : men. iii. diebus. iii. Dies quinque & triginta sedes tum uacat.

STEPHANVS



STEPHANVS natione Romanus patre Iulio. Cum iam de imperio Romano actum uidetur: pontifex eligitur: eo potissimum tépore quo Posthumus in Gallia Tyrannidem occupat. cum maximo reipu. emolumento. Nam annis. x. ingenti moderatione usus pulsis hostibus: prouinciam in pristinam formá redegit. Huic deinde militari tumultu apud Magúcia cum interfecto Victorinus successit: uir quidem in re militari strenuus: sed dum nimiæ libidinis esset: & aliena matrimonia corrúperet: Agrippinæ occiditur. Stephanus autem ad ordinandam ecclesiam conuersus instituit: ne sacerdotes & leuitæ uestibus sacris alibi q̄ in ecclesia: & peragédis sacris uterétur: ne si secus facerét pœná Balthessar regis Babylonis subirent qui uasa sacra ꝓphanis manibus attigeret De rebaptizádis aút his qui ad fidem redissent: eadem sensit quæ Cornelius pontifex: neq́ ullo modo his recómunicandum esse qui rebaptizarent. Vnde Dionysius qui antea hac de re cú Carthaginésibus & Orientalibus senserat: mutata sententia ad Stephanú scribés: eum bono esse animo iubet: cú ecclesiæ tá Asianæ q̄ Aphricanæ mutata opinione in sententiam Romanæ sedis iam uenissent. Iuuit & ecclesiam dei illa tempestate Malchion eloquentissimus Antiochenæ ecclesiæ presbyter. Hic enim contra Paulum Samosatenum episcopum Antiochenum scripsit : q̄ dogma Artemonis instaurare conaretur: affirmátis christum cómunis naturæ hominé tantúmodo fuisse: nec semper fuisse: sed a Maria sumpsisse principium. Quæ opinio postea in Antiocheno concilio omnium consensu improbata est. Hac autem de re idé Malchion grandem epistolam nomine Synodi ad christi fideles scripsit. Stephanus anté tú opere & uerbis multos gentiles ad fidem christi conuertisset: conquisitus a Galieno: ut quidam uolunt: uel ab his qui ex Deciano edicto christianos persequebátur: una cum pleris q́ suorum ad martyrium rapitur. Capite enim mulctatus i Calisti cœmeterio uia Appia sepelitur: quarto nonas augusti: cum iam ex ordinibus sacris bis mense decembri propositis ; pres byteros sex : diaconos quinque : episcopos tres creasset. Sedit annis septem ; mensibus quinque ; diebus duobus. Sedes autem ad dies duos & triginta tum uacat.

SIXTUS

SIXTUS secūdus natione græcus patria Atheniēsis ex philosopho christi discipulus factus est durāte adhuc Deciana & Valeriana persecutione. Sed nō erit a re nostra alienū reliquos tyrānos: ut cœpimus sparsim scribere: quod uerum principem attigerimus. Nam Victorino in Gallia interempto Tetricus senator qui tum Aquitaniam gubernabat: absens a militibus imperator creatur. At uero dum hæc in Gallia agerentur per Odenachum Persæ uicti: defensa Syria: Mesopotamia usq; ad Cthesiphōtem recæpta est. Eaq; tempestate exorta doctrina est apud Ptolemaidē: quæ olim Barce uocabatur: Pentapoleos ciuitatem plenā blasphemiis ī deum patrem & in christum quem summi dei filium esse negabat: primogenitum que omnis creaturæ: simul etiam spiritus sancti intellectum auferebant. Ii Sabelliani a Sabellio auctore tam peruersæ sectæ inuentore uocati sūt. Quid dicam de spurcissimo Cheriti dogmate? Qui post mille annos futuram Anastasim & regnum christi in terris dicebat: unde Chiliastos a græcis uocatus est. Is aūt quia libidinum & cupiditatum īpatiens erat: uoluptates ipsas in promissionibus futuri regni sanctis ꝓponebat: abundantiam ciborum & mulierum copiam. Idem sentiebat & nepos in partibus ægypti episcopus. In deliciis enim corporis & uoluptatibus omnibus regnaturos in terra sanctos cum christo dicebat. Hinc Nepotiani tam turpis sectæ imitatores uocati sūt. Cōfutare & extinguere has opiniones Sixtus aliquando meditabatur: uerum accusatus quod christi fidem contra imperatorum decreta prædicaret. captus ad Martis templum ducitur: ut aut Marti sacrificet: aut si facere noluerit pœnam capitis subeat. Euntem ad supplicium Laurentius archidiaconus ita alloquitur: Quo īquit progrederis sine filio pater? Quo sacerdos optime sine ministro ꝓperas. Cui Sixtus: ego te nō desero fili: maiora tibi ꝓ fide christi supersunt certamina: post triduum me sequeris sacerdotem leuita. Interim autem si quid in thesauris habes: id pauperibus distribue. Eodem uero die una cum Sixto diaconi sex interficiuntur: Fœlicissimus: Agapitus: Ianuarius: Magnus: Innocētius: Stephanus sexto idus augusti. Laurentius uero triduo post una cum Claudio subdiacono: & Seuero presbytero. & Crescentio lectore & Romano hostiario uariis cruciatibus necatur quarto idus augusti. Exustum igni Laurentium ferunt. Vincētius uero quem Sixti discipulum fuisse constat in Hispaniam profectus: huic martyrio interesse nō potuit. Sixtus aūt in pontificatu suo sacrorum ordinum potestatem bis fecit mēse decēbri: unde & presbyteros quattuor: diaconos septem: episcopos duos creauit. Sixti corpus ī cœmeterio Calisti uia Appia sepelitur. Reliqui uero martyres iacent ī cœmeterio prætextati in agro Veranio uia Tyburtina. Sedit autem Sixtus ānos duos: men. decē: dies tres & uiginti. Vacat tum sedes dies quinque & triginta.

DIONYSIUS

DIONYSIUS cuius originem Damasus inueniri potuisse negat: ex Monacho pontifex creatus: presbyteris ecclesias & cœmeteria ī urbe Roma statim diuisit. Parrochias & diœceses foris distribuit: quo quisq; finibus suis limitibus ue contētus esset: Huius tēporibus fuisse Claudium existimauerim: qui ubi ex uoluntate Senatus īperiū suscæpit Gotthos ānis iā quindecim: Illyricū Macedoniāq; uastās bello adortus incredibili clade superauit. Hanc ob rē in curia aureus Clypeus: in Capitolio aurea statua eidem a senatu decreta ē. Morbo aūt correptus apud Syrmium moritur: nondum expleto biennio in imperio: quo mortuo statim Quītilius frater ab exercitu imperator eligitur: uir quidem unicæ moderationis: & qui solus fratri præferri posset. Is quoq; decimoseptimo imperii die interficitur Dionysii uero tēporibus: Paulus Samosatenus ab orthodoxa fide desciscens Artemonis hæresim suscitauit. Nā in de mortuis locū Antiochenus episcopus creatus superbe nimium sese habebat. Intercūdū enim præ superbia & litteras relegebat & dictabat epistolas: multis constipato agmine præcedētibus ac subsequētibus. Vnde ꝓpter hoīs arrogātiā christianā religionē plærīq; detestabanī. Sed quid facerēt nostra tēpestate: qua nil uel superbiæ uel pompæ: uolo dicere luxuriæ addi pōt? Si tot adolescentes antambulones sericatos & coccinatos ī eqs

præferocibus ac phaleratis uiderét: Siq; subsequétiú pres byterorũ turbá cernerét: cla-
mydibus optimi cuiusq; coloris hic inde ab equis deauratis pendentibus: Execrarent
eos sat scio: dicerent: nil eis cum christo præter similitudiné quandam religionis com-
mune esse. Ad Paulum redeo: quem tutius reprahédere licet. Is eni inflatus opinione
suupsius ac tribunal altius quærés negabat dei filiú coelo descédisse: sed a maria cæpis-
se originé & initium e terra habuisse. Hanc ob rem in concilio Antiocheno omnium
episcoporum: qui aderát consensu publice damnatus est: maxime uero Gregorii cæsa-
riensis episcopi uiri sanctissimi sententia: qui tanto concilio interfuit: & postea pro fide
christi martyrii poenam subiit. In Paulum uero Malchio Antiochenus pres byter mul-
ta disseruit & scripsit: quia Artemonis hæresim (ut dixi) instaurare conabatur. Huic au-
tem concilio ꝓpter seniú interesse Dionysius nõ potuit. Ea tamen de re ad eú per ma-
ximum Alexandrinú episcopum late perscriptú est. mortuus aút Dionysius sepelitur i
cœmeterio Calisti: ubi ex institutionibus duabus mense decembri habitis: pres byte-
ros duodecim: diaconos sex: episcopos septem creasset. Sedit annis sex: men. duobus:
diebus. iiii. uacat tum sedes dies sex.

FOELIX.

FOELIX natione Romanus patre Cõstãtino Aureliani tépore fuit: qui ãno
ab urbe cõdita millesimo ac uigesimoseptimo imperiú adeptus: uir militari
disciplina Clarus: Gotthos apud Danubiú graui prælio superat. In Asiam
deinde traiiciens Zenobiam: quæ occiso Odenacho marito Orientis tenebat impe-
rium: apud Thymas haud longe ab Antiochia tenore magisquam prælio uincit: eam-
que in triumphum una cum Tetrico ducit: quo apud Catalaunos superato Gallias
recæperat. Aureliani tamé cleméția & húanitate Zenobia honorifice i urbe cõsenuit:
unde Zenobia familia Romana originé habuit: & Tetricus cõseruatus Lucanis deinde
præfuit. Ad pacis uero opera conuersus imperator: & templum Apollinis & muros ur-
bis magnificentissimis operibus extruit. Hic autem postea mota in christianos persecu
tione: nonus a Nerone de coelo tactus inter Constantinopolim & Heracleam in Zeno
phrurio occiditur. Foelix autem martyrum gloriæ consulens: statuitur quotannis sa-
crificia eorum nomine celebrarentur: utq; nullibi q̃ in sacro loco & a uiris sacris initia-
tis sacrificium: quod missam appellant celebraretur: necessitatem semp excipiés. Quod
si de consecratione templi ignoratum fuerit. utpote: uetustate: & abolitione monumé-
torum consecrari denuo mandat. Neque enim (ut ipse aiebat) iteratum dicitur quod
factum esse nescitur. Huius tempore Manes quidam gente persa uita & moribus Bar-
barus: profiteri se christum ausus est: ascitis in societatem duodecim discipulis: quo fi-
dem rebus i omnibus faceret. Ut autem tum impugnatur Manes ob impietatem & su-
perbiam: ita maxime laudatur Anatolius Laodicenus episcopus propter religionem &
doctrinam. Ausus etiam eodem tempore Saturnius est nouam Antiochiam condere:
exercitus opera fretus Verum dum audacter nimium imperium quoque molitur inua
dere: Apameæ tandem occiditur. Foelix autem ubi repetitis sacris ordinibus mense de-
cembri: presbyteros nouem: diaconos quinq; episcopos quinq; creasset: martyr uia Au-
relia sepelitur tertio calendas Iunii in Basilica: quam antea i honorem dei condiderat:
secundo ab urbe miliario. Sedit auté an. iiii. mens. iii. dies. xv. Vacat tũ sedes dies quinq;

EVTICHIANVS.

EVTICHIANVS natione Thuscus patre Maximo temporibus Aureliani fu
it: cui quidem interempto Tacitus succedit: uir certe idoneus reipu. guber-
nandæ ob eius uirtutem & integritatem. Verum in ponto sexto mense post
adeptum imperium occisus est. Florianus quoq; qui Tacito successit: tertio demú im-
perii sui mense apud Tarsum occiditur. Eutichianus autem instituit ut in altari frugi-
bus benediceretur: maxime uero fabæ & uuæ. Constituit item nequi martyres sepelire
uellét sine Dalmatica collobioue purpureo id facere auderét: se nesciéte praeserti. Sunt
q scribát huius tpibus Dorotheú Eunuchú fuisse uirũ certe græca & hebraica lingua
doctissimú: cuius doctrina mirifice delectatú Aurelianú ferút. Ná ita primis iperii sui

annis christianis fauit: ut Pauli Samosateni sectam ab ecclesia separauerit. Verũ postea malis consiliis subornatus in christianos (ut dixi) persecutionem moués: scriptis iam cade re ad præsides prouinciarum litteris diuino iudicio interimitur. Ipsius autem Dorothei scripturas sacras exponentis auditor Eusebius etiam adolescens fuit. Anatolius quoque Alexandrinus Laodiceæ Syriæ episcopus multæ doctrinæ uir: præclara quædam í mathematicis & scriptura sacra tum composuit. Inuectus est & í Manicheo῝ hæresim quæ tum maxime inualuerat. Ii ad reliquos errores & duas substantias introduxerunt boná & malam: dixereque animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare. Testamentũ uetus omnino respuebant: nouum uero aliqua ex parte recipiebát. At Eutichianus ubi ex sacris ordinibus mense decembri habitis presbyteros. xiiii. diaconos quinq῝: episcopos nouem creasset: martyrio coronatur: & in cemeterio Calisti uia Appia sepelitur octauo calendas augusti. Sedit an. unum: mensem unum: diem unum. Vacat tum sedes dies octo. Sunt tamen qui scribant eum annis octo: mensibus decem in pontificatu uixisse: sed ego multo magis Damaso credo: qui primæ sententiæ auctor est.

¶ CAIVS.

CAIVS natione Dalmateus patre Caio ex genere Diocletiani imperatoris primum probi tempore fuit: deinde Caio & Carino imperantibus. Probus autem rei militaris gloria insignis: suscæpta reipu. administratione Gallias a Barbaris occupatas íngenti fœlicitate restituit. Saturninum imperium usurpare conantem in oriente. Proculum & Bonosum Agrippinæ magna celeritate oppræssit. Apud Sirinum tamen uir acer & iustus: tumultu militari & licẽtia occiditur anno imperii eius sexto post quem Carus Narbonensis imperium suscæpit ac biennio tenuit. Hic cum filios duos Carinum & Numerianum ad gubernacula imperii traduxisset: bello Parthico captis etiam Coelenis & Ctesiphonte nobilissimis urbibus in castris fulmine ictus concidit. Numerianus uero qui tum cum patre erat rediens Apri soceri sui fraude necatur. Carinus autem probris omnibus contaminatus a Diocletiano difficili tamen bello in Dalmatia uictus: scelerum suorum pœnas tandem luit. Caius uero ordines in ecclesia distinxit quibus tanq̃ gradibus quibusdam ad episcopatum ascenderet. Ii erát ostiarius: rector: exorcista: acolythus: sub diaconus: diaconus præsbyter: episcopus. Idẽ quoque (ut quondam Fabianus) regiones diaconis diuisit: qui res gestas martyrum conscriberet. Constituit etiam ne prophanus quispiam sacris initiatum in iudiciũ uocaret: neue paganus aut hæreticus accusandi christianum hominem potestatem haberet. Huius tempore fuisse Victorinum Petabionensem episcopum cõstat: qui multa commentaria in sacros codices scripsit. Inuectus est etiam in hæreses omnes licet non æque græcam linguam ac latinam nouerit (ut Hieronymo placet) qui affirmat eius scripta grandia sensu: compositiõe uilissima apparuisse. Pãphilus uero presbyter Eusebii Cæsariensis episcopi necessarius: adeo diuinorum uoluminum cupidus fuit: ut magnam partem librorum Origenis sua manu descripserit: quos quidem libros Hieronymus affirmat se uidisse í Bibliotheca Cæsariensi tanta auiditate: ut Croesi diuitias consecutum se arbitraretur. Scripsit idem Pamphilus Apologeticum pro Origine: quod etiam Eusebius non multo post fecit. At uero Caius orta in christianos tempore Diocletiani tanta persecutione quãta nunquam antea: in subterraneis locis quas Cryptas uocant: diu latuit. Captus deinde a persecutoribus una cum Gabinio fratre: eiusque filia Susanna martyrio coronatur & uia Appia in cœmeterio Calisti sepelitur decimo calendas maii: Sunt etiam qui scribant Luciam: Agatham: Agnetem non multo post martyrium passas fuisse. Sedit autem Caius annis undecim men. quattuor: diebus duodecim. Quo quidem tempore presbyteros quinq῝ & uiginti: diaconos octo: episcopos quinque creauit. Quater ordinibus sacris mense decembri habitis. Vacat tum sedes dies. xi

¶ MARCELLINVS



ARCELLINVS natiõe Rõanus: patre Proiecto Diocletiãi dalmatæ obscuro loco nati: & maximiani tẽpibus fuit. Diocletianus. n. ãno ab urbe cõdita. M. xli: ab

exerceitu imperator electus Aprum:qui Numerianũ īterfecerat ipsemet occidit. Verũ
moto ī Gallia tumultu potiusq̃ bello:eo cũ exercitu Maxíanũ cognométo herculeũ mi
sit:q agrestes facile cõpescuit. At uero circũstrepẽtibus ũdiq; bellis cũ solus Diocletiãus
resistere tot periculis nõ posset:maxíanũ augustus cõstãtiũ uero & maxíanũ Galerũ Cæ
sares creat Maxíanus át Herculeus carusio fraude allecti īterépto Brittaniá post ãnos.x
te cæpit. Ar Cõstãtius cũ primo ī Gallia male pugnasset: renouata secũdo pugna: mul
ta milia alemanorũ occidit:q eo uenerát mercede conducti:ac Gallias pacatas reddidit.
Dio cletianus interí captá Alexãdriá quá Achileo resistente mẽsibus octo obsederat di
ripiendam militibus dedit. Præterea uero Maximianus Galerius cum duobus proelis
contra Narseum bene pugnasset: postremo inter Galietium & Caras superaẽ. Atq; tam
sinistra pugna amissis copiis ad Diocletianum confugit:a quo ita arroganter exceptus
est:ut per aliquot milia passuũ purpuratus ante currum eius cucurrisse dicatur. Is autẽ
hac cõtumelia motus:repetito bello hostes superat ac domat. Pacatis hoc modo undiq;
rebus Diocltianus in oriente Maximianus uero Herculeus in occidente:uastari eccle
sias christianos affligi interficiq; mandant:decima post Neronem persecutiõe:quæ cer
te oĩbus diuturnior & ímanior est habita. Nã & scripturæ sacræ igni exustæ sũt: & siqs
christianus in magistratu fuisset:eo sublato remanebat infamis. Præterea uero serui q
in christianismo perdurabant:libertatem cõsequi nõ poterant Milites item christiani
cogebanẽ aut ímolare idolis:aut militiá pariter uitaq; deponere edicto prĩcipis in foro
posito. Hoc uero qdá lacerate ausus pelle nudatus:supfuso aceto & sale tá diu cruciaẽ
quoad uita supfuit. Hũc ī fide cõfirmarũt Dorotheus & Gorgonius uiri clarissimi. His
dem diebus forte fortuna ī urbe Nicomediæ regia domus ĩcẽdio cõflagrare cœpit:un
de ĩpator a christianis id factũ falsa suspicione existimans multos interfici plærosq; ui
uos in igni conici iubet. Eadẽ quoq; scæuitia usi sunt:qui in Miletene prouincia:ī Sy
ria.in Aphrica:in Thebaide:in ægypto cũ imperio erant. In planicie uero Palestinæ &
Tyri multi scæuissimis bestiis expositi sunt. Nullũ aũt genus tormenti christianis tum
non adhibitũ est. Pro ungulis eni testas fictilium uasculorũ adhibebant quibusdã uero
harundines acutæ sub unguibus figebãtur. Hoc etiá tormẽto uexatæ mulieres sũt ha
rundinibus ipsis per pudenda corporũ adactis. Vrbs quædã in Phrygia tota combusta
est:quia ciues idolis sacrificia exhibere recusarunt:adaucto romano uiro sanctissimos
eos in fide retinente:ad hoc postremo uenere scæuissimi tortores:ut oculis effossis ac
cauterio adustis scæuirent. Passi etiá martyrium sunt Anthimus Nicomediæ episcopus
Lucianus præsbyter Anthiochenus uir doctissimus: Pamphilus Cæsariẽsis:Hileas Ae
gyptius.qui & Thynus uocabatur. Is enim capitali pœna afficitur:quod & librũ delau
dibus martyrum cõposuit:& impugnare iudices male iudicantes ausus est. Quid plu
ra:cum Damasus referat.xvii.milia hominũ utriusq; sexus diebus.xxx.per diuersas p
uincias martyrio coronata fuisse. Omitto eos qui ī insulas relegati sunt: uel ad metallũ
uel ad opus metalli:uel ad fodiẽdas haréas excidẽdosq; lapides dánati: quæ multitudo
prope infinita est habita. At Marcellinus pontifex ad sacrificia gentium ductus.cum
minis instarent carnifices:ut thura diis exhiberet:metu perterritus deos alienos adora
uit Habito deinde non ita multo post concilio centum & .lxxx.episcoporum in Sinu
essa urbe Campaniæ:eo & Marcellinus squalidus & puluerulẽtus ac cilicio indutus p
ficiscitur:petitque ut sibi pro in cõstantia debita pœna tribuatur. Qui eum damnaret
in tanto concilio nemo unus inuentus est:cum dicerẽt:oẽs ea ferme ratiõe Petrum pec
casse ac flendo peccati pœnam luisse. Rediit Romam Marcellinus iratus: Diocletia
num adiit:hominẽque ĩcrepat:qui se impulerit diis gentium imolare. Ducitur ad mar
tyrium Diocletiani iussu Marcellinus cum Claudio: Cyrino: Antonino christi fideli
bus Intereundum uero Marcellum presbyterum admonet: ne Diocletiani præce
ptis obtẽperet ĩ rebus maxĩe ad fidẽ pertinẽtibus:neue corpus suũ sepulturæ traderet:
qđ diceret ob negatũ saluatorẽ se id nequaq̃ mereri. Horũ aũt simul ĩterẽptorũ cor
pora Diocletiani iussu ad dies sex &.xxx.ĩsepulta iacuerũt uia publica. Vnde Petri apo
stoli iussu q Marcello ĩ sõnis apparuit uia Salaria ĩ cœmeterio.qđ Priscillæ deĩceps no

men habuit:ſepeliũtur ſexto calẽdas maias apud beati Creſcentionis corpus. Tandẽ uero aperuit oculos deus(ut Euſebius ait)& eo Diocletianũ cõpulit:ut depoſito ĩperio priuatus uiueret. Idem facit & Maximianus eius collega acerrimus perſecutionis chriſtianæ auctor:qui poſt aliquot ãnos multis uariiſq; morbis uexatus:ac poſt lõgos cruciatus inſania mentis percitus:furiiſq; ſcelerum agitatus ſeipſum tãdem peremit. Hanc autẽ calamitatẽ:quã noſtri paſſi ſũt a deo permiſſã refert Euſebius:propter corruptos nimia libertate & indulgẽtia chriſtianoꝝ mores maxime uero eccleſiaſticoꝝ:quorum peruerſitatẽ diuina iuſticia frænare ac pſecutione inſtituit:dum ſimulationẽ in uultu:dolum in corde:fallaciam in eoꝝ uerbis cerneret. Li.n. liuore:ſuperbia:inimicitiis:odiis inter ſe certantes tyrãnidem potius q̃ ſacerdotium ſapere uidebantur:chriſtianæ pietatis omnino obliti:ac diuina myſteria ꝓphanantes potiuſq̃ celebrantes. Sed quid futurũ noſtra ætate arbitramur:quo uitia noſtra eo creuere:ut uix apud deũ miſericordiæ locũ nobis reliquerint? Quanta ſit auaricia ſacerdotum:& eorum maxime qui rerum potiuntur:quãta libido undiq; cõquiſita:quanta ambitio & pompa:quanta ſuperbia & deſidia:quanta ignoratio tum ſuipſius:tum doctrinæ chriſtianæ:q̃ parua religio & ſimulata potius q̃ uera:q̃ corrupti mores uel ĩ prophanis etiã hominibus: quos ſeculares uocãt deteſtandi nõ attinet dicere:cũ ipſi ita aperte & palam peccent:ac ſi inde laudẽ quærerẽt. Veniet mihi credite utinam falſus ſim uates:ueniet Thurcus hoſtis chriſtiani nominis Diocletiano & Maximiano uiolentior:Italiæ clauſtra iam pulſat. Nos deſides & ſomnieculoſi interitũ cõmunem expectamus:uoluptati priuatæ potius q̃ cõmuni utilitati conſulentes. Ad Marcellinũ uenio:quẽ utinã aliquãdo imitati ad ſanitatẽ redeamus. Hic enĩ(ut dixi)cognito errore ſuo quo a fide defecerat:ad ſe rediẽs martyrium pro fide chriſti conſtanti animo paſſus eſt. Vbi ex ſacris ordinibus bis mẽſe decembri habitis: preſbiteros quattuor:diaconos duos:epiſcopos quinq; creaſſet. Sedit autem annis nouem:men.ii.diebus.xvi. Vacat tum ſedes dies quinq; & .xx.

net mihi dice

❡ MARCELLVS

MARCELLVS natione Romanus:patre Benedicto ex regiõe uiæ latæ a Cõſtantio & Galero uſq; ad Mazentiũ peruenit. Cõſtãnus enĩ & gallerus abdicantibus ſe ab imperio Dioclitiano & maximiano imperii gubernacula ſuſcipiẽtes:prouĩcias inter ſe partiti ſũt. Nã Galerus Illyricũ Aſiã & orientẽ ſortitus ẽ. Cõſtantius uero ſingulari moderatione uſus:Gallia tantũ & Hiſpania contentus fuit:licet ei & Italia ſorte obtigerit. Vnde Galerus duos cæſares legit:Maximianum quẽ orienti præfecit:& Seuerum cui Italiã cõmendauit. Illyricũ ipſe retinuit:quod ea Barbaros hoſtes populi Ro. iter facturos ſentiebat. At Cõſtantius uir ſingularis mãſuetudinis & clemẽtiæ Gallis oĩbus cariſſimus fuit:præcipue uero ꝙ & dioclitiani uaphrũ ingeniũ & Maximini crudelitatem nõ ſine magno diſcrimine euaſerãt. Moritur autem Cõſtantius Boraci in Brittania principatus ſui anno.xiii. atq; in diuos ſũmo omnium conſenſu refertur. At Marcellus diuino cultui intentus:ubi Priſcillam Matronam Romã impuliſſet cœmeteriũ ſuis ſumptibus uia Salaria cõſtruere:titulos quinq; & uiginti ĩ urbe Roma cõſtituit:quaſi Diæceſes ad cõmoditatẽ baptiſmi & opportunitatem eorum:qui ad fidem ex gentibus quotidie ueniebant:cõſultum iri & eo modo ſepulturis martyrũ uidebat. Mazentius uero ubi Lucinam matronam Romanam inſtituiſſe eccleſiam dei rerum ſuarum hæredem intellexiſſet:iratus & mulierem ipſam relegauit ad tempus:& Marcellum captum impellere minis conatus eſt:ut & epiſcopatu ſe abdicaret:& chriſtianum nomen deponeret: quem ubi contemnere & deridere ſua præcæpta uidit: in cacabulum ad cuſtodienda animalia publica(ut quidam uolunt) ſtatim incluſit: quo in loco nec orationes unq̃: nec ieiunia Pretermiſit. Parochias item non ſecus ac ſi liber eſſet:epiſtolis gubernabat. Mẽſe aũt nono captiuitatis ſuæ a clericis noctu e cacabulo liberatus eſt qua ex re maiore pcitus ira Mazẽtius ſãctiſſimũ uiꝝ ĩ cacabulũ redægit:ubi cũ fœde & ĩcõmode hitaret pedore & ſitu mortuus ẽ. At uero Lucina ſanctiſſimi uiri corpus uia Salaria ĩ cœmeterio Priſcillæ cõdidit.xvii. calẽdas februarii. Poſtea aũt re chriſtiana creſcẽte cacabuli domus ĩ eccleſia erigit̃ beati Marcelli noĩe

quæ etiam ætate nostra inuisitur. Sunt autem qui scribát Mauritium cum una christianorum legione apud Rhodanum flumen a persecutoribus cæsum. His additur: Marcus: Sergius Cosmus: Damianus aliiq; cõplures: q ubiq; terrarum cædebátur Marcellus autem annis quinq; sedens: men. sex diebus uno & uiginti ex sacris ordinibus mẽse decembri hábitis: præsbyteros sex & uiginti: diaconos duos: episcopos unum & uiginti creauit. Vacat tum eius morte Romana sedes dies uiginti.

EVSEBIVS

EVSEBIVS natione græcus: patre medico Pontificatum adiit Cõstantino & Mazentio imperantibus. Ná mortuo Constantino (sicuti dixi) Claudii ex filia nepote Constátinus eius & Helenæ in gratiá Herculei repudiatæ filius: occidentis imperium maximo omniú cõsensu adeptus est. Romæ íterea Pretoriani excitato tumultu Mazentiú Maximiani Herculei filiú Augustú nuncupant. Vnde Maximianus spe recuperandi imperii ex solitudine Lucaniæ Romá uenit: litteris Diocletianú adhortatus ut idem ipse faceret. Cõtra hos motus missus a Galero Seuerus cú exercitu: dum urbé Romá obsidet fraude militum: qui cú Mazentio sentiebant. circúuétus fugiens demum Rauénæ occiditur Paulum etiam absfuit: quin Maximianus pater militum beniuolentiam pollicitationibus & largitione quærens a filio Mazentio occideretur. Is autem in Gallias ad constantinum generum profectus: dú circúuenire hominé studet detecto per Faustam eius filiam dolo: quæ rem omnem marito aperuit fugiens ac Massiliæ oppressus suorum scelerum pœnas tandem luit: uel seipsum (ut quidam uolunt) desperatis rebus interfecit. Dum autem Eusebius in pontificatu uiueret: crux domini inuenta est quinto nonas maii: & ab Helena Constantini matre exornata: ac in magna ueneratione habita. Baptizatur & iudas crucis inuentor: quem postea mutato nomine Cyriacum uocarunt. Hæreticos quoq; idem pontifex reconciliauit ímposita tantúmodo manu. Instituit præterea ne prophani quos laicos uocát: episcopum in iudicium uocarét. Huius uero téporibus fuisse Lactátium Firmianum cõstat Arnobii discipulú. Hic cú rhetoricá Nicomediæ doceret. in frequétiá discipuloꝝ motus: qđ id í græca ciuitate ageret ad scribédum se cõtulit: qua í re tátú ualuit ut post tpa Ciceronis ab eo secundus habeatur. Multa scripsit: sed illa potissimuú extát: quæ cõtra Gétiles: de opificio hoís: de ira dei cõscripsit. In extrema senectute cõstitutus Cæsaris Crispi: filii Cõstantini præceptor fuit in Gallia. Eusebius quoq; Cæsareæ Palestinæ epús: ac bibliothecæ diuinæ cum Páphilo martyre diligétissimus íuestigator: multa eisdé tpibus scripsit maxime uero libros euágelicæ: præparatóis ecclesiasticæ historiæ: í porphyriú christianoꝝ hosté accerrimú. Apologias íté sex pro Origene cõposuit. De uita Páphili martyris: a quo ob amicitiá cognométú accæpit libros tres. Eusebius aút põtifex habita semel ratione sacroꝝ ordinú mése decébri: cú præsbyteros. xiii. diaconos tres: epõs. xiiii. creasset. Romæ morit. ac í cœmeterio Calisti uia Appia sepelit sexto nonas octobris. Sedit aút ánis sex: mense uno: diebus tribus. Vacat tú sedes diem unum.

MELCIADES

MELCIADES natiõe Apher: Mazétii: Licinii: Maximini tpibus fuit. Licinius enim ex Dacia oriúdus a Galero í pté íperii recipit: ppter eius í re militari præstátiá. li q; Cõstátinú uidebát apud oés magno eé í pretio christianis parcebát. Mazétius tamé milites cláculú mittebat: q obuiú quéq; cæderét. Arte quoq; magica delectatus: grauidas maxíe uero christianas fúestis sacris adhibitas scídebat ifátú cú: quoꝝ cineribus í magia utebat: ut ostéderet tyránidé seruari etiá p nefas posse. Simili uesania & crudelitate: Maximinus quoq; í oriéte utebatur: qui magoꝝ magistris & malaꝝ artiú doctoribus premia etiá decernebat: auguriis diuinatióibus fidé præstans. Sæuior cæteris í christianos hæc oía cõténétes é hitus. Vetera aút delubra renouari: ac more ueterum sacra diis exhiberi iubet. In hos uero Constantinus mouens & Mazentium graui prælio uictum apud põtem miluium ita superat: ut dum præ dolore suarum fraudum oblitus pontem ad decipiendum hostem structum decipulis tráfit: cum magna parte suoꝝ satellitum submergatur. Et Licinium sororiú nauali ac ter-

ræstri prælio uictum apud Nicomediam dedere seipsum coegit:uitaq; thessalonicæ
priuata ducere:ac merito quidẽ cũ a fide ob inuidiã deficiẽs christianos Cõstãtino fa-
uentes grauibus suppliciis psequeretur.Maximianus uero diuina ultione inflatis subi-
to uisceribus suppuratisq; intestinis ita distenditur:ut inter se & putridum cadauer nil
interesset:scatentibus undiq; uermibus:& tabo serpente:tanto pedore ut sustineri fe-
tor non posset.Hoc uolebãt eius merita:qui & nostros ad cœmiteria conuenire ueta-
bat:& simulachrũ Antiochiæ cõsecratũ:subornatis sacerdotibus qui ex adytis id enũ-
ciarent clamasse dicebat:pellẽdos ab urbibus christianos:& premia ĩ puinciis distribuit
sacerdotibus simulachro[rum]:q cõtra christianos agerẽt.Tãdẽ uero tyrãnus pœnitẽtia du-
ctus:medico ue[rum] dicẽte:decreto publico uetuit christianos lædi:eosq; suis legibus uti
siuit. Sed hoc nil ei pfuit cũ ui fierẽt oĩa.Nã grauissimis morbis diutius cruciatus uiuẽ
di finẽ tãdẽ fecit:homo scæuus & uarius:nũc n.ĩ christianos: nũc p christianis agebat.
His aũt cladibus multi christiani interfecti sũt:maxime uero Dorothea uirgo sanctissi
ma & pulcherrima:quæ mortẽ potius q̃ stuprũ tyrãni pati uoluit . Sophronia quoq; a
Mazẽtio sæpius de stupro appellata:cũ diutius uitare piculũ nõ posset seipsã interfecit:
Lucretiã imitata.Melciadis aũt institutũ fuit ne die dominico:neue quinta feria ieiu-
naretur quia hos dies pagani quasi sacros cælebrant.Multa quoq; in oblationibus fa-
ciendis cõstituit:quod Manicheo[rum] hæresis in urbe Roma tum maxime inualescebat.
His aũt peractis Maximini iussu martyrio coronatur.Idẽ fatum subiere:& petrus Ale-
xandrinus episcopus:& Lucianus Antiochenus præsbyter uir moribus & doctrina in-
signis.Et Timotheus præsbyter Romanus:aliiq; cõplures episcopi & sacerdotes.Sepul
tus est autem Melciades uia Appia Calisti Crypta quarto idus decembris.Viuẽs adhuc
ex ordinibus sacris semel habitis:præsbyteros septem:diaconos sex:episcopos.xii.crea
uit. Sedit annis.iiii.men.vii.diebus.ix.Vacat tum sedes dies.xvii.

¶SYLVESTER

SYLVESTER natione Romanus:patre Ruffino:Cõstantini tpibus fuit:an-
no ab urbe condita millesimo nonagesimo primo : Domini uero ãno.ccc.
.xxxix.Sub hoc tandẽ principe christiani a tyrannis antea oppressi nõ nihil
respirare incipiunt.Nã corporis ac animi dotibus cũ optimo quoq; principe compara-
ri Cõstantinus potuit.Militaris enĩ gloriæ appetentissimus fuit: ĩ bello fortunatus.Pa-
cẽ petentibus libenter dedit:liberalibus studiis:ubi p ocium licebat delectabat: libera-
litate & gratia oĩum beniuolentiam sibi comparabat.Multas leges rogauit ex æquo &
bono:superfluas abscidit:seueras nimium emãdauit.Vrbem in Byzantii ruinis de no-
mine suo condens:eam Romæ magnitudine ædificiorum parẽ facere conatus.Secũdã
Romam uocauit :ut litteræ sub equestri eius statua indicabãt.Is igit tãtus prĩceps oĩa
circũspiciẽs:oĩa cõsiderãs:ubi honestatẽ christianæ religionis ĩtellexit:qua seruare par-
simoniã:paupertate gaudere:mansuetudinẽ colere:pati studere: simplicitate & cõstãtia
uti iubemur:eã ita cõplexus ẽ:ut iturus ad bellũ nõ alio q̃ crucis signo uteret.Quod se
reno cœlo dũ ĩ Mazẽtiũ tyrãnũ copias mouet:& uiderat & adorauerat:astãtesq; ange-
los audierat dicẽtes.Cõstãtine ἐν τούτω νικα:qđ etiã fecit:ac tyrãnos oẽs a ceruicibus
populi Ro.christianorũq; oĩum depulit:maxĩe uero Liciniũ q christianos & domo &
militia pulsos:aut religiõe aut carcere(ut dixi)ad mortem usq; macerabat:aut leonibus
obiiciebat:aut suspẽsos tãquã porcos mẽbratim lacerãs discipabat. Tãtũ itaq; prĩcipem
ac tã humanũ Syluester nactus:relicto Soracte mõte quo a tyrãnis sæuiẽtibus relega-
tus fuerat(uel ut quidã uolũt)secesserat Romã ueniẽs:Cõstãtinũ erga christianos bene
affectum:prõptiorẽ ad optime de ecclesia dei pmerẽdũ reddidit.Nã & põtificibus diade-
ma aureũ distĩctũ gẽmis cõcedebat:qđ quidẽ Syluester aspernatus tãq̃ religioso capiti
minime cõueniens.phrygia mitra & candida tãtũmodo contentus fuit.Permotus autẽ
Cõstãtinus sãctitate Syluestri ecclesiam in urbe Roma cõdidit ĩ hortis equitii nõ lõge
a thermis Domitianis:quæ titulum equitii usq; ad tẽpora Damasi præ se ferebat . Cui
quidẽ ecclesiæ ĩperator munificus hæc etiã dona præstitit: patenã argẽteam librarum
uiginti:scyphos duos uigĩti libra[rum]:calicem aureum dua[rum] libra[rum]:& alia uasa tum ar-

gétea:tú aurea quæ enumerare lõgú eét. Fundú quoq; Valerianú dono dedit í agro Sabino positum:unde quotannis soldos.lxxx.capiebat. Hortum intro urbem ad regioné duorum adamantum:unde soldi.xv.capiebantur. Domum í regione Orphea intra urbem:unde soldi octo &.l.prouenIebant. Verum dum hæc Romæ agerétur apud Alexandriam præsbyter quidam Arrius nomine :uir specie & forma magisq̃ uirtute insignis:& laudis ac gloriæ potiusq̃ ueritatis cupidus:serere discordiam in fide christi cæpit. Separare enim filium ab æterna & ineffabili dei patris substantia conabatur his uerbis:erat aliquando quando non erat:nõ intelligens filiú patri coæternú esse : & eandé in trinitate substatiam:cum dictum sit ego & pater unum sumus. Cum autem Alexáder Alexádrinæ urbis episcopus frustra reuocare Arrium ab errore tétasset: Cõstátini mádato adhibita etiá impésa munifice quidé apud Niceam urbé Bithyniæ cõciliú generale indicitur:cui.ccc.&.xviii.episcopi interfuere. Disputatú est eo í loco aliquádiu & quidem acriter. Ná uiri aliquot í questionibus callidi Arrio tú quidé fauebát simplicitati fidei nostræ aduersátes : licet ex his qdá doctissimus philosophus diuino spiritu motus uno mométo fidé nostrá quá átea impugnabat:ut sanctá & integrá statim amplexus sit. Tádé uero re ipsa í concilio diligenter discussa concludit ὁμουσιον scribi debere: idest eiusdem cum patre substantiæ filiú confiteri. Qui uero cú Arrio sentirét fuere ad decé & septé.affirmátes extrinsecus creatum esse dei filiú:& non ex ipsa patris diuinitate ,pgenitú. Cognita aút tantæ controuersiæ ueritate Cõstantinus decretú cõcilii affirmat:,pposito cõtradicétibus exilio:unde sex tantú cú Arrio exulauere: reliqui enim in sentétiá bene iudicátiú uenere. In eodé concilio dánatos ferút: & Photinianos a Photino episcopo Gallo Græciæ nomé ducentes:qui ebionitaꝝ hæresim imitati: affirmabát christú a maria pio cohitu fuisse cõceptú. Dánati & Sabelliani:qui uná tantum psoná patri filio & spiritui sancto ascribunt. In eodé uero cõcilio querimoniaꝝ libellos(ut fit)epí ipsi Cõstátino dabát se íuicé accusátes:expetétesq; a prícipe iudiciú:qbus ita íperator optimus respõdet:cõbustis eoꝝ libellis.eos dei tátúmodo & nõ hoíum iudiciú expectare debere. Præterea aút in eodé cõcilio decretú est:ne qui se impatiétia libidinis castrarent í clerú amplius reciperent:neue Neophytus anteq̃ cautius examinaretur clericus fieret:& ne in militiá dei ascitus cú extraneis mulieribus habitet: cum matre uero sorore amita id tantúmodo licere:ne episcopus in ordiné asciseretur : nisi ab omnibus uel saltem a tribus prouinciæ episcopis:& ne quem alius episcopus expulerit uel clericú uel laicum alius suscipiat. Decernitur etiam ac quidé sancte ne cuiq̃ fieret iniuria:ut singulis annis concilium in prouincia habeatur. Quare hoc sanctum ístitutum aboleuerint nostræ ætatis Pontifices non uideo:nisi censuras bene uiuentiú ac sentientium reformidant. Constitutum quoq; est:ut qui absq; tormentis in persecutionibus lapsi fuerint.annos quinq; inter catechumenos uitam ducant. Postremo uero decernitur:ne quis de minore ecclesia ad maiorem transeat ambitionis & auaritiæ causa:quod certe non obseruatur:cum siccis faucibus táq̃ lupi famelici precibus pollicitationibus muneribus largitione uberiores episcopatus omissis primis omnes quærant & efflagitent. Syluestri autem constitutiones hæ sunt habitæ:ut crisma ab episcopo tantum consecraretur:ut episcopi baptizatum signarent ,ppter hæreticam suasionem:ut baptizatum chrismate liniat præsbyter occasione mortis. Addit præterea.laicus clericú in iudiciú ne uocet. Diaconus in ecclesia cælebrandi causa Dalmatica induatur:& palla linostima leua eius tegatur. Clericus causas in curia ne agat:nec ante iudicé sæcularé causá dicat:præsbyter cælebraturus neq; serico:neq; páno tícto utat:sed lineo equidé albo. Sic í albis cælebrádú eé dicebat : queádmodú í linea syndone & alba christi corpus sepultú fuit. Gradus quoq; í ordíbus ecclesiasticis cõstituit: ut unusq sq; uno tantum ordine contentus sit:& unius solum uxoris uir. Constantinus autem augendæ christianæ religionis cupidus basilicam Constantinianam(quam lateranensem uocant)ædificauit:domisque plurimis eandem exornauit. Nam & fastigium argéteum templo obtulit:habens in fronte saluatorem sedentem in sella quinq; pedum cétú &.xxx.librág:& duodecim apostolos í quinis pedibus libraꝝ nonagita:cum coro-

nis argenti purissimi. Saluatorem quoq; addidit respicientem in apsida: sedētem ī throno quinque pedum: cuius pondus cētum &.xl. librarum erat. Angelos quattuor ex argento ponderis centum & quinq; librarum: coronas quattuor ex auro purissimo cum delphinis.xx. librarum: altaria septem ex auro purissimo.cc. librarum. In usum uero luminum massæ gargilianæ prouentum ex agro Suessano constituit soldos.cccc. Addit & massa urbana quæ in agro Antiati est. Sacrumq; præterea fontem instituit apud eandem basilicam ex lapide porphyretico: cuius tota pars illa quæ aquam continet ex argento erat. In medio autem fontis colūna porphyretica posita erat: in qua aurea phiala.l. librarum balsamo plena in cælebritate paschæ usum nocturni luminis præstabat. In labro fontis stabat agnus auri purissimi: unde aqua fundebatur. Non longe ab agno erat saluatoris statua argenti purissimi centum &.lxx. librarum. Ad alteram partem stabat Iohannis baptistæ statua argentea centum librarum: hunc titulum præ se ferēs. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Septem uero cerui aquam fundebant: quorum singuli octuaginta librarum erant. Prouentus autem sacri fontis ex massa statiliana in agro corano: ex fundo bassi: ex domibus & hortis aliquot in urbe positis: ex quibusdam fundis in Aphrica: Numidia: Græcia sitis. Idem etiam constantinus rogatu beati Syluestri Petro apostolorum principi Basilicam in Vaticano ædificat: non longe a templo Apollinis: quo in loco eiusdem apostoli corpus splendide ac mirifice collocauit: ex ære enim & cupro undiq; clusum erat. Supra beatissimi apostoli sepulchrū crux centum &.l. librarum extabat ex auro purissimo. Aderant circūquaq; candelabra quattuor argento conclusa: cum sigillis argenteis: unde apostolorum actus cernebant. His addidit calices aureos tres librarum.xii. calices argenteos.xx. quoq; singuli.x. librarum erāt: Metretas argenteas.iiii.cc. librarum. Patenam auream cum ture & columba ornatam gemmis hiacynthinis & margaritis.xxx. librarum. Ipsum autem altare erat clausum argento & auro distinctumq; pluribus gemmis. Hos uero prouentus huic basilicæ addidit: in Antiochia domum Datiani soldos centum &.l. præstantem. Cellam in Aprodisia sol.d.xv. præbentem. Ortum maronis thermas complures: popinas: pistrina condonauit: unde multum colligebatur ad usum sacerdotum. Idem quoq; Constantinus instante Syluestro Basilicam Pauli uia Hostiensi extruxit: corpus uero apostoli ita condidit: ut de Petro diximus. Vasa etiam aurea argentea ænea totidem donauit quot Diuo Petro: maxime autem crucem auream centum &.l. librarum supra loculū beati Pauli collocauit. Venere prouentus ad eandem basilicam ex Tarso Ciliciæ: ex possessione Tyri: uenit oleum: uenere aromata & cassiæ: uenit balsamum ex locis hæc eadem ferentibus: uenit crocum: sal: piper: cinnama. Aedificatur etiam imperatoris iussu Basilica in atrio Sessoriano sub titulo sanctæ crucis in hierusalem: ubi sactæ crucis partem aliquam reposuit: inuentam ab helena matre: fœmina incomparabilis fidei & religionis. Hæc enim magnitudine animi mota & uisis nocturnis hierosolymam petiit: ut lignum crucis perquireret. Difficile id quidem erat: quia ab antiquis persecutoribus eo loci simulacrum Veneris collocatum fuerat: ut christiani uenerem Saluatoris loco adorarent. At mulier religione pcita ubi locum ipsum ruderibus purgasset: tres cōfuso ordine cruces reperit. In una inscriptio illa legebatur tribus linguis. I. N. rex iudæorum. Astabat autem Macharius illius urbis tum episcopus: qui unam ex his manibus cū religione retinēs uerā esse dicebat. At tertia mulieri mortuæ admota eidē uitā restituit. Hanc ob rem Constantinus motus edicto uetuit: ne quispiam deinceps supplicio uteretur. Helena uero ædificato eo in loco templo ubi crucem repererat: abiēs clauos quibus christi corpus cruci affixum fuerat secum ad filium portat. Horum ille unum in frænos equi transtulit: quibus in prælio uteretur: alio pro conō galeæ utebatur: tertium in mare hadriaticum (ut ait Ambrosius) ad cōpescendas sæuientis maris procellas deiæcit. Illa autem crucis pars: quam eadem mulier secum in thecis argenteis detulerat: gemmis & auro distincta in basilica Sessoriana collocatur. Huic hæc munera addūtur: argētea cādelabra.iiii. argētei scyphi.iiii. calices aurei.x. patena argentea auro clusa librarum.l. altare argēteum.cc.l. librarum: agros quoq; circa palatiū positos ecclesiæ

dono dedit. Ex Faliscis aūt & Nepesino agro fūdos quosdam donauit. Sūt qui scribant & Basilicā sanctæ Agnetis Cōstātini iussu ædificatā esse: rogatu Cōstātinæ eius filiæ & baptisteriū ecclesiæ additū: ubi & filia & soror Cōstātini eiusdem noīs baptizatæ sūt. Huius Basilicæ hæc fuere munera: patena aurea libraꝝ .xx. calix aureus Libraꝝ .x. calices argentei qnq;: fundus ex agro Fidenatium: fundus ex Vico pisonis. Idē quoq; īperator Basilicā sancti laurentii extra muros ædificat ī agro Veranio sup arenariū Cryptæ: gradusq; extruxit: quibus ascensus ac descensus his darēt: q ad uisendum beati Laurentii corpus accederent. Templi ornamentum erat apsis argento & porphyreticis lapidibus ornata. In aditu Cryptæ lucerna erat ex auro purissimo libraꝝ .xx. Ante corpus martyris erāt lucernæ decem argenteæ libraꝝ .xv. Fundus aūt Cyriacetis fœminæ: quem fiscus psecutionū tempore occupauerat. Huic Basilicæ assignatur fūdus itē Veranius: unde soldi .lx. ueniebāt. Via etiā Lauicana idē imperator inter duas lauros Basilicā beatis martyribus Marcellino presbytero & Petro exorcistæ ædificat. Nō lōge uero Mansoleum erexit in honorem matris: quam sepulchro Prophyretico inclusit. Huic templo martyrum & matris gratia hæc dona data sūt: patena ex auro purissimo librarū quinq; & .xxx. candelabra argentea quattuor auro clusa in pedibus .xii. calices aurei tres cum gēmis prasinis & hiacynthinis amæ aureæ duæ: ara ex argento porissimo libraꝝ .cc. scyphus ex auro purissimo libraꝝ .xx. fūdus Laurētinus cū balneo iuxta formā pdeuntis aquæ posito: fūdus Augustæ Helenæ: unde soldos .ccc. & .xx. sacerdotes quotannis habebāt. Sunt qui scribāt (sine auctore tamē) Sardiniā cū fundis suis & Mesanā & matiniā: cū mōte argētario: ac fūdus oībus huic ecclesiæ dono datā. Ad has Basilicas ī urbe Roma ædificatas: alias quoq; foris extruit. Nā & Hostiæ nō longe a portu eius mādato tēplū ædificatur ī honorē beatoꝝ apostolorum Petri & Pauli ac Iohānis baptistæ: quibos etiā hæc dona eius munificētia oblata sūt: patena argētea libraꝝ .xxx. calices argētei decē: patena argētea crismalis libraꝝ .x. peluis ex argēto ad usū baptismi libraꝝ .xx. His muneribus additi & Graecoꝝ fūdi Ardeatini agri: fūdus Quirini ī agro Hostiensi. In Albano quoq; Iohāni baptistæ templū ædificat: cui hæc dona obtulit: patenam argenteā libraꝝ .xxx. scyphū argenteū deauratum libraꝝ .xii. amas argenteas libraꝝ .xx. fundū Laurētinū cū adiacentibus prædiis: fundum cū lacu Albano: fundum Tyberii cæsaris. Capuæ etiā Basilicā apostoloꝝ cōdidit: quā ciues Cōstantinianā appellarunt. Cui & hæc dona oblata: patenæ argenteæ .xl. libraꝝ candelabra græca .iiii. cum pedibus .x. His addit fūdus ex agro Caietano: & fūdus paternus ex agro Suessano. Aliā postremo Basilicā Neapoli ædificauit: ut ait Damasius: ī cuius honorē eam erexerit nō satis cōstat. Proinde reticere donaria templo dedicata institui: ne uidear cum aliis errare. Sūt etiā qui scribāt Syluestrū titulum suū in tertia regione urbis apud thermas Domitianas instituisse: equitium quidam uocāt. Huic titulo multa dona Cōstantinus obtulit: ut patenā argenteā libraꝝ uiginti: cerostrata ænea .xvi. fundū Barbatianū ex agro Ferētinati: fundū Sulpicianum ex agro Corano. Ne aūt nouæ Romæ sacerdotes īperatoriæ munificētiæ exptes essent: duas item Basilicas Cōstantinopoli ædificat: quarum altera Hirene: altera apostolorum uocatur: euersis prius paganoꝝ templis: aut in usū christianorum translatis: sublatisque e medio tripodibus delphicis: unde infinita mala oriebantur. Hæc sunt Cōstantini dona quæ antea narrauimus: quibus hoc etiā addidit. Certum enim uectigal a ciuitatibus pendi solitū ecclesiis: prouinciatibris: cleroq; distribuit. Donationē uero ipsā decreti sui auctoritate ualidā imperpetuū esse uoluit. Vt autem uirginibus & qui in cælibatu uiuerēt: testari liceret: aliquidq; sacerdotibus ex testamēto relinquere: qua ex (re ego arbitror) ecclesiæ patrimonium auctū esse: legē sustulit antea latam ad propagandam sobolem: qua illi uetabantur hæreditatem adire: qui uigesimoquinto ætatis anno uxorē non duxissent. Hinc ius illud triū liberorum inuentū a principibus est: quo in amicos prole carentes plærunq; utebantur. Hæc Socrates & Sozomenes in tripartita sua accurate scribunt. Fuere autem & Syluestri tēporibus multi præclari uiri: quoꝝ opera & labore gentes & nationes plæræq; ad fidē nostram uenere: maxime uero Iuliani, Frumentii: & Edisii prædicationibus: quos phi-

c

losophi quidam Alexandrini eo perduxerant. Iberorum quoq; gens quæ sub axe pōtico iacet fidem christi intelligunt a captiua muliere:& credunt Baccurio rege omnes ad id cohortāte. Valuit etiā multū illis tpibus ad monendos hoies Antonii eremitæ sanctissimi auctoritas:cui litteris & nūciis Helena se ac filios sæpius cōmēdauit:eius cibus solus panis erat:aqua potus:nec unq̄ nisi in occasu solis comedebat: homo Aegyptius omnino cōtēplationi deditus. Huius qdē uitā Athanasius Alexādrinæ urbis episcopus insigni uolumine perscripsit. Syluester autem ubi ex sacris ordinibus septies mēse decēbri habitis:presbyteros duos &.xl.diaconos sex &.xxx.episcopos quiq; & .lx:creasset: moritᵉ ac sepelitᵉ in cœmeterio Priscillæ uia Sallaria tertio ab urbe miliario:pridie calēdas Ianuarii. Sedit aūt ānos.iii.&.xx.mēses.x. dies undecim. Vacat tū sedes dies.xv.

MARCVS

MARCVS natione Romanus:patre Prisco Magni Cōstantini tpibus fuit : de quo uaria scribunt historici. Sūt enī qui affirmāt Cōstātinū ultimis imperii sui annis instigante sorore Arriū ab exilio reuocasse : quod inuidia dānatū hoiem mulier diceret:ī eiusq; dogma declinasse. Hos ego decæptos similitudine nois puto:& patri illud ascribere.quod filii scelere factū est. Neque enim simile ueri est principē illū sapientissimū :quod semp improbauerit:ea potissimū ætate qua sapere datur illud idē collaudasse. Scribūt præterea Cōstānnū ab Eusebio Nicomediæ epō Arriani dogmatis imitatore baptizatū esse:quod quidē falsum eē:& religio principis ostendit: & baptisteriū huius rei causa Romæ ab eo magnificētissimis operis ædificatum. A Syluestro enim una cū Crispo filio baptizatur:pulsis ab urbe Tyrānis:fideq; edocetur. Aiunt qui aliter sentiūt Cōstantinū tantā rem distulisse quoad ei ad Iordanem peruenire cōtingeret:in quo ad imitationē saluatoris baptizari cupiebat. Verū dum in Parthos ,pficiscitur Mesopotamiā incursionibus uastantes uno &.xxx.imperii sui āno:ætatis uero sexto &.lx.apud Nicomediā uilla publica diē extremū obiisse:nec ad Iordanē baptismi causa peruenire potuisse. Atque illo tum demū extremo uitæ tempore baptizatū fuisse. Misceāt isti ut uolūt rē hāc:& nos quod oēs ferme sentiunt credamus. Cōstantinū qui ī signo crucis totiens hostes uicerat:qui tot tēpla ī honorē dei ædificauerat:qui sacris cōciliis interfuerat:qui totiēs cū sanctis patribus mysteriis ornauerat baptismatis charactere:ubi sape cœpit muniri etiā cōtra hostē hūani generis uoluisse. Nō latet me certe quid Socrates & Sozomenes in tripartita sua uelint:quidq; alii plæriq; : uerūtē sequor optimi principis religioni & pietati cōuenientē. q̄ uero in lepram inciderit (ut uulgo dicitur)baptismoq; mūdatus sit:conficta prius de sanguine infantū nescio qua fabula:nullo mō credo Socratē hac in re secutus:qui affirmat Cōstantinū ipsū ubi sexagesimūquitū ætatis annū attigisset : ægritudine captum ex urbe Cōstātinopoli ad aquas calidas egressum ualitudinis causa:nulla de lepra mentione habita. Præterea uero hac de re a nullo scriptorū fit mētio:nō dico ab his:qui Ethnici sūt habiti:sed ne a nostris quidē non reticuisset hoc Orosius nō Eutropius:non illi qui Cōstātini res gestas:sed diligentissime scripsere. Ante uero tanti pricipis mortem stellā crinitam inusitatæ magnitudinis (quam græci cometem appellaut) fulsisse aliquandiu constat. Marcus autem Romanus pontifex ad curam christianæ religionis conuersus instituit:ut episcopus Hostiensis a quo Romanus consecrator pallio uteretur. Voluit præterea diebus solennibus statim post euangelium Symbolum a clero & populo magna uoce decantari:& eo modo quo fuerat ī Niceno concilio declaratum. Duas item ecclesias Romæ cōdidit:unā uia Ardeatina ī qua sepultus est:alterā in urbe Roma ad Palatinas quas quidē cōstātinus his muneribus exornauit:& auxit. Fundo Rosarū cum omni agro campestri: patena argētea librarū.xx.scypho argēteo.x.librarū : corona argētea librarū.x.Fūdo Antoniano:qui ē uia claudiæ:fundo ad bacchanas uia Appia: fundo marmoreo uia Ardeatina. Huius autem & Cōstantini temporibus fuit Iuuēcus Hispanus presbyter genere nobilis:qui tetrauangelia hexametris uersibus fere ad uerbū transferēs quattuor libris composuit. Scripsit & quædam eo genere metri ad sacramētorum ordinem pertinentia . Marcus autem posteaquā ex sacris ordinibus bis mense

decembri habitis: presbyteros quinq; & uiginti: diaconos sex: episcopos octo & uiginti creasset: moritur ac sepelitur i cœmeterio Balbinæ uia Ardeatina tertio nonas octobris. Sedit autem ãnis duobus: mẽsibus octo: diebus uigĩti. Vacat tũ sedes dies uiginti.

IVLIVS

IVLIVS natione Romanus: patre Rustico temporibus Cõstãtii fuit: qui cũ Constantino & Cõstante fratribus imperiũ adeptus: annis quattuor & uiginti imperauit. Habitus est etiam inter successores magni Cõstantini Dalmatius Cæsar fratris filius adolescens sane præclaræ idolis: qui haud ita multo post tumultu militari opprimitur. Sinente potius Cõstante q̃ iubente. Interea uero Arriana hæresis inualuit fauente Cõstantio. qui nostros cogebat Arrium recipere. Secundo itaq; Cõstantii anno apud Laodiceã urbem Syriæ (uel ut alii uolunt) apud Tyrum concilium indicitur. Eo conuenere Catholici & Arriani: disputatur quottidie Homusion ne an secus christum cũ patre uocarẽt. Instabat Athanasius Alexãdrinus episcopus rõnibus & argumentis affirmãs filiũ patri Homusion esse. Id cum refellere Arrius non posset ad conuitia uersus: magicas artes Athanasio uiro sãctissimo obiicit: ꝓlato in loculis arsenii brachio. Dãnatur itaq; uiolenter iubente cõstantio Athanasius: qui quidẽ fugiẽs sex cõtinuis ãnis in lacu cisternæ carentis aqua ita delituit: ut solẽ nũq̃ uiderit. Indicãte deinde ancilla quadã: cũ in eo esset ut caperetur: dei monitu ad Cõstantis partes cõfugit: qui fratrẽ Cõstãtium minis certe coegit Athanasium recipere. Arrius interim episcoporum & populi frequẽtia stipatus. dum leuandi uẽtris causa ad publicũ locum declinat: egerere conatus intestina omnia in cuniculum latrinæ demisit: mortẽ certe passus uita turpissima condignã. Iulius autem pontifex multis incõmodis uexatus: in tanta rerum perturbatione tandẽ post menses decem Romam ab exilio rediit: audita præsertim Cõstantini morte: qui bellũ fratri Cõstanti inferens: dum apud Aquileiam inconsulte dimicat occiditur. Nõ destitit tamẽ Iulius orientales episcopos repræhendere: maxime uero Arrianos: qui in iussu Romani pontificis Antiochiæ cõciliũ indixerant: cũ id sine eius auctoritate fieri nõ posset: q̃ Romana ecclesia cæteris præesset. Cõfutabant id orientales nõ sine ironia q̃ dicerẽt a se ad occidentem christianæ religionis prĩcipes cõmigrasse: hanc ob rem suam ecclesiã tanq̃ perennem fontem: unde tanta gratia manauerat cæteris præferendam. Cõstat autem Iulium ipsum omissis his contentionibus duas ædificasse basilicas: unam iuxta forum Romanum: aliam in Transtyberina regione. Tria itẽ cœmeteria extruxit: unum uia flãminea: aliud uia Aurelia; tertiũ uia Portuẽsi. Cõstituit præterea ne sacerdos alibi q̃ apud iudicẽ ecclesiasticum causam diceret. Voluit item ut oĩa ad ecclesiã ꝑtinentia p notarios: aut per Primicyriũ notarioꝝ conscriberentur: hos hodie (ut arbitror) protonotarios uocamus: quoꝝ officium est res gæstas præcipue cõscribere. Verũ nostra ætate adeo plærıq; nolo dicere oẽs litteraꝝ ignari sunt: ut uix sciãt nomen suũ latine exprimere: ne dum aliorum res gæstas ꝑscribere. De moribus nolo dicere: cum elenonum numero: & parasitoꝝ quidam in hunc ordinẽ relati sint. Cõstantini aũt & Constantii tempore in pretio fuit Marcellus Anticyranus episcopus: qui multa scripsit maxime uero cõtra Arrianos. Feruntur tamẽ contra hunc Asterii & Apollinaris libri eum Sabellianæ hæresis arguentes: eiusdem quoq; erroris eum Hilarius arguere conatur: quem certe Marcellus refellens: se tamen nequaquã cũ Iulio & Athanasio sentire ostẽdit. Cõtra hunc præterea scripsit & Basilius Anquiranus episcopus librum unũ de uirginitate. Nam Basilius Macedoniæ partis una cum Eustasio Sebasteno princeps fuit. Theodorus quoq; Heracleæ Thraciaꝝ episcopus elegãtis copiosæq; elocutionis uir multa tum scripsit: maxime uero commentarios in Mattheum in Iohannem: in psalterium: in apostolum. Iulius uero cum ex sacris ordinibus ter mense decembri in urbe habitis; presbyteros. xviii. diaconos tres; episcopos nouem creasset: Moritur ac sepelitur uia Aurelia i cœmeterio Calopodii ab urbe Roma miliario tertio: pridie idus augusti. Sedit annos. xv. menses duos: dies sex. Vacat tum sedes dies quinq; & uiginti.

¶ LIBERIVS

LIBERIVS natione Romanus: patre Augusto: Constantii & Cõstantis temporibus fuit. Constãtinus enim (ut ante dixi) dum Constantem fratrem bello incautius psequitur: ab eius militibus opprimitur. Constans autem uaria fortuna contra Persas usus: cum nocte intempesta seditione militum suscipere praelium cogeref: tandẽ uicitur. Verum postea cum de seditiosis militibus suscipere poenas ĩstituisset: Magnetii dolo ac fraude in oppido Helena interficitur ãno imperii sui .xvii. aetatis uero .xxx. Mortuo aũt constante: rursum in Athanasium consurgũt ueteres illi Arrianae haeresis suscitatores. Nam concilio apud Mediolanum habito: oẽs qui Athanasio fauebãt in exilium pelluntur. Praeterea uero cũ in synodo Ariminensi orientales sacerdotes callidi homines & acuti: occidentales simplices & ĩperitos argumẽtis ac fallaciis conuincerent: praetermittere eam disputationem pro tempore satius uisum est. Christum enim cum patre Homusion esse negabant. Hoc autem quia primum Liberius pontifex aperte impugnabat. qꝗ etiam damnare Athanasium iubente ĩperatore nolebat: in exilium ab Arrianis pellitur: atqꝫ ita triennio ab urbe absfuit. At uero sacerdotes congregata synodo in Liberii locum Foelicem pres byterũ uirum optimum pontificem crearunt: qui statim octo & .xl. episcoporum conuentu duos pres byteros Vrsatium & Valentem ab ecclesia separauit: quod cum Constantio Augusto ĩ fide sentirẽt. Hanc ob rem rogatu & precibus eorundem Constantius Liberium ab exilio reuocat: q imperatoris beneficio motus cum haereticis in rebus omnibus (ut quidam uolunt) sentiens: illud tamen cũ catholicis tenebat haereticos ad fidem redeuntes non esse rebaptizandos. Ferunt Liberiũ apud coemeterium sanctae Agnetis aliquãdiu habitasse: cũ Cõstantia Constantii sorore: quo eius rogatu & auxilio urbem tutius ĩgrederetur: sed mulier catholica dolum inesse sentiens: id se facturã omnino recusauit. Tandẽ uero Cõstãtius instigantibus Vrsatio & Valente pulso foelice Liberium introduxit. Vnde persecutio ita uehemens exorta est: ut in ecclesiis ipsis pres byteri & clerici passim necarentur. Sũt tamẽ qui scribant mulieres Romanas in Circensi spectaculo reditum Liberii ab ĩperatore precibus impetrasse. Pontifex aũt tã&si cũ Arrianis sentiebat ecclesias dei q̃ diligenter exornauit: maxime aũt sepulchrum beatae Agnetis: & basilicam quã de nomine suo fecit apud Macellum Lydiae. Fuit aũt hac misera tempestate Eusebius enisenus episcopus: qui multa contra Iudaeos: gentes: & nouatianos docte admodũ & elegãter scripsit. Eriphylus quoqꝫ Cypriletrẽsis siue Leucontae episcopus: in cantica canticorum copiose & accurate cõmentarios composuit. Praeterea uero Donatus apher) a quo Donatini nomen sumpsere(multa in catholicos scribẽs: totã pene Aphricam & Iudaeam sua psuasione decaepit. Affirmabat enim patre minorem esse filium: & spiritum sãctum minorem filio catholicosqꝫ rebaptizandos esse. Extabant autem Hieronymi tẽpore eius multa scripta ad haeresim ptinẽtia: & de spiritu sãcto liber Arrianae doctrinae conueniens. Et ne quicq̃ Arrianae perfidiae tum deesset: Asterius eius factionis philosophus imperante Constantio multa scripsit ad Romanos ĩ euãgelia in psalmos quae ab hominibus suae haeresis studiosissime legũtur. Lucifer praeterea Caralitanus episcopus cum Pancratio & Hilario Romanis clericis ad Costantinum a Liberio missus: cũ nollet sub nomine Athanasii Nicenam damnare fidem relegatus: Contra Constantiũ imperatorem scripsit librumque: ei legendum misit: moritur tamen sub Valẽtiniano pricipe. Ferunt autem Fortunatianum Aquileiensem episcopum Liberium fidei causa in exilium pergentem: ut in haeresim & discordiam laberetur solicitasse. Serapion quoqꝫ qui ob elegantiam ingenii scolastici cognomen meruit: edidit rum aduersum Manicheum librum egregium: nec unq̃ Constantii minis a confessiõe ueritatis destitit. Ad hominem enim profectus quo eum pacatiorem magno Athanasio redderet: minis tãti pricipis e gradu cõstãtiae nunq̃ decidit. Ideo autem Athanasius magnus est habitus: qꝫ paganis & haereticis constanti animo semper restitit. Liberius uero ubi ex sacris ordinibus bis in urbe Roma habitis: pres byteros .xviii. diaconos quinque: episcopos .xix. creasset: moritur ac sepelitur uia Salaria in coemeterio Priscillae .ix. calẽdas maii. Sedit

autem annos sex:menses tres:dies quattuor. Vacat sedes dies sex.

ℭ FOELIX

FOELIX SECVNDVS natione Romanus:patre Anastasio:Constatii temporibus fuit.Qui solus post ĩterfectum a Magnetio Constanté ĩperio potitus est. Mox iulianum patruelem suũ:quippe qui ex Cõstãtio patris Cõstãtini fratre natus erat:cæsarem creatum in Gallias seditiõe quorundam tyránotum tumultuãtes misit:qui breui & gallorũ & germaniorũ motus uirtute sua cõpescuit.unde militũ oĩum cõsensu Augustus appellat.Quo audito Cõstãtius rebus Parthicis occupatus ad bellũ ciuile conuersus:apoplexia in itinere obiit inter Ciciliam Cappadotiam in Mopsocreni oppido anno imperii.iiii.&.xx.ætatis quinto & quadragesimo.Hoc autem morbo dixere medici hominem interisse ob dolorem animi & grauem cogitationé in quá rebellãte Iuliano inciderat.Ob eius autem moderationem christianorũ causam semper excipio:in qua unice impius fuit:& comitatem inter diuos more ueterum referri meruit.Ná post suscæptum imperium:Romá cũ triumpho uia Flaminea ingressus:aureo carpento ciues obuiá factos mita benignitate inspexit & ueneratus est:dictitans illud Cyneæ pyrrhi legati uerũ esse:tot se uidere reges in urbe Roma quot ciues. In una tamen re populum Romanum ad risum potius q̃ ad indignationem concitauit qꝫ portas urbis ingrediés celsas & fastigiatas:arcusqꝫ triumphales præaltos & latos homo paruæ staturæ caput ĩcuruaret:more anserum lesionem ueritus.Is præterea campũ martium cũ admiratione ĩspiciens sepulchrum Augusti cæsaris tot simulacris marmoreis & æneis ornatum.Forum Romanũ:Iouis tarpei delubra:thermas porticus in prouíciæ modum auctas . Amphiteatrum tyburtino lapide extructum:tantæ altitudinis: ut eo uix inspicere humanus oculus posset:pantheon mira altitudine spatiosis molibus fornicatum:templũ pacis:Pompei theatrum:circum maximum septisolium:tot arcus triumphales:tot aquæductus:tot statuas p urbem ad ornatum positas obstupuit : ac tandem dixit naturá uires omnes in unam urbem effudisse . Stabat Traiani equus æneus in atrio: cuius instar alterum sibi fieri Constantinopoli Constantius petebat ab hormisda architecto : quem secum duxerat . Cui hormisda stabulum quoque tale condas oportet : si uoles equum late succedere.Idem quoqꝫ hormisda a Constantio interrogatus:qd de urbe Roma sentiret.Id tantum sibi placete respõdit:quod didicisset ibi quoqꝫ homines mori(ut philosophũ decebat)locutus.Fœlix autem(quem diximus) in Liberii locũ a catholicis subrogatum esse:licet id factum ab hæreticis Eusebius & Hierotiymus affirment:quod certe miror:statim ubi Pontificatum iniit Cõstantinum magni Constantini filium hæreticum:& secundo rebaptizatum promulgat ab Eusebio Nicomediensi episcopo in Aquilone uilla non longe a Nicomedia.Hinc autem deprehédi error potest.quo ducuntur nõnulli:qui hanc hæresim magno Cõstãtino ascribunt.Quod profecto(ut ex historia uides)in tantum pricipé tamqꝫ religionis christianæ amãtissimũ nec debuit cadere nec potuit.Dũ autem altercatio esset:& quidem magna(ut diximus) ĩter Liberiũ & Fœlicem:Arriana hæresis bifariam diuiditur. Nam Eunomius(unde Eunomiani)uir corpore & aĩo leprosus:nec secus ĩterius q̃ exterius morbo regio correptus:affirmabat in rebus oibus & filium dissimilem patri.& sanctũ spiritũ cũ patre & filio nil habere cõmune.Macedonius autem quem nostri ante errorem Cõstantinopolitanũ episcopũ fecerãt:ab Arrianis expellitur:quia filium patri similem fatebatur:licet spiritũ sanctum nõ secus atqꝫ illi blasphemaret.Aiunt quidá Fœlicem concilium octo &.xl.episcopotũ habuisse.in quo decernitur: ut episcopi omnes aut ad cõcilium generale ueniant:aut litteris rationé reddãt.quare id facere nequeant: quod quidé institutũ Carthaginensi concilio postea renouatum est Huius autem téporibus fuit Achatius:qué quia luscus erat monophtalmon uocarũt.Hic uero cæsariensis ecclesiæ in Palestina episcopus:multa in ecclesiasticen cõscripsit: tantaqꝫ auctoritatis ob eloquẽtiam & uersutiam apud Constantinum fuit:quéadmodũ Hieronymus ait(quod ego certe miror)ut Romæ in Liberii locum Fœlicem Arrianum episcopum constitueret:quem profecto catholicum fuisse constat:ut scripsimus:& Arrianos semp

dannasse. Fœlix autem postremo cum nulla ĩ re Orthodoxæ fidei deesset ab aduersa-
riis captus: una cum multis secum bene sentientibus interficitur: sepeliturq; in basili-
ca quam ipse ædificauit uia Aurelia secundo ab urbe Roma miliario duodecimo ca-
lendas decembris. Sedit autem tantũmodo ãnum unum: menses. iii. dies duos propter
seditionẽ a Liberio motam: quẽ Damasũ secutus: licet ĩmerito ĩter põtifices numeraui

DAMASVS

DAMASVS natione Hispanus: patre Antonio Iuliani temporibus fuit: uiri
certe ægregii: si domi: si foris eius ingenium respicis. Nam & Eubolo sophi
sta & Libanio philosopho præcæptoribus usus liberalibus disciplinis ita
erat ĩbutus: tũ græce tum latine: ut cuiuis optimo prĩcipi cõparari posset. Multæ erat
memoriæ: ingentis facundiæ: in amicos liberalis: prouincialibus iustissimus: gloriæ cu
pidus. Verum hæc omnia ad extremũ euertit dũ christianos persequitur. Callidior ta-
men cæteris persecutor nõ ui neq; tormẽtis primo: sed premiis hoootibus blãditiis ꝑ-
suasionibus maiorem fere populi partem ꝗ̃ si atrocior fuisset elicuit. Vetuit autem ne
christiani auctoꝝ gẽtilium studia adirẽt: neue scholæ tuſi his qui deos deasq; uenera-
rentur paterẽt. Vtu tamẽ ꝓ Hæresio uiro doctissimo concessũ est; ut christianos publi
ce doceret: quã gratiã ipse indignatus cõtempsit. Militare cingulum dari nisi gentibus
uetuit. Statuit præterea ꝓcurationes ꝓuinciaꝝ iurisq; dictionẽ christianis non debere
ꝑmitti: quippe quibus lex ipsa christiana proprio uti gladio uetat. Athanasium tamen
aperte oppugnat atq; in exilium mittit: a magis ab auguribus instigatus: quorũ artibus
maxime delectabatur: qđ diceret Athanasium obstare quo minus eorum artes in pre-
tio essẽt. Cũ Daphnius quoq; in suburbano Antiochiæ iuxta fontem Castaliũ litaret
Apollini: & nulla ex his quæ quærebãt respõsa susciperet: cãsq; silentii ꝑcõtaret a sacer-
dotibus dæmones aiũt sepulchrum Babyllæ martyris ꝓpe astare: & ideo responsa non
reddi. Tum Iulianus Galilæis imperat: hoc enim nomine christianos appellabat: ut
sepulchrum martyris inde auferant. Qui dum sepulchrum mira exultatione trahe-
rent dicentes: Confundantur omnes qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simu-
lacris suis: ita itam Iuliani prĩcipis concitarunt: ut multos præter institutum suum in-
terfici iusserit. Miror ego id a Iuliano factũ cũ diaboli artes iã uanas esse cognosceret.
Semel enĩ magũ quẽdã ĩ speluncã secutus: cũ uoces dæmonũ ꝑ hoc reiiceret signo cru-
cis usus ẽ: quo fugati sũt dæmones. Cũ uero Iulianus diceret signo crucis aliqd mirũ ĩ-
esse: respõdit magus dæmones etiã genus illud supplicii formidare. Hãc ob rẽ Iulianus
ꝑtinacior ꝗ̃ ãtea factus ẽ: adeo Vanitati magicæ deditus erat; licet prius christianã reli-
gionẽ simulato aĩo amplexus fuisset: ut Cõstantii odiũ uitaret: legissetq; publice diui-
nos codices: ac basilicã noĩe martyꝝ ædificasset. Præterea oero idẽ ĩpator quo nostris
stomachũ faceret Iudæis tẽplũ hierosolymitanũ restituit. cũ dicerẽt se alibi sacrificare
nõ posse. Qui certe tãta arrogãna elati sũt: ut maiore ĩpensa ꝗ̃ antea restituere tẽplum
conarẽt. Verũ nõ ita multo post terremotu tẽplũ corruẽs; & multos Iudæos simul op-
pressit: & illud approbatũ ẽ lapidẽ supra lapidẽ poni nõ debere. Sequẽti aũt die ĩcẽdio
diuinitus ĩmisso: & ferramẽta ipsa cõsũpta sũt: & eo miraculo multi iudæi ꝑterriti ad fi
dẽ christi uenere. In Persas uero ꝓficiscẽs Iulianus quos ĩtellexerat res nouas moliri ĩ
redim suo: malã quidẽ rẽ christianis minaẽ. Cũ aũt supatis hostibus ĩcõposito agmine
uictor rediret apud Ctesiphõtẽ cõfessus periit. A suis aut. ab hostibus id factũ sit ĩcertũ
ẽ: ꝗꝗ sũt q scribãt sagitta ex ĩcerto missa trãsfixũ fuisse eũdẽq; exclamasse manu ad cœ-
lũ extẽsa: uicisti galilæe uicisti: nã christũ galileũ appellabat & fabri filiũ: unde illđ ado-
lescẽtis ĩ Libaniũ sophistã ĩterrogãtẽ: qd ageret fabri filius: Iuliano ĩquit locellũ cõpõit
nã paulo post eius cadauer locello auectũ ẽ. Sũt etiã qui scribãt hũc ãtea clericũ fuisse:
ac postea a fide nostra defecisse: unde hoiem apostatã uocãt. Periit aũt post ãnũ & octo
ĩperii sui mẽses: ãno uero ætatis secũdo &. xxx. Huic deĩde succedit Iouianus; qui ab ex
ercitu ĩpator electus nõ prius ꝓfiteri ĩperatoris nomẽ uoluit; ꝗ̃ oẽs cõclamarũt se chri-
stianos eẽ. Quibus collaudatis: & ĩperiũ suscæpit: & exercitũ e manibus barbaroꝝ libe
rauit: Nisibi ac magna Mesopotamiæ ꝑte Sapori regi Persaꝝ relicta. Hac aũt octauo im

perii sui mése cruditate stomachi siue tetro odore prunaꝝ morit̃. Damasus aũt electus ad põtificatũ obeũdũ Vrsicinũ diaconũ cõpetitoré hũit i basilica quæ Sicinini appellat̃: ubi multi utriq; cecidere i ipso téplo: cũ res nõ suffragiis tãtũ: sed ui & armis tractaret̃. Veꝝ nõ ita multopost sacerdotũ ac populi cõsensu Damasus epũs cõfirmat̃: & Vrsicinus ad Neapolitanã ecclesiã traducit̃. Damasus aũt adulterii accusatus publico cõcilio cãm dixit: ubi & inocés absoluit̃: & Cõcordius atq; Calistus diacõi falsi accusatores dãnati: ac reiæcti ab ecclesia sũt. Cautũq; lege ẽ: ut deiceps poenã taliõis subeãt: q aliquẽ falso accusauerit. Pacata tandẽ ecclesia Damasus ocio litterario delectatus uitas põtificũ oium: qui ante se fuere cõscripsit: easq; ad Hieronymũ misit. Nõ destitit tamẽ & tépla & cultũ diuinũ augere. Duas enĩ basilicas ædificauit: unã iuxta theatrũ: alteram uia Ardeatina ad catechũbas. Dedicauit & Platoniã: ubi corpora Petri & Pauli aliquando iacuerãt. Versibus quoq; elegantibus sanctoꝝ corpora eo loci sepulta exornauit ad memoriã posteritatis. Præterea uero basilicã quã ipse in honoré diui Laurétii non longe a theatro põpeiano cõdiderat: maximis nauneribus ornauit: patena argentea libraꝝ .xx. ama argentea libraꝝ .xv. scypho argéteo anaglypho libraꝝ .x. calicibus argéteis .v. coronis argéteis .v. domos quoq; circa basilicã positas dono dedit: fũdũ etiã Papyrianũ agri ferentinatis: fũdũ Antonianũ: balnea nõ lõge a templo posita: ut psalmi quoq; alternis uicibus in ecclesia canerentur in fineq; eoꝝ uerba hæc ponerent̃. Gloria patri & filio & spiritui sancto instituit. Primus etiã Hieronymi scriptis auctoritaté dedit. cum prius lxx. iterpretũ scripta tãtũmõ i pretio eẽnt. Nã & biblia Hieronymi legi cæpta ẽ. & psalmi eiusdẽ fideliter ex hebraico traducti: cũ antea apud Gallos potissimũ icõposite legerentur. Mandauit item ut in principio cælebrationis (quã missã uocãt) cõfessio diceret̃ ut hodie fit. Idem uero Damasus ubi ex sacris ordinibus quinquies habitis: presbyteros unũ & .xxx. diaconos .xi. epõs .ii. & .lx. creasset. moritur ac sepelitur uia Ardiatina cũ matre & sorore in basilica a se condita tertio idus decembris. Sedit annos .xix. menses tres: dies undecim. Vacat tum sedes dies unum & .xx.

SYRICIVS.

SYRICIVS natione Romanus: patre Tyburtio Valétiniani tpibus fuit. Qui a Iuliano multa icõmoda ob fidé christi passus pulsusq; militia: cũ Scutatorũ priceps eẽt. Mortuo aũt Iouiano militũ omniũ consensu imperator electus: Valenté fratré i ptem imperii accipiens eidem orientem assignat. Postea uero imperii sui anno tertio Gratianũ filiũ necdum bene puberẽ socrus & uxoris hortatu Augustũ creat: præcopium quidé apud Cõstãtinopolim res nouas molientem cũ satellitibus suis mira celeritate opprimit. Sed Valens ab Eudoxio Arriani dogmatis episcopo baptizatus: in sæuissimam hæresim declinãs nostros psequitur: & in exiliũ pellit. Mortuo præsertim Athanasio: quo uiuẽte res christiana sex & .xl. ãnis mirifice sustentata ẽ. Instabat Lucius hæreticus hostilé in modũ nostros psequens: neq; illis quidé parcens qui in eremo erant: eos enĩ imissis militibus aut trucidabat: aut in exilium mittebat. Magnæ auctoritatis tũc erãt Antonii discipuli Macharii duo i Syria: quoꝝ alter i superiore alter i inferiore hĩtabat eremo. Isidorus quoq; tũ in pretio erat: Panucius; Pãbos: Moses: Beniamin: Paulus apheliotes: Paulus phocẽsis: Ioseph qui mons Antonii dicebatur. Hos cũ exilio uexaret Lucius mulier: Phanatica ꝓclamat: uiros dei i insulã ægypti nequaq̃ mittendos eẽ. Mannia quoq; Saracenoꝝ gentis regina cũ frequẽtibus præliis Romanoꝝ opes attriuisset: Palestini & Arabici limitis oppida uastãs. Orata pacem nõ aliter repromittit: nisi. Mosẽ christianũ uiꝝ sanctissimũ genti suæ episcopũ designarẽt. Id agere Lucius cotiabat̃: ueꝝ Moses inclamat. Arguunt te o Luci per metalla damnati christiani i isulas relegati & carcere iclusi: quare manus tuas ad me cõsecrandũ nũq̃ inicies. Reuocatis itaq; episcopis qui se cõsecrarẽt dat̃ reginæ præsul: ac pax Romanis reddit̃. Sæuiebat i christianos Valẽs & Lucius: licet Themistii philosophi litteræ eũ Valẽtẽ aliquãtulũ mitioré reddiderint. Sæuiebat & Thanaricus Gottoꝝ rex: qui plurimos barbaroꝝ martyrio affecit. Interim uero Valẽtinianus Saxones gẽtẽ i Oceani littoribus positã locis inuiis: & Burgõdiones uirtute ac rei militaris scia oppressit. At uero

dú Sarmatæ sese per Pannonias effudisset belluq; i eos parat subita sanguinis effusiõe
apud Brigioné oppidum moritur. Tum Gotti sedibus eius pulsi p oés se thracias effu-
dút: quibus dú Valés ire obuiá cú exercitu parat reuocatis prius sed sero ab exilio epi-
scopis & monachis: quos etiá militare coægerat: prælio uictus igni exuritur. Hæc qui-
dem clades Romani iperii ac totius Italiæ exitium fuit. Syricius aút (dú hæc agerétur)
céfuit monachos quoq; uita pbata eét posse sacris initiari a primis ordinibus usq; ad
episcopatú. Censuit ité ordines p interualla dandos. Manicheos præterea qui in urbe
erát uetuit cõmunicare cú fidelibus. Pœnitentes aút & redeútes ad gremiú orthodoxæ
fidei recipiendos esse censuit: si monasteriú ingrederentur: atq; ibi ieiuniis & orationi-
bus se toto suæ uitæ tempore macerarent. Viaticum siquidé tum demum ab ecclesia
recipiebát: ubi de optima eoꝝ uita cõstaret. Cõsecrari aút presbyteꝝ ab episcopo tátú
céfuit. Instituit ité ut quicũq; aut uiduá aut secũdá uxoré duxisset: ab officio ecclesiasti
co pelleretur. Hæreticos quoq; per manus impositioné recipiédos censuit. Huius tépo
ribus Hilarius fuit urbis Pictauioꝝ Aquitaniæ episcopus: qui & contra Arrianos. xii. li
bros scripsit: & alterum contra Valenté & Vrsatiú: atq; nõ ita multopost pictauis mo-
ritur. Victorinus aút natione apher: Romæ tum primú rhetoricá docuit: postea uero
in extrema senectute fidei nostræ se tradens: contra Atrium libros more dialetico scri-
psit. Multa quoq; composuit ad cõmédationé fidei nostræ Gregorius lacticus Hiluer-
ti episcopus. Phonnus auré Gallogræcus Marcelli Anticyrani episcopi discipulus He-
bionis hæresim instaurare tum conatus é. Hebion ení christú pio cohitu Mariæ: natú
uirum iustum putauit. Is quidé a Valentiniano iperatore pulsus: plura scripsit uolumi-
na: ac præcipua cõtra gentes. At didymus Alexandrinus a teneris ánis oculis captus: &
ob id etiam primarú litteraꝝ ignarus: ita Geometriá & Dialecticá: quæ magno usq; i-
digent: iam grandis natu cum primis eleméntis didicit: ut præclara quædam opera i ma
thematicis scripserit: in psalmos quoq; & in euangelium Matthei ac Iohannis: & cõtra
Arrianos multa ædidit. Optatus quoq; Apher episcopus Miluetanus libros sex contra
Donatianos composuit. Seuerus autem Cecilius Hispanus agnationem ab illo Seuero
ducens. ad qué Lactantii duo extát epistolaꝝ libri uolumé composuit: quod Catastro-
phen uocauit. Syricius uero compositis ecclesiæ rebus: ac creatis sex & uiginti presby-
teris: diaconis sedecim episcopis duobus & triginta: ex sacris ordinibus quinquies ha-
bitis: morit ac sepelit in cœmeterio Priscillæ uia Salaria octauo calendas martii. Sedit
enim annos quindecim: menses undecim: dies quinq; &. xx. Vacat tú sedes dies uiginti.

ANASTASIVS

ANASTASIVS natione Romanus: patre Maximo: íperante Gratiano urbis
Romæ episcopus creatur. Ná Gratianus adolescens religione clarus: militia
strenuus: apud argentariam oppidú Galliæ uno prælio ad trigíta milia Ala-
manoꝝ fines Romanoꝝ uastantes: cú minimo suoꝝ icõmodo iterfecit. In Italiá de-
rediens: pulsa Arriana hæresi totam prouíciá ad uerá christi fidem redægit. At uero cú
instantibus Gottis rempublicam in magno discrimine uideret: Theodoxium ex His-
pania oriundú uirum clarissimum socium ac imperii comitem sibi delegit: qui supera
tis Alanis Hunnis & Gottis oriétale imperiú restituit: icto cum Athalarico rege Gotto
rum fœdere: quo quidé mortuo ac Constantinopoli ægregie sepulto: omnes eius mili-
tes Theodoxium uirum optimú secuti sút. Interim uero Maximus in Britania tyráni-
dem occupans: ac in Galliá traiciens: apud Lugdunum Gratianum interfecit: qua re
Valentinianus iunior frater metu perterritus: ad Theodoxium in orientem confugit.
Sút autem qui scribát hos quidem fratres in tantam calamitatem incidisse matris Iu-
stinæ crimine: quæ Arrianá hæresim foués christianos psequebatur: maxime uero Am-
brosium: qué etiá inuitú populus Mediolanensis tum episcopú delegerat. Mortuo ení
Auxentio hæreticoꝝ episcopo: statim seditio Mediolani exorta est. Cú hanc itaq; re-
primere Ambrosius conaretur: qui tum consularis eiusdem puinciæ fasces regebat: ec-
clesiamq; ingressus multa de concordia partiú disseruisset: ab oíbus succlamatú é: nõ
alteri q Ambrosio episcopatú cõmitti debere: quod etiá factú est. Ex Catechumino ení

christianus factus:& sacris initiatus Mediolanensis epũs creatur. Cuius doctrina & sanctitas quanta fuerit:eius uita ac opera doctissime & elegantissime scripta ostendunt. Tũc aũt Anastasius rei diuinæ cauẽs constituit:ne sacerdotes ullo modo sederent: sed curui & uenerabundi starẽt:cũ sacrum euãgeliũ aut caneretur aut legeret̃ ĩ ecclesia dei Neue peregrini maxime autem transmaritimi in clerũ reciperent̃:nisi quiq; episcoporum præ se ferrent chirographa. Hoc aũt factũ esse aiũt propter Manicheos:qui tum ĩ Aphrica magno ĩ pretio erãt:& ad corrũpẽdã fidem de suis quoquo uersum mittebãt. Cõstituit itẽ ne debiles & manci:neue aliquo membro carentes in numeꝝ clericoꝝ reciperentur. Basilicã quoq;(quæ Crescentina uocatur)in regione secũda uia Mamertina dedicauit. Huius & Damasi & Syricii tpa illustrarũt:nõ modo optimi imperatores:Iouianus:Valentinianus:Gratianus:Theodoxius:ueꝝ etiã sanctissimi atq; excellẽtes ĩ quauis facultate doctores:tum græci tũ latini. Gregoriũ nobis christianis cũ Basilio Cappadocia genuit:ut ait Eusebius:ambo fuere nobiles:ambo Athenis eruditi. Basilius enĩ Cæsareæ Cappadociæ:quæ prius Maza uocabatur episcopus cõtra Eunomium ægregios libros edidit. Scripsit & uolumẽ de spiritu sancto:& monachoꝝ ĩstituta. Duos habuit fratres:Gregoriũ & Petrũ uiros doctissimos. Gregorii extabãt Eusebii tpibus aliqua uolumina. At Gregorius Nazianzenus:qui Basilium ad monasteriũ perduxit:Hieronymi præcæptor multa scripsit:maxime uero in laudẽ Cypriani Athanasii maximi philosophi. Scripsit & cõtra Eunomium libros duos:cõtra Iulianũ imperatorem librũ unum. Laudauit & nuptias & uirginitatem hexametro uersu. Leuauit & Constantinopolitanos ab hæresi rõnibus & suo elegantissimo dicendi genere. in quo Polennonium uirum eloquẽtissimũ secutus est. Is postremo dum senex admodũ esset:successorẽ sibi deligens turi uitam monachi duxit. Basilius autẽ sub Gratiano:hic uero sub Theodoxio moritur. Epiphanius quoq; Cypri Salaminæ episcopus hæreses oẽs elegantissimis uoluminibus ĩpugnauit. Cõposuit tũ etiã multa sermone Syro effren edessenæ ecclesiæ diaconus:qua ex re ad tantã uenit dignitatẽ:ut post lectionẽ scripturæ sacræ publice ĩ quibusdã ecclesiis eius scripta legerent̃. Anastasius aũt ubi ex sacris ordinatõibus bis ĩ urbe mẽse decembri habitis:presbyteros octo:diaconos quinq; episcopos.x.creasset: moritur & sepelitur in cœmeterio ad Vrsum Pilleatũ.v.calendas maii. Annos uero.iii. dies.x.sedit. Vacat tũ sedes dies unum &.xx.

INNOCENTIVS

INNOCENTIVS natione Albanus:patre Innocẽtio particeps Theodoxii tẽpoꝝ fuit:qui singulari celeritate & cõsilio usus:maximũ tyrãnũ Gratiani ĩterfectorẽ apud aquileiã occidit. Hãc calamitatem maximo ipsi Martinus uir sanctissimus antea prædixerat:dũ Britaniã militaribus copiis spoliat:ĩ Italiã contra ius fasq; uẽturus. Tũc enĩ a Circio Scothi ab aquilone picti:ĩsulã uacuã militibus ĩgressi lõge ac late oĩa uastarũt. Theodoxius aũt diuino auxilio fretus:& Androgatiũ Maximi comitẽ:& Victorẽ eiusdẽ tyrãni filiũ:& Abrogastẽ:& Eugeniũ tyrãnos mira celeritate usus opprimit:unde merito Claudiani poetæ carmĩa ĩ laudẽ Theodoxii extãt. O nimiũ dilecte deo tibi militat æther:Et cõiurati ueniũt ad classica uẽti. Accedit Theodoxio ad disciplinã militarẽ laus ingenii:quo plurimũ ualuit & religionis. Nã cũ Mediolani ĩgredi ecclesiã uellet mysteria usurus:ꝓhibitus ob quoddã facinus(ut fieri solet)ab ingressu ecclesiæ nisi pœniteret:ita æquo animo id tulit:ut ultro ipsi Ambrosio gratias egerit atque pœnituerit. Huius uxor Flacilla fuit ex qua Arcadium & Honorium suscæpit. Iratus semel Theodoxius: ꝙ Thessalonicenses in theatro militem occidissent: uel(ut alii uolunt)iudicem suum: ægreretentus a sacerdotibus Italicis ẽ: quo minus omnes Thessalonicenses occideret. Qui postea ad se rediens re cognita & lachrymis pœnitentiam prope patrati sceleris ægit.& legem tulit: ut sententiæ principum sup aĩaduersione prolatæ in tertium diem differrẽtur:quo misericordiæ uel pœnitẽtiæ locus daret̃. Ferũt principẽ ipsũ(si quãdo ira pcitus fuisset)hac deĩceps cõctatõe usũ:ut notas oẽs litteraꝝ expresse recẽseret:quo iterim iræ daret̃ locus. Affirmãt qdã pricipẽ ipsũ familiaritate cuiusdã Iohãnis monachi Anachoritæ in thebaide usũ:cuius

consilio tum bellũ tum pacem gerebat. Theodoxius autem quiquagesimũ ætatis agẽs
annum:Mediolani moritur.Innocentius uero tanta imperii tranquillitate & benigni-
tate principis usus:multa ad religionẽ christianã pertinentia meditatus est . Constituit
enim ut sabbato ieiunium cælebraretur & ꝙ tali die christus in sepulchro iacuisset : &
eius discipuli ieiunassent.De iudæis quoq; & paganis:deq; monachis regulas quasdam
tulit.Cataphrygas autem hæreticos:quorum auctores fuere montanus Prisca & Ma-
ximilla(ut ante dixi)ab urbe expulit:Theodoxio annuente uel in monasteria(ut alii uo
lunt)relegauit.Præterea uero Pelagiũ monachum & cælestinum hæreseos dãnauit: &
ꝙ liberũ arbitriũ diuinæ gratiæ anteferrẽt:& ꝙ dicerent ad implenda diuina iussa uo-
luntatem per se sufficientem esse.Contra hos quoq; multa scripsit Augustinus. Pelagi-
us aũt in Britaniã ꝓficiscẽs totã isulam errore suo infecit adiuuante Iuliano tanti mali
comite Basilicã uero Geruasii & Protasii dedicauit Vestinæ mulieris ĩpensa structã &
ornatam: diuenditis eius bonis ex testamento relictis iusto pretio. Templi dona hæc
fuere:patenæ argenteæ duæ.lx.librarũ:coronæ.xii.cerostrata argentea.iiii . Ad ornatũ
baptisterii ceruũ obtulit.v.&.xx.librarũ fundentẽ aquã:uas chrismatis ex argento lib.
v.scyphos duos argenteos:anaglyphos.xx.librarũ.Dos aũt tẽpli erat domus ad basilicã
blinã:balneũ ad tẽplũ Mamuri.domus itẽ ĩ cliuo salutis balneatæ:fũdus ĩ agro clusino
alter fundus ĩ agro fundato.His addita domus emeriti in cliuo mamertino: domus al
tera in uico lõgo:balneũ quoq; eodem uico.Curã uero & administrationem huius basi
licæ & sanctæ Agnetis leopdo ac Paulino presbyteris cõmisit.Huius tẽpibus fuit Apol
linaris Laodiceæ Syriæ epũs:uir sane in disputãdo uehemens & ita acutus:ut ausus sit
dicere corpus nõ animã a domino ĩ dispẽsatione suscæptũ;postea uero cũ rõnibus us-
geretur:ait eũ quidẽ habuisse aĩam nõ tamẽ ex ea parte qua rationabilis est:sed ex ea so
lũ qua corpus uiuũ reddit. Ad supplemẽtũ uero rationabilis ptis ipsũ uerbũ dei fuisse
phibeat.Quæ quidẽ sentẽtia & a Damaso antea & a Petro Alexãdrino episcopo explo
sa est.Hinc Apollinaristæ originẽ habuere.Martianus aũt Barcilonæ urbis epũs casti-
tate & eloquẽtia ĩsignis bene cũ fide sensit:& Nouatianos scriptis suis ĩpugnauit.Cyril
lus uero hierosolymitanus epũs sæpe pulsus ecclesia:& receptus ad extremũ sub Theo
doxio principe ãnis octo episcopatũ tenuit multaq; scripsit.Esicius itẽ apud Thesphe-
siũ rhetorẽ cũ Gregorio Nazianzeno episcopo adolescẽs cæsariæ eruditus;plurimo la
bore Origenis & Pamphili corruptã bibliothecã mẽbranis instaurare conatus est;scri-
psit & ipse multa.Eodẽ quoq; tpe Hieronymus presbyter ĩ Bethleẽ habitãs ĩgenio ac-
facundia sua christi fidẽ mirũimmodũ auxit:quod etiã eius scripta declarant. Improba
tur itẽ eo tpe ĩ synodo burdegalẽsi Prisciliani dogma sumptũ ex Cnosticorũ & mani-
cheorũ hæresi:de qua supius diximus.Innocẽtius uero ubi ꝑ sacros ordines quater ĩ ur
be habitos presbyteros.xxx.diaconos.xii.epõs.iiii.&.l.creasset:morit̃ ac sepelit̃ in cœ-
meterio ad ursũ pileatũ.v.calendas augusti.Sedit annis.xv.men.ii:diebus quinq; &.xx.
Vacat tum sedes dies.ii.&.xx.

ZOZIMVS

ZOZIMVS natione græcus:patre Abrahamo mortuo:Theodoxio: Arca-
dii & Honorii q patri ĩperio successere tpibus fuit.Ii qdẽ gubernacula ĩpe-
rii suscipiẽtes pibus auspiciis illud rexere diuinis tãtũmõ administratõibus
Arcadius.n.oriẽtẽ:Honorius uero occidẽtẽ gubernabat:licet Theodoxius filius adhuc
adolescẽtibus tres duces reliquerit:q Romã gubernarẽt ĩperiũ Ruffinũ qui oriẽtẽ: Stil
conẽ qui occidẽtẽ Gildonẽ qui Aphricã regerẽt . Qui deiceps cupiditate ĩpandi moti
spretis puulis regnũ occupare conati sũt.Gildoni res nouas ĩ Aphrica moliẽti:Mascel
ger frater eius crudelitatẽ ueritus cũ exercitu obuiã fcũs:hoĩem fũdit fugatq;:q uel do
lore aĩ uel ueneno nõ ita multo post morit̃.Idẽ quoq; Mascelger tãta uictoria elatus:cũ
nec deo nec hoĩbus pceret a militibus occidit̃.Ruffinus uero ab Arcadio opprimit̃:dũ
oriẽtale ĩperiũ conat̃ iuadere ĩgressus tũ Italiã Rhadagasius Gottorũ rex ĩmanissimus
ferro ac flãma oĩa uastabar.Verũ Romani cõparato exercitu Barbarũ ĩ fesulanis mõti-
bus opprimũt duce Stilcone.Huic uero successit Alaricus:quẽ Stilico regni cupidus cũ

supare posset:& fouit & iuuit. Verum postremo cum Alaricus in Galliam proficisces cõ
cedente eo loci sedes ad incolendum Honorio apud Pollentiam consedisset: Saulũ géte
& religione hebræum a Stilcone cũ militibus imissum:quo fœdus turbaretur hostem
sensit. Facile enim fuit barbaros nil tale suspicantes:& die phascæ obseruantes icautos
perturbare. Verum sequenti die sumptis armis:& Saulum cum exercitu ad interfectio
né cædit:& omissa Gallia in Stilconé & Romanos mouet. Quibus supatis urbem Ro-
má post longam & grauem obsidioné capiunt anno eiusdem cõditæ millesimo ac cen
tesimo & sexagesimoquarto:salutis uero christianæ anno duodecimo & quadringen-
tesimo. Hac tamen moderatione Alaricus usus est & clæmentia:ut suis mádauerit a cæ
de & sanguine quoad fieri poterat abstinere.utue confugientibus ad basilicas Petri ac
Pauli parceretur. Rex uero tertia die ab urbe discedens minus calamitatis q̃ putaretur
perpessa. Patum ení incendii senserat : in Lucanos & Brutios ꝓficiscitur ubi apud Co-
sentiam ui captam & direptam moritur. Cui statim omnium Gottorũ cõsensu Athaul
phus ob affinitaté & genus succedit.qué quidem ad urbem Romá cũ exercitu redeun-
tem Galla Placidia superioris Theodoxii filia eius uxor ita placauit:ut a cædibus & ra-
pinis téperatũ:& suis magistratibus urbis dimissa sit. In animo certe ei prius fuerat ur-
bem Romá delere:ac nouá cõdere:eamq; Gotthiam appellare:& imperatoribus nomé
de se relinquere:ut nõ augusti deinceps sed Athaulphi uocarentur. Métem hoís Placi-
dia non modo a tanto facinore auertit:ueꝝ etiam fœdus inter Athaulphum Honotiũ
& Theodoxium iunioré composuit: Arcadii iam mortui filium. Zozimus autem í tan
ta rerum perturbatione rem diuinam nunq̃ omisit. Constituit ení ut diaconi dum ce-
lebraretur læuas tectas haberent linostimis. Cõcessit ité ut in parochiis cerei sancto sab
bato benedici possent. Bibere autem in publico clericis uetuit. In cellis fideliũ id fieri
posse nõ negauit. Vetuit etiam ne serui in clerum reciperentur:q huiuscemodi uiros li
beros & integros esse oporteret. Asciscuntur núc nõ modo serui & uulgo cõcepti ac na
ti:uerum etiam flagitiosi omnes ex flagitioso quoque genili : quorum sceleribus ec-
clesia dei magnum aliquod incõmodum tandem capiet. Ferunt tum Zozimum mi-
sisse ad Carthaginése concilium Faustinum episcopum duosq; urbis Romæ pres byte-
ros:ut ostenderet nil usq̃ publice agi debere sine cõsensu ecclesiæ Romanæ Huius aũt
pontificatu fuit Lucius Arrianæ partis episcopus:qui uariaꝝ hypotheseon libellos scri
psit. Diodorus quoq; Tarsésis episcopus:dum Antiochiæ pres byter esset:multa tũ scri
psit:Eusebii sententias nõ autem eloquétiam imitatus propter ignorationem sæculari
um litterarum Scripsit & Tybenanus apologeticum ob suspicioné hæreseos:quia cũ
Priscilliano accusabatur. Euagrius præterea acris & feruentis ingenii uitam beati An-
tonii de græco Athanasii in sermonem nostrum transtulit. Scripsit & Ambrosius Ale-
xandrinus auditor Didymi in apollinarem uolumen præclarum. Fuere tum etiam in
pretium Iohannes Constantinopolitanus & Theophilus Alexandrinus illustres episco
pi. Hunc ego arbitror Iohannem chrysostomum fuisse:qui ob elegátiam dicendi hoc
cognomentum merito adeptus est:quiq; Theodorum & maximum condiscipulos su-
os ad fidem christi traduxit:relictis præcæptoribus Libanio & Andragathio philoso-
pho. Interrogatus Libanius iá morti propinquus:quem potissimum in schola successo
rem relinquere uellet non alium q̃ chrysostomum dixit : nisi hominem christiani ad
se traduxissent. Perlata tum etiam sunt ad Zozimum synodalia decreta:quibus confir
matis pelagiana hæresis ubique damnatur. Sunt qui scribant & Petronium Bononi-
ensem episcopum uirum sanctissimum : & Possidonium Aphricæ prouinciæ episco-
pum magnam sanctitatis opinionem de se tum concitasse. Scripsit & multa contra
hæreses Primatius ad Fortunatum episcopum. Sunt qui scribant probam Adelphi pro
consulis uxorem Centonas Virgilii in laudem christi tum composuisse. Hác certe lau-
dem quidá Eudochiæ ascribũt Theodoxii iunioris uxori. Augustinus uero beati Am-
brosii in fide discipulus. homo certe omnium qui tum fuere doctissimus Hippone in
Aphrica episcopus:fidem nostram scriptis & disputatiõibus tũ maxime tuebaẽ. At Zo
zimus creatis í urbe Roma pres byteris decé. diacõis tribus:epis octo:moriẽ ac sepeliẽ

uia Tyburtina apud corpus beati Laurẽtii martyris septimo calendas ianuarii. Sedit annum unũ: mẽses tres: dies duodecim. Vacat tum sedes dies undecim.

BONIFACIVS

BONIFACIVS natione Romanus: patre Iucũdo presbytero: Honorii temporibus fuit. Orta quidem tum in clero seditio est. Nã dum Bonifacius ĩ basilica Iulii urbis Romæ episcopus creatur: Eulalius ĩ Cõstantiniana electus huic statim obiicitur. Quod ubi Honorius: qui tum Mediolani erat intellexisset: instãte Placidia cum filio Valentiniano ambo ab urbe pelluntur. Reuocatur tamẽ septimo mense post Bonifacius: & solus urbis præsul cõstituit. Interea uero mortuo Athaulpho Gottorũ rex Vallias decernitur: qui dei iudicio pterritus: Placidiã apud se tamen honeste habitã: Honorio fratri reddidit: pacẽq; cũ eo datis lectissimis obsidibus init. Idem fecere Alani Vandali & Sueui. Placidiam uero Honorius Cõstantio quẽ Cæsarem declarauerat in matrimoniũ collocat: unde Cõstantius Valẽtinianum filiũ suscæpit: quæ postea a fratre pulsa ad orientem cũ filiis Honorio & Valentiniano ꝓficiscitur. Bonifacius aũt põtifex tum cõstituit: ne mulier ulla aut monacha sacratam pallã attrectaret: aut tura contingeret: neue seruus aut obnoxius uel obæratus ĩ clerum reciperetur. Cõdidit præterea oratorium in cœmeterio sanctæ Fœlicitatis martyris: eiusq; sepulchrũ ornauit marmoribus & argento. Nã & patenã argenteã dono dedit librarũ .xx. & scyphum argẽteum librarũ .x. & coronas argẽteas tres: calices minores duos. Huius quoq; pontificatũ insignẽ reddidere multi præclari uiri: maxime uero Hieronymus presbyter patre Eusebio natus oppido Stridonis: quod a Gottis euersum Dalmatiæ quõdã Pannoniæq; in finibus fuit. Quãtum iste iuuerit ecclesiam dei uita & scriptis non attinet dicere: cum & uita eius sanctissima omnibus præluceat: & scripta eius ita in pretio & in honore sint: ut nemo magis legatur ab eruditis præsertim. Moritur aũt Hieronymus in Bethleẽ ætatis suæ ãno .lxxxxi. pridie calẽdas octobris. Laudatur & Gelasius cæsareæ palestinæ post Eunomium episcopus: uir accurati elegantisq; ingenii. Scripsit & historiam Dexter Patiani filius ad Hieronymum. Laudauit & spiritum sanctũ Amphilotius eleganti stilo. Laudat & Sophronium Hieronymus: ꝗ de euersione Serapis librum copiose ac docte scripserit. Aiunt & Lucianum presbyterum deo innuente: tum quidem reliquias Stephani protomartyris & Gamalielis Pauli præcæptoris inuenisse: deque ea re sermone græco ad omnes ecclesias scripsisse. quã scriptionẽ postea Habũdius presbyter Hispanus latinam fecit ad Orosium presbyterum. Sunt etiam qui huic ætati addant Iohannem Cassianum & maximinum uiros doctissimos. De Eutropio autem augustini discipulo non ita ambigitur: qui historiæ Romanæ Epitomen fecit: ab urbe condita usq; ad tempora sua satis eleganti stilo & oratione. Scripsit & ad duas sorores christo dedicatas: de pudicitia & amore religionis. Laudatur & Iuuenalis qui tũ Constantinopolitanus episcopus erat. Fuit etiam in pretio Hæros uir sanctus: ac beati Martini discipulus: Arelatensis episcopus iniuria pulsus. Bonifacius autem ubi ex sacris ordinibus semel habitis presbyteros tredecim: diaconos tres: episcopos sex & .xxx. creasset moritur ac uia Salaria sepelitur apud corpus sanctæ Fœlicitatis martyris octauo calendas nouembris. Sedit annis tribus: mensibus octo: diebus septem. Mortuo Bonifacio clerici quidam Eulalium statim ad urbem reuocant: qui uel indignatione: uel cõtemptu rerum humanarum reuocationem spernens: anno post Bonifacium moritur. Vacat tum sedes dies nouem.

CELESTINVS

CELESTINVS natiõe Cãpanus: Theodoxii iunioris tẽporibus fuit. Hic enĩ mortuo Honorio principe clarissimo Valentinianum Placidiæ amitæ suæ filiũ Cæsarẽ creatũ ad regendũ occidentale imperiũ mittit. Qui statim totius Italiæ cõsensu ĩperator creatus: gubernacula ĩperii apud Rauẽnã suscipiens: hostes Romani nois: maxime uero Iohannẽ tyrannũ mira fœlicitate in Italia compescuit. Interea uero Vandalorum: Alemanorum: & Gottorum effera gens ab Hispania in Aphricam Genserico rege traiiciens prouinciam ferro ac flamma depopulata: fidem quoque

catholicam Arriana impietate foedauit: pulsis etiam in exilium quibusdã episcopis bene sentientibus: in qua perturbatione beatus Augustinus Hipponensis episcopus tertio obsidionis mense quinto calendas septẽbris moritur septimo &.lxx. ætatis anno. Vandali aũt capta Carthagine in Siciliã traiicientes insulã depopulantur & uastant. Idem fecere Pictaui & Scothi insulam Brittaniã occupantes. Accitus autem a Brittanis in auxilium Etius patritius uir bellicis artibus insignis: nõ modo laborantibus auxilium nõ fert: uerũ etiam regnandi cupidus: Hunnos ad inuadendã Italiam solicitat. Vnde britãni ab Etio destituti: ab anglis auxilium petiere: quos hostes deinceps non auxiliares sẽsere. Ab his enim oppressi: & patriam simul & nomẽ amisere. Interim uero Theodoxio Constantinopoli mortuo septimo & uigesimo imperii sui: ac patrui honorii anno Belda & Atoila fratres Hunnorũ reges Illyricum ingressi omnia incendunt & uastant. At Cælestinus diuino cultui intentus: cõstituit ut psalmi Dauid ante sacrificium antiphonatim ab omnibus canerẽtur: quod ante fieri non consueuerat. Perlecta enim epistola & euangelio: finis sacrificio imponebatur. Refert Martinus cassinas: Iudica me deus & discerne causam meam: quod in principio sacrificii dicitur eius inuentum fuisse. Graduale quoq huic ascribitur. Multa præterea constituit de omni ecclesia: quæ tum ĩ archiuis legebantur. Dedicauit & Basilicam Iuliam: cui etiam hæc dona obtulit: patenam argenteam librarum quinque & uiginti: scyphos duos argenteos.xx. librarum: aqua manulos argenteos.xx. librarum: candelabra argentea duo.lx. librarum: cantharos: cærostrata ænea quattuor & uiginti magni ponderis. Nestorius aũt cõstãtinopolitanus episcopus nouum tum errorem inducere conatos est. Prædicabat enĩ christum ex maria hominem tantum: & non deum natum: eiq diuinitatem collatam esse pro meritis: cui impietati & Cyrillus alexandrinus episcopus: & Cælestinus põtifex mirumimmodum aduersati sunt. Nam habita apud Ephesum synodo.cc. episcoporum impius Nestorius cum hæresi nominis sui: cunctis pelagianis omnibus: qui dogma illud prope conatũ iuuabant: omnium consensu.xiii. canonibus eorum stultitiam impugnantibus damnantur. Præterea germanum Antisiodorensem episcopum in Britãniam mittit: qui de turbatis hæreticis insulares ad catholicam fidem redigeret. Misit & ad Scothos christi fidem optãtes palladiũ: quẽ ipse episcopum creauerat. Huius certe atq suorũ opera magna pars occidentis ad uerã christi fidem conuersa est. Ferunt hoc tempore diabolum personam Moysi indutum: multos iudæos decæpisse: dum eos ex creta in terrã ꝓmissionis ad similitudinẽ historiæ ueteris sicco pede per mare deducere pollicetur. Multi enim ex his falsum Moysem secuti: in undis periere. Aiunt autẽ illos solos euasisse: qui tum christum uerum esse deum credidere. At Celestinus ubi ex sacris ordinibus ter in urbe mense decembri habitis: præsbyteros duos &.xxx. diaconos.xii. episcopos.ii. &.xl. creasset: moritur ac sepelitur in cœmeterio Priscillæ uia salaria.viii. idus aprilis. Cõsederat annis.viii. men.x. diebus.xvii. Vacat tum sedes dies unũ &.xx.

SIXTVS

SIXTVS tertius: natiõe Romanus: patre Sixto: Valẽtiani tempora attigit: qui occidẽtalis imperii gubernator pacẽ cũ Genserico uãdalorum rege iniit: ac certis finibus aphricã sibi ac Genserico diuisam: uandalis ĩcolendam dedit. Subornatus deinde Gensericus ab arrianis eorum impietatem extollens uariis terroribus episcopos nostros ꝑsequit̃. Interim uero dũ Valẽtianus Cõstãtinopolim ꝓficiscit̃ & Theodoxii filiã ĩ uxorẽ ducit: Vãdali Gẽserico duce Carthaginẽ iterũ capiũt ac diripiũt: ãno quĩgentesimo &.lxxxiiii. posteaq̃ romanorũ esse cæperat. Dũ hæc aũt ĩ aphrica gererent̃: Attila cũ Bleda fratre hunnorũ reges non contenti occupasse Pannonias Macedoniã: Mysiam: Achaiam: & utrasq thracias ferro ac flãma deuastat. Bledãq fratrem obtrũcat: quo solus regno potiret̃. Inde uero animos sumẽs ad occupandum occidẽtale imperium: copias undiq celeriter colligit: atq iter statim carpit. Quod ubi Etius intellexisset: legatos de pace statim Tolosam ad Theodoricum regem mittit: cum quo fœdera ita sunt inita: ut cõmuni impensa & paribus copiis bellum contra Attilam gereretur: romanorum ac Theodorici auxiliares copiæ fuere: Alani: Burgũdiões

franci:Saxones:atq; oẽs fere occidẽtales populi. Tandem uero superueniente Attila in cãpis catelaunicis:magno ardore animoꝝ prælium utrinq; cõmittit:pugnatum erat aliquãdiu atq; acriter:cũ nox superueniẽs in certo auctore certamini finem imposuit. Ad centũ & octoginta milia hoĩum in eo prælio utrinq; cecidisse constat:neutro inclinãte acie:aut cedente. Ferũt tamẽ Theodoricum Thurismũdi regis patrẽ eo prælio cecidisse. At Sixtus põtificatum iniens:a Basso quodã reus in iudiciũ accersitur. Hic aũt cõgregata sepiẽ & quinquaginta episcopoꝝ synodo:ita causam dixit:ut ab oĩbus uno cõsensu absolueret̃. Dãnatur Bassus calumniator iniquus:annuente Valentiniano & Placidia eius matre:in exiliũq; mittitur:ita tamen:ut ultimo die uiaticum ei ob pietatem ecclesiæ nõ negaret̃. Eius aũt prædia nõ fisco sed ecclesiæ ascribuntur. Aiunt Bassum post exilium nõ multũ uixisse:tertio enĩ mense diem extremũ obiit:cuius corpus Sixtus episcopus linteaminibus inuolutũ:& aromatibus cõsparsum propriis manibus ad sanctum Petrũ sepeliuit in loculis parentum. Aedificauit autem Sixtus Basilicam beatæ Mariæ uirginis:quæ ab antiquis liberii cognominabatur iuxta macellum libyæ. Acæpit deinde nomẽ ad præsepe:postremo uero sancta Maria maior uocata est. Sixtum aũt huius templi auctorẽ fuisse titulus ipse in frontispicio primi fornicis dederat his uerbis. Xyxtus episcopus plæbi dei. Per.x.n. ĩ pricipio &.y. scribit̃ græca orthographia: licet nostra ætas cõsuetudini seruiẽs:Sixtũ scribat per.s.& iota. Huic quoq; templo idẽ pontifex hæc dona obtulit:altare argenteũ purissimũ tricentarum libraꝝ:patenas argenteas tres centũ & uiginti libraꝝ:scyphos argenteos quinq; calices decem: coronas argenteas octo & uiginti:candelabra argẽtea tria: thymiamatarium libraꝝ quĩdecim: fũdum scauri ĩ agro caietano:fundum celeris:ceruum argenteũ fundentẽ aquã ĩ fontẽ baptisterii. Ornauit & ambonẽ ecclesiæ porphyreticis lapidibus:quẽ nos suggestũ appellamus:ubi euãgeliũ & epistola canitur. Præterea uero rogatu Sixti Valẽtinianus tẽpla quædã sanctoꝝ mirifice excoluit. Nam & supra cõfessionem beati Petri auream saluatoris imaginẽ gẽmis aureis distinctam collocauit:& fastigium argenteum basilicæ cõstantinianæ a barbaris sublatum restituit. Ornauit & cõfessionẽ beati Petri ex argẽto. Aiunt præterea huius tẽporibus Petrum episcopũ natione illyricum ædificasse tẽplum diuæ Sabinæ in monte auentino nõ lõge a monasterio sancti Bonifacii:ĩ quo diuus Alexius iacet. Quod ego factum Celestini primi tempore crediderim:ut etiã carmina heroica ĩdicant:que adhuc leguntur his fere uerbis. Culmen apostolicum cũ celestinus haberet:Primus & in toto fulgeret episcopus orbe. Hæc quæ miraris fũdauit pres byter urbis:Illyrica de gẽte petrus uir nomine tanto Dignus:ab exortu christi nutritus in aula. Pauperibus locuplex:sibi pauper:qui bona uitæ præsentis fugiẽs:meruit sperare futura. Sunt etiã qui scribant huius tpibus fuisse Eusebiũ cremonẽsẽ & Philippum Hieronymi discipulos:qui pleraq; eleganti oratione scripsere. Laudatur & Eucherius lugdonensis episcopus doctrina & dicendi copia. Non improbatur postremo Hilarius Arelatensis episcopus:uir sanctitate & doctrina ea tempestate insignis. Sixtus autem cum omnia quæ habuerat:aut in ædificiis & ornamentis ecclesiarum:aut pauperibus errogasset:creatis pres byteris octo & uigĩti:diaconis duodecim:episcopis duobus & quinquaginta:moritur ac sepelitur in crypta uiæ tyburtinæ apud corpus beati Laurentii. Sedit autem annis octo:diebus.xix. Vacat tum sedes dies duos & uiginti.

LEO

LEO natione thuscus:patre Quintiano:eo tempore fuit:quo Attila a pugna catelaunica rediens in pannonias comparatis magnis copiis Italiam hostili manu ingressus:ac primo Aquileiam in limitibus prouinciæ positam triennio obsedit. Verum cum iam desperatis rebus in eo esset ut statiua moueret: uidissetque ciconias ex urbe in agros pullos suos deferentes auspicio motus:adhibitis machinis miseram ciuitatẽ acriter oppugnatã tandem capit:diripit & incendit:nec ulli generi hoĩum parcit:flagellum dei se uocitans. Inde hunni ueluti ruptis claustris per totam Venetiam sese effũdentes:urbes oẽs occupãt:Mediolanũ ac Ticinũ diripiũt. Iturus de-

inde Romam infestis signis cum eo loci consedisset:ubi Mintius padum īfluit amnē traiecturus:uir sanctissimus Leo pōtifex calamitatem italiæ & urbis Romæ miseratus: adhortante etiam Valentiniano ei fit obuiam:persuadetque Alarici exemplo : qui stati dei iudicio post captam urbem mortuus est:ne ultra progrediatur Monitis pontificis optimi obtemperans Attila:quod dum simul loquerentur cernere duos uiros supra caput suum strictos tenentes gladios:ac morté minitantes:nisi pareret uisus est: ii Petrus & Paulus apostoli putati sunt:inde mouens Pannonias repetit ; ubi non ita multo post effundéte se ubertim propter ebrietatem e naribus sanguine moritur.Leo uero ad urbem rediens:totus ad confirmandam catholicam fidem conuertitur:quæ tum potissimum a multis hæreticis impugnabatur; maxime autem a Nestorianis & Eutichianis. Nestorius enim constantinopolitanus episcopus uirginem non dei sed hominis tantúmodo genitricem dixit:ut aliam carnis:aliam diuinitatis personam faceret: & scitictim alterum esse dei filium:alterum hominis ostenderet.Euthices autem constantinopolitanus abbas:ne sentire cum Nestotio uideretur:diuinam cum humana natura in idem compositum recidisse affirmabat:unumq; factum:nec ullo modo inter se distingui debere.Hanc hæresim cum Flauianus constantinopolitanus episcopus damnasset: Theodoxio annuente synodus ephesina indicitur:ī qua Dioscoro Alexádrino episcopo præsidente Eutiches restituitur:Flauianus uero damnatur. At Leo mortuo Theodoxio in eiusque locum suffecto Martiano principe catholico concilium chalcidoniense īdicit : in quo sexcentorum & triginta episcoporum auctoritate decernitur credendum duas naturas in christo fuisse:utq; unus idemq; christus deus & homo crederetur : ac statim Nestorius & Eutichius nephádus manicheorum præsul damnaretur. Combusti etiam publice sunt manicheorum libri: calcata & depressa est Dioscori superbia atq; hæresis. Interim uero mortuo a suis Valentiano:Maximus tyrannus imperium occupat: Eudoxanque quondam Valentiniani uxorem sibi uiolentis nuptiis adiungit . Hanc ob rem uandali ex Africa acciti Genserico duce Romam hostili manu ingressi : Maximum in illo tumultu ab Vrso milite romano occisum in tyberim proiiciunt ; urbem diripiunt atque icendunt:templa & sacraria spoliant:nec Leonem pontificem exaudiunt clamántem & dicentem:ut urbi & templis parcentes.prædam quo uellent abigerent.Abeuntes quartodecimo die post urbem captam; atq; Eudoxam cum filia & ingenti captiuorum numero secum trahentes : in Africam reuertuntur . At Leo ad reparandam urbem & templa conuersus:Demetriam ancillam dei impulit ; ut Basilicam beato Stephano uia latina tertio ab urbe miliario in fundo suo conderet.Ipse uero i honoré beati Cornelii episcopi basilicam uia Appia ædificauit.Templa disstracta restituit:sacrorum uasa comminuta aut ablata denuo renouauit:uel ex integro quoad fieri potuit restituit . Cameras præterea tris condidit in tribus basilicis Iohannis:Petri ac Pauli Sepulchris quoque apostoloꝝ custodes:addidit ex clero romāo.hos cubiculares appellauit.Præterea uero monasterium prope sanctum Petrum condidit:constituitque:ut intra actionem mysterii diceretur.Hoc sanctum sacrificium & cætera:neue ulla monacha uelamé capitis benedictum acciperet:nisi approbatum fuisset eá quadraginta annis caste & īegre uixisse. Dum autem his curis uir sanctus intentus esset:subito exorta est acephalorum hæresis: qui ideo Acephali uocati sunt quia sine celebro & sine auctore habebantur.Ii auté chalcidonem se conciliú improbantes:proprietaté duarum substentiarum ī christo negāt: unam tantum in eiusdem persona naturam prædicantes:quam quidem hæresim epistolis suis eleganter & docte ad christi fideles scriptis acerrime confutauit.Sunt qui scribát Paulinum Nolanæ urbis episcopum:Prosperum Aquitanum uirum doctum : Mámercum uiennensem episcopum in preno tum fuisse. Primus enim Mammercus(ut aiút) supplicationes:quas græci letanias uocant:instituit:ob frequentes terræmotus : qui tú maxime gallias uexabant.Leo postremo creatis ex institutione sacrorum lxxxi. pres byteris diaconis.xxxi.episcopis sex &.lxxx.moritur ac sepelitur apud sanctum Petrum in uaticano.iiii.idus aprilis.Sedit annis uno & uiginti:mense uno.diebus tredecim. Vacat tum sedes dies octo.

¶ HILARIVS.

HILARIVS natione sardus: patre Crispino: ad Leonis tempora peruenit. Leo enim primus ex græca natione in locum Martiani imperatoris demortui sufficitur: qui statim filium suum eiusdem nominis Augustum creat. Sub hoc quidem imperatore respublica romana magnas calamitates passa est: subortis quibusdam tyrannis imperium usurpare conantibus. Hac uero opportunitate illectus Gensericus uandalorum rex ex Africa in Italiam statim nauigat: romanum imperium inuasurus. Quod ubi intellexit Leo basilicum patricium cum ualida classe in auxiliũ Anthemii principis romani mittit. Ii comunctis copiis & animis ad Populoniam Genserico fiunt obuiam. hominemque classe decernere impellunt: qui quidem superatus ingẽti clade: turpi fuga in Africam redut. Vexare interea urbem Romam parabat Richimer ille patricius: qui Biorgum alanorum regem in montibus tridentinis superauerat: elatus tanta uictoria ni epiphanius ticinensis episcopus hominem Anthemio urbem defendenti conciliasset. Hilarius autem ĩ tanta perturbatione rerum diuinam tem intermisit nunq̃. Præterea uero instituit ne pontifices deinceps successorẽ sibi deligerẽt: quæ institutio ad omnes ecclesiasticos gradus ptinet. Fecit & decretalem: ac p uniuersũ orbẽ sparsit. Epistolas quoq; conscripsit de fide catholica: tres synodos confirmantes: Nicenam: ephesinam: & chalcidonensem: quibus item Eutichem: Nestorium & Dioscorium cum sectatoribus damnat. In baptisterio autem constantinianæ basilicæ tria oratoria edificauit auro & preciosis lapidibus distincta: tribus sanctis dedicata: Iohanni baptistæ: Iohãni euangelistæ: & sanctæ cruci quoq; ianuæ erant æneæ argento cælato clausæ. In oratorio aũt erat του ϛαύρου erat lignũ crucis auro clausũ: & ornatũ gemmis. Stabat & eo loci agnus aureus duarum librarum in columna onychina. Ante oratorium erant columnæ miræ magnitudinis: quæ dicuntur hecaton. In fonte Iohannis erat lucerna aurea libratum decem. Cerui argentei tres. lxxx. librarum aquam fundentes: columba aurea duarum librarum. Addidit & oratoriũ sctĩ Stephani baptisterio lateranensi. Duas quoq; bibliothecas apud eundẽ locũ ædificauit Ad lunam uero monasterium in urbe struxit. Omitto dona templis oblata: quæ quidem prope ĩfinita fuere ex auro: argento: marmoribus: & gemmis. Sũt qui scribant Germanũ Altisiodorẽsem & lupum trechareũ episcopos huius temporibus fuisse: qui tum multũ iuuere christianam fidem: gẽtilium ac pelagianorum opera plurimũ labefactatã. Gennadius præterea constantinopolitanus episcopus ingenio: doctrina & moribus ecclesiæ catholicæ multum profuit. Victorinus autem natione Aquitanus: arithmeticus insignis: rationem paschæ ad cursum lunæ rum redægit: Eusebium & Theophilum ea in re superãs. Sunt qui Merlinum anglũ uatem insignẽ his temporibus ascribant: de quo plura fortasse: quã satis est scribunt. Hilarius autem ubi ea peregisset quæ ad optimum pontificem pertinebant: tum in extruendis templis ornandisq;: tum etiam docendo: admonendo. castigando elemosynasue ubi erat opus præbẽdo moritur: creatis prius de more quinque & uiginti presbyteris: diaconis quinq;: episcopis duobus & uiginti. Sepelit autem in crypta sancti Laurentii apud corpus beati Sixti. Sedit annos septem: menses tres: dies decem. Vacat tum sedes dies decem.

¶ SIMPLICIVS

SIMPLICIVS patria Tyburtus: patre Castino imperante Leone secundo & Zenone fuit. Nam Leo primus ualitũdine correptus: Leonem secũdum ex Mariagene sorore sua nepotem: & Zenonis Isaurici filiũ successorem imperii designauit: qui non ita multo post graui morbo oppressus: cum finem uitæ sibi adesse cerneret: patri Zenoni imperium reliquit. Interim uero Odoacer cum maxima tucilingorum & herulorum manu Italiam ingressus: Orestem patricium apud Ticinum superatum & captum: Placentiæ inspectante exercitu interfecit. At zeno calamitates Italiæ miseratus: Theodoricum gotthorum regem iam antea apud se in honore habitum contra Odoacrem cum ingentibus copiis ĩ Italiam propere mittit: qui duces Odoacris non procul Aquileia ad Sontium amnem graui prælio superat. Eadẽ quoq;

fortuna cōtra Odoacrem sæpius usus:hominem triennio Rauennæ obsessum eo perpulit:hortante etiam Ioanne episcopo: ut se imperii socium acciperet. Verum sequenti die cū filio contra datā fidē interficitur:unde statim nemine aduersāte Theodoricus totius Italiæ imperio potitus ē. Simplicius autem uir sanctissimus has basilicas interim dedicat. Basilicā Stephani protomartyris ī cœlio mōte: basilicā Andreæ apostoli non lōge a tēplo sanctæ Mariæ maioris:in qua adhuc uestigia quædam antiquitatis apparent:quæ persæpe flendo etiam inspexi:ob incuriam eorum quibus ipsa templa iā ruinam minantia cōmissa sunt. Hoc autem in tēplo carmina legisse memini musiuo opere descripta. Hæc tibi mēs ualide decreuit prædia christe:Cui testator opes detulit ille suas. Simpliciusq; papa sacris cælestibus aptans:Effecit uere muneris esse tui. Et quod apostolici deessent limina nobis: Martyris andreæ nomine cōposuit. Vtitur hæc hæres titulis ecclesia iustis:succedēsq; domo mystica iura locat. Plebs deuota ueni pq; hæc cōmercia disce Terreno censu regna superna peti. Dedicat & aliam Basilicam Stephani Simplicius apud sanctū Laurentiū. Basilicā quoq; Viuianæ martyris ad palatium Lucinianum:ubi corpus uirginis repositū est. Hebdomadas quoq; instituit:ut presbyteri:tum ad Petri:tum ad pauli:tum ad Laurentii martyris templa uicissim manerent ꝓpter pœnitentes & baptismū requirentes. Vrbem præterea presbyteris in quinque regiones diuisit:prima erat petri:secunda Pauli:tertia Laurentii:quarta Ioannis lateranēsis:quinta sanctæ mariæ maioris. Instituit postremo:ne clericus ullus possessionem beneficii a laico recognosceret:quod postea a Gregorio & aliis pontificibus confirmatū est. Romanā autem sedē esse primam omniū ecclesiaꝝ declarāt Achatii episcopi Constantinopolitani:& timothei uiri doctissimi scripta : quibus rogatur Simplicius pontifex maximus:ut Petrū Alexādrinū episcopum Euichetis imitatorē hæreseos dānet. Quod etiam factum est hac cōditione tamē:ut pœnitēti tempus ascriberetur. Sūt qui dicant huius temporibus fuisse Remigium remensem episcopum uirum sanctissimū: qui Clodoueum(ut historiæ referūt)regem Frācorum baptizauit. Scripsit etiam multa eo tempore cōtra Euichetē Theodorus Syriæ episcopus:edidit & decem libros ecclesiasticæ historiæ:Eusebiū Cæsariensem imitatus. Tum uero omnes fere ægyptii declinarūt in Dioscori hæretici errorem:de quo multa superius diximus. Vexauit & catholicos in Apbrica Himericus Vandalorū rex arrianos imitatus. Quā ob rem Eudoxa Theodoxii neptis:mulier catholica eius uxor simulans se hierosolymam uoti causa ituram a marito hæretico discedēs hierosolymis post longam peregrinationē :& mulieri præsertim grauem moritur. Ferūt ea tempestate & Elisei ossa in Alexandriā trāslata esse:& corpus Barnabæ apostoli cum euangelio eius manu scripto repertum. At Simplicius cum ecclesiam Romanam non institutis solum:uerum etiam donis auxisset: creassetq; ex ordine sacrorum presbyteros octo & quinquaginta:diaconos undecim: episcopos sex & octoginta:moritur ac sepelitur in Petri Basilica sexto nonas Martii. Sedit autem annos quindecim:mensem unum:dies septem. Vacat tum sedes dies sex & uiginti.

FOELIX.III.

FOELIX .III. patria romanus : patre colice presbytero ex regione fasciole a rege Odoacre:qui annis.xiiii. Italiæ imperauerat usq; ad Theodoricum peruenit. Qui & si Rauennā sedem regni fecisset:tamen urbem Romam quoad fieri potuit exornauit. Nā & sepulchrum Octauii instaurauit:& spectacula de more exhibuit:& ædificia:ac basilicas plerasq; restituit:nihilq; omisit:quod ad optimum prīcipem pertineret. At uero ut regnum aliquando stabiliret:& Clodouei Franciæ regis filiam Andefledam in uxorem duxit:& sororem Honorico uandalorum:& filiaꝝ suarum alteram Alarico Vesogotthorū:alteram Gundibato in matrimonium collocauit. Fœlix autē tum maxime intellexerat Petrum Eutichianum: quem antea diximus ob hæresim in exilium pulsum:instigante Achatio:tunc demum ab eodem reuocatū esse. Quare sanctus pontifex fraudem subesse ueritus:ex auctoritate sedis apostolicæ concilio bene sentientium approbata Petrum & Achatium damnat. Post annos uero tres

cum zeno fidem faceret hos homines pœnitere: Fœlix eo misit episcopos duos Messenum & Vitalem: qui re cognita damnatos absoluerent. Ii itaq; Heracleam ciuitaté ingressi: pecunia corrupti: nihil ex sententia Fœlicis egere: unde pontifex merito indignatus: habita de more synodo: hos ut præuaricatores & simoniacos a cõmunione deiecit Messeno tamen pœnitentiæ tépus ascriptú est: quia errorem suum fassus est: pœnitendique tépus petiit. Idem quoque Fœlix Basilicam sancti Agapiti ædificauit non longe a Basilica laurentii martyris. Constituit item ut ecclesiæ nõ nisi ab episcopis consecrarentur. Aiunt autem huius tempore Theodorum pres byterú græcum librum contra hæreticos scripsisse de conuenientia ueteris ac noui testaméti. Sunt etiá qui huic ætati ascribant Ioannem Damasenum uirum doctissimum ac theologum Insigné. Hic ení librum sententiarum cõposuit: in quo Gregorium Nazianzenum: Gregorium nicenú Didymum Alexandrinú imitatus est: libros quoq; medicæ artis cõposuit quibus morborum causam & medelas describit. At Fœlix cú ex institutione sacroꝝ ordinú: quos in urbe Roma mense decembri bis habuit: pres byteros octo & uiginti: diaconos quinque: episcopos triginta creasset: moritur & sepelitur in Pauli Basilica. Sedit annos octo menses undecim: dies decem & septem. Vacat tum sedes dies quinq;.

GELASIVS.

GELASIVS natione apher: patre Valerio: eo tempore fuit quo Theodoricus Clodoueo socero suo fráconꝝ regi bellú intulit: q̄ Alaricú generꝝ Vesogothorꝝ regé í agro uolgadensi íterfecisset: Vasconiáq; occupasset: uterq; affinis erat. Iustior habebat Alarici cá: unde socerꝝ genero prætulit. Supatis itaq; frácis īgēti prælio Vasconiá recipit: recæptáq; p Almarico Alarici filio: donec adolesceret gubernat. Idé Theodoricus: Siciliá: Dalmatiá: Liburniá: Illyricú: Narbonése Galliá. Burgúdiá suo regno addixit. Tridétú urbé í alpibus muro cinxit: & Italiá ab externo hoste tutatus é collocatis Erulis í extremis Italiæ partibus apud prætoriá Augustá: quorum regem adhuc adolescentem in adoptionem suscæperat. Gelasius autem manicheos in urbe deprehensos exilio damnat: eorumq; libros apud Basilicá diuæ Mariæ publice cõburit. Instante præterea synodo cognita Messeni pœnitentia: eum libello prius satisfacientem purgatum ecclesiæ suæ restituit. Cum uero intellexisset Petri & Acatii seditionibus multa flagitia & parricidia in ecclesiis græciæ cõmitti: confestim eo misit: q̄ hos si non statim pœniterent in perpetuum damnarent. Erat autem consuetudo primitiuæ ecclesiæ diutius expectare ad gremium pietatis suæ aliquando redituros. Confugerat tum Ioannes alexandrinus episcopus: uir catholicus illorum seditionibus uexatus ad pontificem Romanú: a quo perbenigne & comiter susceptus est. Dedicauit Gelasius ecclesiam Euphemiæ martyris in ciuitate tyburtina. Dedicauit & Basilicam sanctorum Nicandri & Eleutherii uia lauicana: & basilicam sanctæ Mariæ uia Laurétina í fundo Crispi uigesimo ab urbe lapide. Clerꝝ quoq; amauit & auxit. Pauperes semper mira beniuolétia & charitate complexus est. Ciuitatem romanam a multis periculis liberauit: maxime uero ab íopia rerum & fame. Hymnos etiam composuit ad imitationem beati Ambrosii. Edidit & libros quinq; contra Eutiché & Nestorium. Duos item contra Arrium. Orationes habuit elegantes & graues. Epistolas præterea ad amicos & domesticos fidei scripsit: nõ minus graues quá doctas: quæ opera í publicis bibliothecis tum legebátur. Sunt qui scribant Gelasium excõmunicasse Anastasium Imperatoré constantinopolitanum Zenonis successorem: q̄ hæreticis & Acatio faueret: unde constat imperatorem errantem í fide & monitum: si non paruerit a pontifice romano excommunicari posse. Eadem auctoritate usus est etiam contra uadalos eorumq; regem: qui arriana ífecti hæresi catholicos cruciatibus & suppliciis persequebantur. Fuere etiam í primo huius põtificis tempore Germanus & epiphanius: quorum alter ticinensis alter uero campanus episcopus fuit. Ii multum auctoritate & sanctitate sua Italiam a barbaris uexatam iuuere orationibus & bláditiis barbarorum corda mollientes. Multum præterea: tum in Gallia profecere. & Iannociatus abbas carnotensis & Aurelianus & Mezentius pictauiésis uiri optimi ac docti: qui Clodoeuum regem Franciæ: ac Cro-

cildim eius uxoré eo perpulere:ut christianissimi fierét:& fidem catholicam ubiq; tutarentur. Sunt qui hanc laudem remigio uiro sanctissimo ascribant. Gelasius autem posteaq̃ presbyteros duos & triginta:diaconos duos:episcopos septé & sexaginta creasset moritur ac sepelitur in Basilica Petri apostoli.xi.calédas decembris. Sedit ánis quattuor men.octo:diebus decé & septé. Vacat tum sedes dies septem.

ANASTASIVS. II

ANASTASIVS Secundus:patria romanus:patre Fortunato Anastasio imperante fuit:quo tempore Transmúdus uandalorum rex:& catholicas ecclesias claudit:& centum ac uiginti episcopos exulatum í Sardiniam mittit. Ferunt tum apud Carthaginem Olympium quédam arrianum episcopum sanctam trinitatem publice in balneis detestantem;tribus fulminibus ictum concidisse: eiusq; cadauer exustum omnino fuisse. Cunq; item Barbas quidam Arrianus episcopus: nescio quem baptizaturus esset his uerbis;Baptizat te Barbas in nomine patris per filium in spiritu sancto:ferunt aquá nusquam cõparuisse:quo miraculo permotus;qui characterem expectabat:confestim ad nostros transiit. Anastasius uero(ut quidam scriptores referút)Anastasium imperatorem excõmunicauit:q Acatio faueret:tam & si postea ipse ab Acatio seductus:dú eum reuocare clanculum tentat;clerum a se grauiter alienauit qui se a cõmunione pontificis tum maxime subtraxit:q etiam sine catholicoꝝ cõsensu Plotino thessalonicensi diacono cõmunicasset:qui tum Acatii errorem imitabatur. Hanc ob rem ferunt diuino nutu hoíem subito morbo correptú iterisse. Sút qui dicát eum in latriná effudisse intestina:dú necessitati naturæ obtemperat. Hujus tṗibus Fulgentius natione apher:tupensis episcopus:qui in Sardiniam quoq; cum aliis catholicis aphricæ a trásmúdo exulatú missus est;nil prætermisit quod ad ueram christi fidé pertineret docendo:prædicando:monendo. Edidit & libros de trinitate:de libero arbitrio de regulis fidei. Scripsit & contra pelagianam hæresim. Orationes quoq; habuit ad populos elegantes quidem & graues. Iuuit etiam scriptis suis ecclesiá dei Hegesippus uir doctissimus:qui & monachorum regulas composuit:& sancti Seuerini abbatis elegáti stilo uitam edidit. Faustus autem apud gallos episcopus multa tum scripsit copiose & ornate:sed eius illud opus potissimú laudatur:qd contra arrianos scripsit:in quo ostédit τριάδα hoc é trinitaté essentialem esse. Scripsit & contra eos:qui dicunt in creatis aliquid incorporeum esse:qua in re ostendit;tum patrum sentétiis;tum diuinæ scripturæ testimoniis solum deum incorporeum dici posse:ne etiam creata incorporea dicerentur. Hæc de Anastasio & eius pontificatu:qui ex sacris ordinibus semel decembri mense in urbe habitis presbyteros duodecim:episcopos sexdecim creauit. Sepultus est autem in basilica Petri.xiii.calendas decembris. Sedit annum unum;men. decem: dies quattuor & uiginti. Vacat tum sedes dies.iiii.

SYMMACHVS.

SYMMACHVS Natione sardus;patre Fortunato mortuo Anastasio pontifex creatur nõ sine magna discordia. Nam dum pars cleri Symmachú apud basilicam Constantinianá põtificem decernit:pars altera apud basilicá Mariæ in uía noua Laurentiú í locú demortui Anastasii sufficit. Seditio ingés í senatu ac populo romano bifariam diuiso orta est:unde omnium consensu concilium Rauénæ indicitur:discussaq; re præsente Theodorico Symmachus tandem in pontificatu confirmatur;qui certe magna clæmentia usus:Laurentium cõpetitorem Nucerinis episcopum dedit. Verum anno quarto post clerici quidam seditionibus gaudentes: adiuuantibus Festo & Probino senatorii ordinis uiris Laurentiú reuocant: qua ex re ídignatus rex Petrú Altini epúm Romá mittit:q pulso utroq; sedé teneret. Veꝝ Symmachus habita centú:&.xx. epõꝝ synodo & obiecta cõstáti aío diluit:& oíum sététiis obtinuit:ut Laurentius & Petrus maloꝝ oíum capita relegarentur. Orta autem ob hanc rem tanta seditio Romæ est:ut multi tum ex clero:tum ex populo passim cæderentur; nec sacris uirginibus parcerent. Opprimitur eo tumultu Gordianus presbyter;uir optimus ad uincula sancti petri:nec finis tantæ cædis factus fuisset:ni Faustus consul clericos mi-

feratus contra Probinum tanti mali auctorem arma sumpsisset. Respirante deinde aliquantulũ republica christiana: Clodeuus pulsis Arrianis hæreticis. & catholicos reduxit: & Parisiorum ciuitatem regni caput constituit. Symmachus uero manicheos tum ab urbe expulit: eorumq; libros ante fores constantinianæ basilicæ concremauit. Basilicas uero multas: aut ornauit: a fundamentis erexit. Nam & templũ beati Andreæ apostoli apud sanctum Petrum ædificauit: multoq; argento & auro exornauit: & templũ ipsius apostolorum principis ac porticũ marmoribus opere uermiculato in augustiorẽ formã redegit. Gradus quoq; ipsius basilicæ ampliores fecit: aliosq; gradus sub diuo dextra læuaq;: episcopia præterea cõstruxit. Aedificauit etiam Basilicam Agathæ martyris uia aurelia in fundo lardario. Basilicam sancti Pancratii cum arcu argenteo librarũ quindecĩ. In basilica Pauli renouauit apsidem: cui ruina imminebat picturisq; ornauit: post apsidam uero aquam introduxit: balneumque a fundamento erexit. In urbe aũt basilicã sanctorũ Syluestri & Martini a fundamentis extruxit: iuxta Traiani thermas ubi & supra altare ciboriũ fecit argenteũ librarũ centum uiginti: arcus argenteos librarum decem: confessionem argenteam librarum quindecim: suggestũ quoque erexit porphyreticis & crustis marmoreis insignem. Fecit & gradus basilicæ Ioannis & Pauli post Apsidem: Auxit & basilicam Archangeli Michaelis: aquãque introduxit. Sanctorũ Cosmi & Damiani oratoria a fundamentis erexit uia tyburtina in fundo Paciano: adiuuantibus Albino & Glaphyra illustribus uiris: Pauperibus quoque ad basilicas Petri & Pauli habitacula extruxit: curauitq; nequid eis deesset: quod ad uictũ pertineret. Amator enim pauperum fuit: & episcopis ac cæteris clericis ĩ Aphrica & Sardinia propter catholicam fidem exulãtibus pecunias & uestes sumministrabat. Reparauit etiam basilicam sanctæ Fœlicitatis: & apsidam beatæ Agnetis cũ basilica: quæ ruinam minabantur ĩ meliorem formam restituit. Redemit & captiuos ĩ diuersis prouinciis multa pecunia. Constituit itẽ ut die dominico: uel natalicis martyrũ caneretur hymnus: Gloria ĩ excelsis deo. Cœmeterium quoque iordanorum uel fecit: uel in meliorem formã redægit. Nil postremo omisit: quod ad oĩpotẽtis dei gloriã pertineret. Huius quoq; tempore ecclesiam dei multum iuuit Gennadius massiliensis episcopus: qui diligens Augustini imitator & librũ de dogmatibus composuit: & quid cuiq; ad salutẽ necessariũ esset declarauit. Scripsit itẽ de uiris illustribus Hieronymũ imitatus. Symmachus autẽ creatis duobus &. lxxxx. presbyteris: diaconis. xvi episcopis. cxvii. habitis de more sacris ordinibus: moriens ad Basilicam Petri sepelitur. xiiii. calendas augusti. Sedit aũt annis. xv. men. sex. diebus. xxii. uacat tum sedes dies septem.

¶ HORMISDA.

HORMISDA patria Frusinonius: patre Iusto: ad Theodorici & Anastasii tẽpora peruenit a consulatu senatoris usq; ad consulatũ Boetii & Symmachi: quos Theodricus ob suspicionẽ affectatæ libertatis exilio primo: mox carcere afficit. In hac calamitate constitutus Boetius multa scripsit: quæ adhuc legũtur. Trãstulit & pleraq; ex Aristotile: eadẽq; cõmẽtatus est. In mathematicis doctissimus est habitus: quod eius musicæ & arithmeticæ ostendunt. Postremo uero cum Symmaco Senatore Theodorici iussu necat᷑. Sunt aũt qui scribãt Boetium tantã calamitatẽ subiisse: quod ĩ arrianos inueheretur: ad quos Theodoricus declinauerat. Superior sententia mihi uerior uidetur Hormisda autem hortante Theodorico prouĩcialẽ synodũ in urbe habuit: omniũq; consensu eutichianos iam antea improbatos damnauit: Ioãnem quoq; constantinopolitanum episcopũ litteris & nũciis adhortatus est: ut ab eadẽ hæresi desisteret: crederetq; duas in christo naturas esse: diuinam & humanã. Desiit parere Ioannes Anastasii uiribus fretus: quẽ non ita multo post fulmine ictum dedisse pœnas creditum est: tum propter hæresim quæ grauis erat: tum uel maxime: quia legatos ab Hormisda missos contra ius gentium magna affecerat contumelia: reiectos enĩ a se naui quassa & rimosa ea cõditione nauigare iussit: ut recta in Italiã redirẽt: nec ullũ græciæ littus attingerẽt. Hæc etiam eisdem mandata ad pontificem dedisse referunt ut sciret imperatoris propriũ esse imperare: & non imperata pontificis aut ciuiusius ac-

cipere. Fuere autem legati Euodius ticinensis episcopus: fortunatus catinensis: uenantius urbis Romæ presbyter: & Vitalis diaconus. Mortuo itaq; Anastasio .vii. & .xx. imperii áno: Iustinus orthodoxæ fidei amator ímperiú accipit: ac statim nuncios ad pontificé mittit: qui & sedis apostolicæ auctoritatem confirmarent: & pacem ecclesiis omnibus exquirerent: quantum per religionem concederetur. Qua re permotus Hormisda Theodorico annuente germanum Campanum episcopum: Ioannem & blandú presbyteros: & Fœlicem ac Dioscorum diaconos legatos ad Iustinum mittit: qui eos nullo non genere honoris adhibito: effusa obuiá honoris gratia monachorum: ac magna orthodoxoræ & illustrium uirorum multitudine honorifice accæpit: cógratulante clero una cum Ioanne constantinopolitano episcopo. Atqui cum Acatio sentiebant istoræ aduétum ueriti: se in templo quodam munitissimo incluserunt & nuncios habita consultatione ad imperatoré misere: affirmátes se nullo pacto in sententiam apostolicæ sedis uéturos: nisi ei reddita fuerit ratio: quá ob rem Acatius damnatus esset hos omnes Iustinus ex templo atq; ab urbe expulit. Idem fecit Hormisda contra manicheos iterum in urbe Roma pululantes: eorumq; codices ante fores basilicæ Constantinianæ incendio consumpsit. Eodem tempore mortuo in aphrica Trásmundo uádaloræ rege. Ildericus filius: quem ex captiua Valentiani filia suscæperat. regnum obtinet. Hic non hæresim paternam imitatus: sed matris catholicæ monita secutus: omnes catholicos: quos Trásmundus in exilium miserat: reduxit: atq; eos sub instituto uiuere permisit. Dona præterea multa ac pretiosa eodem tempore Romam ad ornandas basilicas sanctoræ sunt missa. Gémas eni magnæ æstimationis Cloedeuus rex Fráciæ misit. Delata & dona tú aurea: tú argétea: delata euágelia cum tabulis aureis gémis distichis a Iustino íperatore uoti gratia. Misit & patenam aureá libraræ .xx. cú hyacinthis: scyphum aureum gemmis circundatú. Ornauit & templum beati Petri Theodoricus rex trabe argétea: mille & .xl. libraræ: cerostratis argenteis duobus libraræ .lxx. Certauit & Hormisda muneribus cú his principibus. Locauit enim ante altare constantinianæ basilicæ coronam argenteá libraræ .xx. cantharos argenteos sex. Ornauit etiam templú Pauli scyphis argenteis decé hamis argéteis tribus. His demum ex sententia peractis: cum etiá de more presbyteros unú & .xx. epós quinq; & .l. creasset moritur: ac sepelit í basilica petri .viii. idus Augusti: cósulatu Maximi. Sedit ánis .ix. diebus .xviii. uacat tum sedes dies sex.

IOANNES

IOANNES Natione thuscus: patre Constantio a consulatu Maximi usq; ad consulatum Olibrii peruenit Theodorici regis temporibus & Iustini Augusti: qui orthodoxæ fidei diligentissimus obseruator: ut tandem hæreticorum nomé extingueret: arrianos expulit: eorúq; ecclesias catholicis assignauit. Quam quidé ré Theodoricus ægre ferens: Ioannem pontificem: Theodorú: duosq; Agapitos oratores ad Iustinú mittit: qui eú adhortarentur: ut arrianos restitueret: sin secus aíatus esset. scire se omnes Italiæ ecclesias catholicas præsertim demoliturum. Magnifice & perbenigne primo quidem excepti legati fuére: qui ubi rationé legationis exposuere: cú flectere Iustinum non possent: ad lachrymas uersi ac suppliciter petentes: ut perituræ Italiæ una cum catholicis omnibus subueniret: eo tandem piú hoíem perpulere: ut arrianos restitueret: atq; eos uiuere suis legibus & institutis sineret. Sút qui scribát Theodoricú rabie scæuiédi rú ícitatú: Symmachú & Bœtiú reuocatos ab exilio & carcere eo tempore occidisse: ut cunq; sit: necatos Theodorici iussu constat: nec multú refert hermisdæ: ne an Ioannis temporibus ascribantur. Ioánes aút Rauenná ad Theodoricum rediés: í carcerem propere cóicitur: ac parum abfuit quin eum statim occideret: adeo í hominem exarserat: & fide & moribus cú Iustino sentienté. Perit tamé sáctissimus homo í carcere pedore: situ: & inedia: quá quidé scæuitiá ira diuina nó ita multo post grauiore pœna cópescuit. Apoplexia eni Theodoricus moritur. eiusq; anima (ut quidá eremita uir sanctissimus retulit) in ignem liparæú immersa é. Theodorico aút in regnum Amalasiunta filia successit: cum gnato Athalerico: quem ex Euchario marito suscæperat. Quæ quidé mulier supra sexú prudétia usa: & patris decreta mala præsertim emé-

dauit:& Boecii ac Symmachi filiis bona paterna in fiscũ delata restituit:& filiũ optimis disciplinis erudiuit:aduersantibus gotthis:& acclamantibus:non litteris:sed rei militaris disciplina regem suum imbuendum esse. Iustinus autem senex admodum eodem ferme tempore Iustiniano sororis suæ filio imperatore relicto moritur:& Clodoueus Frãciæ rex filiis quattuor in regno relictis. Fuere tum in precio & Benedictus ursinus: qui ratioñe monasticæ uitæ italis dedit:& Brigida scotia mulier sanctissima:& Ioannes antiochenæ ecclesiæ pref byter:qui multa contra eos scripsit:qui in una tantum substantia christum adorandum censebat. His addidit Isidorus Cyprignium quendam episcopum hispanum:qui eleganter in apocalipsim scripsit. Ioannes autẽ pontifex:anteq̃ Constantinopolim proficisceretur:tria coemeteria restituit. Primum fuit Nerei & Archelai uia ardeatina. Secundum sanctorum martyrum Foelicis & Audacti Tertium Priscillæ. Ornauit etiam altare sancti Petri gemmis & auro. Detulit & secum Iustini imperatoris munere patenam auream librarum.xx.calicem aureum cum gemmis librarum quinq;: quæ dona una secum perisse arbitror. Creauit etiam habitis de more sacris ordinibus episcopos.xv. Ferũt corpus uiri sanctissimi Rauenna ad urbem delatum:sepultumq; ĩ basilica Petri.vi.calendas Iunii Olibrio cõsule. Sedit autem annis duobus: mẽsibus.viii. Vacat tum sedes dies octo & quinquaginta.

FOELIX.IIII.

FOELIX Quartus natione samius:patre Castorio:Iustiniani tempora attigit: qui bellisario duce in prælus usus de persis & uandalis triumphat: quorum gentem in Aphricam traiciens idem dux præstantis animi & singularis uirtutis superauit:ac prope deleuit:capto eorum rege Gelismero:& in triumphum ducto. Amalasiunta uero seditionibus gotthorum diu uexata:mortuo filio Atalarico quo cũ moleste uixit:Theodatum consobrinum suum regni consortem fecit. Erat autem Theodatus ita græcis & latinis litteris edoctus:ut & temporum suorum historiam eleganter scripserit:& platonicam disciplinam optime calluerit:segnis tamen ad res agẽdas habebatur. Verum hortante Amalasiunta burgundiones & alemanos foelicibus prælus superauit. Foelix autem rei diuinæ interim curam gerens:& patriarcham Constantinopolitanum declinãtem a fide anathemate notauit:& sanctorum Cosmi & Damiani tẽpla:quæ adhuc extant in urbe uia sacra apud forum romanum ædificauit:quod carmẽ uermiculato opere notatum adhuc indicat. Basilicam quoq; sancti Saturnini uia salaria incendio consumptam:restituit. Sunt qui scribant Cassiodorum hac ætate fuisse:qui & senator de regenda repu. multa conscripsit:& monachus psalterii sententias elegãti oratione ac stilo edidit. Ferunt etiam priscianum Cæsariensem grammaticum insignem librum suum grammatices tum composuisse. Arator quoq; urbis Romæ sub diaconus uersibus exametris euãgelia conscripsit. Laudatur & Iustinianus ualentinæ ecclesiæ episcopus:multa enim prædicauit & scripsit ad doctrinam christianam pertinentia. At Foelix habitis de more sacris ordinibus:ubi pref byteros quinq; & quinquaginta creasset: diaconos quattuor episcopos nouẽ & uiginti:moritur:ac ĩ basilica Petri sepelitur quarto idus octobris. Annis.iiii.sedit:mensibus duobus:diebus.xiii. Vacat tũ sedes dies tres.

BONIFACIVS.II.

BONIFACIVS Secundus:patria romanus:patre Sigisbundo: Iustiniano sperante fuit. Quem quidem imperatorem tanti constat ingenii:tãtæq; doctrinæ fuisse:ut mirum non sit:si leges romanas sparsas & in compositas in ordinem ad utilitatem hominum redegerit:eaq; absciderit quæ superuacanea & inutilia uidebãtur. Hac tamen in re consilio & opera Ioannis Patricii tribuniani Theophili Dorothei usus est:qui tñ doctrina & auctoritate insignes habebãtur. Immẽsum nãq; illud librorum pelagus(ad duo.n.fere millia librorum fuisse cõstat)coacervatis simul ab urbe cõdita usq; ad hæc tẽpora tot iudiciis in quinquaginta libros titulatim digessit:quos nũc digesta:nũc pandecta appellãt:quod oẽm ciuilẽ doctrinã contineãt. Idẽ quoq; legũ epitomẽ fecit librorum.iiii. Has autẽ leges institutiões uocat. Dicimus etiã Iustiniani codicẽ & uolumẽ esse. Sũt praeterea qui dicãt Iustinianũ ipsum libros de incarnatione domini

eleganter scripsisse: templumque in honorem dei patris (nam filius sapiētia patris est) sanctæ Sophiæ quo nullum est in orbe maius: sua impensa: suoque iussu ædificatum. Huius itaque tēpore Bonifacius pontifex creatur non sine contentione tamen: nā & Dioscorus diuiso bifariā clero in demortui Foelicis locū subrogatur. Exagitatus autem clerus hac seditione diebus octo & uiginti morte Dioscori a tanta perturbatione tandem liberat: unde Bonifacius ad confirmandam ecclesiam conuersus: instituit ne quispiā sibi in episcopatu successorem deligeret: quod postea multi pontifices confirmarunt. Instituit itē ut in demortui locum alter pontifex si fieri posset tertia die sufficeretur: ne dilatio seditionē faceret. Diuisit & populum a clero dum celebraretur. Hoc eodem tempore multi ex romana nobilitate Benedicti sanctitate moti in montem Cassinū puenere religiōis gratia: inter quos Maurus quidem ac Placidus insignes habentur. Laudatur & Dionysius abbas: qui tum Romæ paschæ calculū mira ratione cōposuit. Facūdi quoque scripta cōtra Eutichianos quosdam tum pululātes laudātur. Martinus præterea gentem suessionem predicatione & scriptis ab arriana hæresi ad nostros traduxit. At Bonifacius cū in pontificatu sedisset annis duobus: diebus duobus: moritur: & ī basilica Petri sepelit. Sedes aūt mēsibus duobus tum uacat.

IOANNES. II.

IOANNES Secundus: patria romanus: patre proiecto ex coelio monte Iustiniani tempore fuit: qui statim ubi pontificatū iniit Anthimū episcopū damnauit: quod in arrianam hæresim declinasset. Sūt qui scribāt hūc episcopū Constantinopolitanū fuisse. Iustinianus uero sedē romanā ueneraturus Hippatū & Cemetarium episcopos Romā cū muneribus mittit: qui & romanū pontificē suo nomine salutarent: & munera hæc beati Petri templo offerrent: scyphum aureū circūdatum gemmis librarum sex: scyphos argēteos duos librarū duodecim: calices argēteos duos librarū quindecim. Interim uero dum hæc dona misisset: Mūdus exercitus Iustiniani dux Salonas urbem munitissimā capit: ac gotthos prælio uincit non incruēta uictoria. Vna enim cum filio egregiæ uirtutis adolescēte Mundus eo prælio occiditur: quo nihil potuit Iustiniano molestius nūciari: tanti faciebat hominis uirtutem & fidē. Ioannes aūt pontifex: de quo pauca admodū scribūt historici moritur: ubi ex sacris ordinibus semel habitis presbyteros qnidecim: episcopos unum & uiginti creasset: sepeliturque in basilica Petri sexto calendas iunii. Sedit annis duobus: mēsibus quattuor. Vacat tū sedes dies sex.

AGAPETVS.

AGAPETVS patria romanus: patre Gordiano presbytero ecclesiæ sanctorum Ioannis & Pauli pontifex creatus: a Theodato statim ad Iustinianum mittitur: & infensum quod Amalasiuntam Athalarici matrem ī insulam lacus uolsiniensium relegauerat interficique iusserat. Erat enim hæc foemina ita græcis & latinis literis imbuta: ut cū quouis docto disputādo cōgredi auderet. Præterea uero ita linguas barbarorum omniū callebat: ut sine interprete cum his omnibus loqueretur: qui tum romanum inuaserant imperium. Huius autem mulieris interitum Iustinianus ita ægre tulit: ut bellum Theodato se illaturū minaretur. Agapetus itaque eo missus: ac benigne & honorifice susceptus: cum pacem impetrasset ab imperatore tentatur: ut Eutichianā opinionē confirmaret. Verum cum Iustinianus ab ea re hominē sanctissimū abhorrere cerneret: precibus minas addit. Tum Agapetus: ego inquit ad Iustinianum christianissimū principē uenire optaui: sed Dioclitianum īueni: quē christianorum hostem fuisse constat. Hac libertate loquendi & dei nutu Iustinianus permotus: & fidē catholicā āplexus est: & pulso Anthemio constātinopolitano episcopo: qui Eutichianam hæresim tuebat: Mænā catholicū ī eius locū suffecit Agapeto cōsecrāte: qui haud ita multo post Cōstātinopoli morit: cuius corpus loculis plūbeis clusum Romā defert: ac ī basilica Petri sepelit. Sedit aūt mēsibus. xi. diebus undeuiginti. Vacat tū sedes mēse. i. diebus. ix. &. xx.

SYLVERIVS.

SYLVERIVS natione cāpanus: patre Hormisda episcopus: Theodato iubente pōtifex creatur: cū antea non regū: sed imperatorum auctoritas interueniret

Plus autē ualuere Theodati minæ q̄ decreti ratio. Mortem eni̅ his clericis minatus ē : q nomina sua non subscriberent in creatione Syluerii. Hanc ob rem: & ut etiam Amalasiuntæ necem ulcisceretur Iustinianus: Bellisarium patricium cū exercitu in Italiā mittit. Nauigans hic primo Siciliā attigit: eamq; i fide imperatoris retinuit. Interim uero mortuo Theodato: cum gotthi regē contra uoluntatē Iustiniani creassent: Bellisarius e Sicilia mouens Italiā a tyrannide gotthorum liberaturus: in campaniā ueniens Neapolī mādata imperatoris nequaq̄ facientem ui capiens ac diripiens: gotthos oēs qui in præsidio erant ac magnā partem ciuium interfecit: abactis inde uirginibus ac pueris cum omni præda. In tāto aūt belli furore & templa spoliata: & uirgines sacras uiolatas fuisse cōstat. Inde uero Romam cū exercitu properās: noctu urbem ingressus: tantum terroris gotthis qui in presidio erāt icussit: ut omnes relictis portis ac moenibus Rauennā confugerint. Bellisarius autē superuenturū Vitigim cum īgenti exercitu ratus: cui aperto marte nequaq̄ par esse posset. moenia urbis ꝓ tempore uallo ac fossa ubi opus esse uidebat q̄ celerime muniuit. Superueniente deinde Vitigi cum ingenti exercitu: ad centum nāq; millia hominū secum duxisse fertur: continere se moenibus Bellisarius contētus fuit: cum non amplius quinq; millibus hominū secum duxisset. Castra inter duos aquæductus locat uitigis: quo munitiora sint: quoꝝ alter ad latinā uiā: alter uero ad prænestinā uergit: seq; inuicē iungunt quinto ab urbe milliario: & ne aqua urbem Romā īflueret: omnes aquæductus: quos ad quattuordecim fuisse constat: intercisi sunt : portū quoq; Vitigis cum parte copiarum occupat: qua ex re magna calamitas romanis illata est: cum & bello simul & fame laboratum sit. Interea uero instigāte Vigilio diacono ciue romano & apocrisiano Theodora augusta Syluerio imperat: additis etiā minis: ut pulso Mēna ab urbe Constantinopoli Anthemum reuocet: quem diximus ob eutichianam hæresim damnatum esse. Id autem quū facere pontifex recusaret: scribit ad Bellisariū mulier: ut ꝑulso Syluerio in eius locum Vigilium sufficiat. Bellisarius autem rei bellicæ intentus: rem Antoninæ uxori suæ committit: quæ quidem subornatis a Vigilio testibus: qui affirmarent Sylucrium urbem Romam gotthis hostibus prodere uoluisse: hominē coegit abdicare se pontificatu: ac posito pallio cucullam monasticam sumere: qui ī Pōtum insulam in exilium missus: nō sine opinione sanctitatis moritur. Ferūt gallos hoc tempore nunciis & litteris Benedictum rogasse: ut unum aliquē ex discipulis suis ad se mitteret: qui gallos monasticam uitam edoceret. Quare Benedictus Maurum eo misit qui omnibus uita & moribus rationem bene ac beate uiuendi dedit: quiq; etiam multa monasteria constituit. Vigilius autem clericis romanis ex Antoninæ sententia ita petētibus pontifex creatur. At uero Syluerius ubi annum unum: menses quinq;: dies duodecim in pontificatu uixisset (ut dixi) in insula Pontio moritur ac sepelitur. xii. calendas Iulii. Vacat tum quidem episcopatus dies sex.

VIGILIVS.

VIGILIVS patria romanus: patre consule imperante Iustiniano: pontifex creatur : cuius temporibus Constantinopoli quinta synodus habita est contra Theodorum & omnes hæreticos: qui affirmabant beatissimam uirginem solum hominem: non etiam deum & hominem peperisse: qua quidem in synodo statutū est: ut beata uirgo θεοτοκοσ diceretur: q deum suo partu nobis edidisset. Interim uero Bellisarius auctis copiis cum per annum integrum & dies nouem moenia urbis tutatus esset: egredi constituit: & collatis signis cū Vitige decernere. Is autē copiis suis diffidens: incensis castris Rauennā magnis itineribus proficiscitur. Eo & Bellisarius propere mouet: ac Vigitim in urbe captum cum omni familia & magna procerum parte: recuperataq; fere tota Italia Constantinopolim secū ducit: quinto anno posteaq̄ i Italiā uenerat. Idem quoq; Mauros Aphricam uastantes: mira celeritate perdomuit : deque hostium manubiis crucem auream gemmis distinctam librarum centum: cerostrata duo magni pretii Petro apostoloꝝ principi dono misit. Duo item xenodochia (quæ nos domos hospitales appellamus) sua impensa Romæ ædificat: quoꝝ alterū in uia lata: alterū ua

flamminea extabat. Condidit & monasterium sancti Iuuenalis apud ortam urbem: additis fundis unde monachi pascerentur. Instabat tum Theodora: ut Vigilius pontifex Constantinopolim proficisceretur: Anthemumq; ut pollicitus fuerat restitueret. Negat Vigilius se id facturum: q malis promissis standum non sit. Censere enim se quæ Agapetus & Syluerius contra Anthemum hæreticum egissent: iure facta esse: & propterea eorum acta nullo modo sibi rescindenda uideri. Irata Theodora romanis quibusdam adiuuantibus: Vigiliũ ĩ iudiciũ uocat: & q eius fraudibus Syluerius circũuentus exulatũ abierit: & q ipso iubente adolescens quidam a nepote Vigilio Asterii consulis filio cæsus ad necem sit. At uero ne iudicii pœnam Vigilius refugeret: Anthemum quendam cum his mandatis Romã mittit: ut Vigilium parere recusantem ad se ui etiam perduceret. Is uero Romam ueniens: mandata facturus in basilica sanctæ Cæciliæ hominem compræhendit: munera populo ob diem natalem suũ distribuentẽ more romano: ac captum quibusdã romanis adiuuãtibus Cõstantinopolim perducit. Ferunt Vigiliũ naui p tyberim deuectum: fustibus & saxis cum execratione a populo impetitũ: cũq; hac exprobratiõe: male meritus de romanis es: mala omnia tecum ueniant. In Siciliã uero perueniens concedentibus his qui captum ducebant: quosdã ad sacros ordines asciuit: ex hisq; Ampliatum presbyterum: & Valentinum episcopum qui clerum & romanam ecclesiã interim gubernarent. Ei uero e Sicilia Cõstantinopolim mouenti. Iustinianus cum magno comitatu fit obuiam. Ingrediũtur urbem clero præcedente usq; ad templum sanctæ Sophiæ. Tentare tum Theodora Vigilium: ut quod pollicitus erat præstaret. Cui ille: male se quoduis supplicium pati respõdit: q̃ sententiam mutare: & cum mulier & qui secum aderant minus instarent: ad Diocletianũ se nõ ad Iustinianũ: quẽadmodum arbitrabatur uenisse dicẽs: ita cæsus est: ut Paulũ abfuerit quin tum occideretur. Fugiens itaq; in templũ sanctæ Euphemiæ: quod haud procul aberat: inde a crassatoribus trahitur: & iniecto in collũ eius fune tanq̃ latro p totã urbẽ usq; ad uesperã trahit᷑. Deinde uero carceri inclusus: pane & aqua tantũmodo aliquãdiu uitã duxit ita patienter & æquo aĩo: ut semp diceret se etiã peiora meritũ: si digna pro peccatis pœna irrogaretur. Clerici aũt qui hoĩem secuti fuerãt: partim ĩ exilium: partim ad excidenda metalla deportati sũt. Verum postea rogantibus romanis: qui iam sententiã mutauerãt: & instante Narsete: quẽ Iustinianus contra gotthos Romã miserat: Vigilius ac exules oẽs in patriã remittunt᷑. At uero cũ Syracusas ĩ Siciliã peruenisset: Vigilius quẽ tot mala: tot curæ occidere nõ poterãt: ex calculo morit᷑: eiusq; corpus Romã desert᷑: & apud sanctum Marcellum uia salaria sepelitur. Vixit autem in pontificatu cũ Romæ tũ alibi ãnis. xvii. men. sex: dies sex & uiginti. Vacat tũ sedes eius morte mẽsi. tribus: diebus. v.

PELAGIVS.

PELAGIVS primus: patria romanus: patre Ioanne uicario: eo tempore fuit quo Totila gotthorum rex Taruisio mouit cũ magno exercitu Italiã inuadens ac diripiẽs: adeo ut ppter sæuitiã & rabiẽ flagellũ dei uocatus sit. Perueniẽs deide ad mõtem cassinatẽ in campaniã iturus: Gregarii militis habitu a Benedicto uiro sanctissimo dignoscitur: & minis deterret᷑: ne tantopere ĩ christianos sæuiat. Inde uero mouẽs ĩ Samniũ proficiscitur: Beneuẽtum oppugnat: urbis mœnia demolit᷑: Neapolim obsidet: Cumas recipit: & magna benignitate ac modestia usus: plerasq; matronas romanas ibi captas Romã ad suos ĩtactas remittit. Capta deinde Neapoli atq; occupata omni illa Italiæ parte: quæ ad Siciliã uergit ĩ romanos mouet: quos quidem occupato prius portu: unde subuehi cõmeatus poterãt: tã acri obsidione pressit: ut ĩopia rerũ humana quidã uescerent᷑ carne. Tandẽ uero Totila p hostiensem portã ui irrumpẽs urbẽ capit ac direptã incẽdit. Sũt tamẽ qui scribãt ei ĩ aĩo fuisse urbẽ seruare: misisseq; noctu præcones p urbem qui militibus mãdarent: ut urbi parcerẽt. Hoc uero ubi Iustinianus cõperit: Narsetẽ Eunuchũ cum magno exercitu in Italiã propere mittit. Narses enim: ut nonnulli scribunt: primo quidem bibliopola fuit. Hũc cũ in cubiculũ suum accæpisset ĩpator: cognita hoĩs uirtute: eũ ĩ ordinẽ patritiatus asciuit. Pietatis. n. religionis: misericordiæ: munificẽtiæ: gratiæ postremo unicũ exẽplar tũ oĩbus erat. Is igit᷑

acceptis etiam auxiliaribus copiis ab Alboino longobardorum rege gotthos inuadit: obtruncat: persequitur. Nam & Totila apud Brixellum male pugnans occiditur. & Theias in eius locum suffectus: non longe a nucera fortiter oppugnans: uirtute Narsetis opprimitur. Atq; ita secundo & septuagesimo anno: posteaq̃ Theodoricus eoꝝ rex primo Italiam ingressus est: gotthorum nomen cum regno interiit. Iustinianus quoq; non ita multo post quadragesimo imperii sui anno moritur: uir quidem memoria dignus: cum merito suo Alamanicus: gotthicus: uandalicus: persicus: Aphricanus: more ueterum imperatorum appellari posset: licet aliorum opera & suo consilio hæc gesta sunt. Pelagius autem ecclesiam dei in tantis perturbationibus non deserens constituit: ut hæretici & scismati coerceri etiam sæculariũ manu possent; quando ad sanitatem rationibus non ducerentur. Hic autem accusatus q̃ malorum uigilii causa fuisset: cũ Iustinianus Vigilio præferret eum: uidente populo & clero crucẽ tangẽs: & euangeliũ iurãdo suscæpto: se a tanto crimine purgat. Inde Narses ad urbem ueniens supplicatiões pro rebus bene gestis a sancto Pancratio usq; ad sanctum Petrum celebrat: urbemq; a gotthis liberatã quoad fieri potest instaurat. Vna uero cũ Pelagio instituit: ne ullus ambitione uel pretio ad quosuis sacros ordines admittatur. Vigilius præterea Valentinum notarium suũ uirum probatæ fidei & religionis Thesauris ecclesiæ præficiẽs: basilicam apostolorum Iacobi & Philippi incohat. Sunt qui scribant Cassiodorum monachum uirum doctissimum usq; ad tempora Pelagii peruenisse: qui primũ consul: inde senator factus: postremo monasticam uitam spretis rebus omnibus complexus est. Aiunt & Victorem campanum episcopum librum paschæ tũ composuisse: quo potissimum Dyonisium abbatem romanum inscitiæ arguit: qui paschalem calculum inepte nimium composuisset. Ornarunt etiam Pelagii tempora sanctitate & doctrina Sabinus Canusinus: Gregorius lingonẽsis: Bedastus beati Remigii discipulus: & Attrebatũ episcopus. Herculanus uero Perusinus antistes a Totila interemptus: in sanctos refertur. Pelagius autem undecimo sui pontificatus anno; mense decimo die octauo & uigesimo moritur: & in basilica Petri sepelitur: ubi ex sacris ordinibus bis mense decẽbri habitis presbyteros. vi. &. xx. diaconos undecim: episcopos undequadraginta creasset. Vacat tum sedes mensibus tribus diebus sex & uiginti.

IOANNES. III.

IOANNES tertius: patre Anastasio ex illustri genere orto: Iustini tẽporibus fuit: qui Iustiniano successit: cuius certe nulla in re similis fuit. Auarus enim: improbus: rapax: deorum atq; hominum cõtemptor habitus est. Hác ob rẽ cum totus auaritiæ & cupiditati inhæreret: libidine habendi ĩ insaniam uertitur: cuius uxor Sophia imperium usq; ad Tiberii secundi tempora gubernauit: hæc autem mulier instigantibus quibusdam delatoribus: qui Narsetem oderant: hominem ab Italia ad se cũ ignominia uerborum reuocat: uidelicet ut Eunuchus ad lanam & pẽsa rediret. Ferens id iniquo animo: ut par erat: Narses respondet se talem orsurum telam: quæ inextricabiles errores æmulis atq; inimicis suis præstaret: quod etiã fecit. Alboinũ nanq; lõgobardorũ regem cũ omnibus copiis e Pannonia in Italiam ad capessendas sedes uberiores q̃ quas in Pannonia occupauerant: litteris & nunciis accersit. Obtemperans itaq; Narsetis monitis Alboinus: Italiam per Syrmium ingressus cum coniugibus & liberis: cunctq; exercitu lectissimo: primo quidem omnem Venetiam occupat. Inde Insubriã ingressus: Mediolanum ui capit ac diripit: Papiam triennio obsessam in potestatem suam tandem redigit. Hac autem uictoria lætus Alboinus Veronã se contulit: quã regni totius sedẽ constituerat. Ibi uero conuiuio exilaratus Rhosimundam uxorem ea patera bibere cõpellit: quã ex patris ipsius mulieris capite a se occisi in poculũ redægerat. Erat autẽ in exercitu Alboini Nelmelchidis longobardus adolescẽs forma insignis: & nobilitate atq; armis præstãtissimus: cuius cõsuetudine Rhosimũda q̃dẽ delectabat; quemq; in cubiculũ secreto ducẽs proposita regni spe Alboinũ obtruncare cõpulit. Veꝝ cũ aduersantibus longobardis de spe regni decidissent: ambo ad Longinũ: qui tum Rauẽnæ præerat: cõfugere. Nec ita mulo post seipsos iuicẽ ueneno petẽtes diẽ extremũ claudũt.

Multas clades tum passa Italia est irrumpentibus prouinciam barbaris quas quidẽ protendere prodigia illa tempestate uisa:& igneæ acies in cœlo apparentes.Ita ẽt in immẽsũ tyberis creuit:ut inundatione sua populo romano magnas calamitates intulerit. Interim uero Ioannes pontifex & sanctoꝝ coemeteria restituit;& Iacobi ac Philippi ecclesiã a Vigilio in cohatam perfecit.Et Narsetem romanis non dissimulanter iratum:q; de se male opinarentur:adq; ad Sophiam scripsissent:e Neapoli ad urbem ducit:ubi haud ita multo post Narses moritur:cuius corpus loculis impositum Cõstãtinopolim defert. Actum tum demum de nomine italico putassem in tanta rerum perturbatiõe:nisi sanctissimi uiri perituræ prouinciæ succurrissent.Nam & Paulus patriarcha Aquileiensis: & Fœlix episcopus Taruisinus Alboinum ubi Italiam attigit mitiorem ciuibus suis & prouinciæ reddidere.Et Fortunatus uir singularis litteraturæ & eloquentiæ gallos ad mitiorem cultum redigit scriptis & exemplo.Ad Sigibertum enim eorum regem libellum de gubernando regno perscripsit;ac beati Martini uitam eleganter composuit.Sũt qui scribant Germanum parisiensem episcopum:uirũ quidẽ sanctissimũ hoc tẽpore fuisse:qui Franciæ reges semper in officio continuit:& adeo quidem;ut inter se certatum religione:pietate:gratia:humanitate sit.Nil enim in Germano cernebant: quod ipsi nõ imitarentur:tantum ualent boni pastoris exempla.Ioannes autem cuius tẽporibus Armenii fidem christi recæpere moritur:ac in Basilica Petri sepelitur põtificatus sui anno duodecimo:mẽse.xi.die.vi.&.xx.Vacat tum sedes eius morte mẽsibus.x.diebus tribus.

¶ BENEDICTVS.

BENEDICTVS patria romanus:patre Bonifacio: Tiberii secundi tẽporibus fuit:quem quidem Iustinus per adoptionem in filium & regni hæredem suscæperat;ac merito certe cum in homine ea ornamenta essent: quæ in optimo principe requiruntur;clementia:iusticia:pietas:religio:sapientia:constantia & perpetua fortitudo.Verum inter alias eius uirtutes benignus & liberalis i omnes: potissimũ uero erga pauperes habitus est:& ob eam rem dominus largas opes ei sumministrauit. Nam dum semel per ædes suas contentius inambularet:cerneretq; in pauimento marmoream crucem:eam religionis causa;ne pedibus cõculcaretur auferri iussit:melioriq; loco atq; honestiore reponi.Post hanc uero una atq; altera inuenta est:sub qua tantam uim auri & argenti reperit:quantã hõis beneficentia requirebat; cuius quidẽ magnam partem pauperibus erogauit.Ferũt etiã Narsetis thesauros ad eũ ex Italia delatos fuisse quibus conflatis ad munificentiam & liberalitatem usus est. Ad Sigibertum nanq; frãcorum regem:qui se per legatos inuiserat;cum reliquis muneribus: quæ magna fuere: aureos etiam quinquaginta singularum librarum misit;quorũ pars una imagine principis signata erat his litteris:Tiberii Constantini perpetuo Augusti;Altera uero pars quadrigam continebat cum ascensore atq; his litteris:romanorum gloria.Et nequid ad integram eius fœlicitatem deesset:exercitus quem in persas miserat: uictor rediens tantam prædam cum elephantis.xx.auexit:quantam nullus unquã antea.Hoc requirebant eius merita erga genus humanum:hoc religio in deum saluatorem nostrum:hoc postremo eius beneficentia erga populum romanum:quem & armis quoad fieri potuit ab hostibus tutatus est:& immisso ex ægypto frumento a sæuissima fame liberauit :interuenientibus Bonifacii pontificis precibus:quem Tiberius mirumimmodum dilexit & obseruauit.Adeo enim longobardi longe & late Italiã uexauerant diutino bello:ut ex illa uastatione rerum omnium caritas & inopia oriretur. Dum hæc in Italia agerẽtur Ioannes cõstantinopolitanæ urbis episcopus orientalem ecclesiam quoad fieri potuit i fide continuit:legẽdo:disputãdo:scribẽdo:monendo:docendo:licet multos aduersarios habuerit.Idẽ quoq; fecit Leander tolletanus uel(ut quidã uolũt)hispalẽsis episcopus i quo doctrina & eloquentia pari lãce certabant.Multa.n.cõposuit tum ad confirmationem nostri dogmatis:tum ad confutationem arrianæ perfidiæ:quam tanq̃ teterrimam labẽ Vandali ex Aphrica in hispaniam a bellisario pulsi detulerant.Benedictus autẽ(ut quidam scribunt)solicitudine & dolore:quem in calamitatibus urbis Romæ & prouinciæ Italiæ concæperat morit:q̃rto pontificatus sui anno:mẽse.i.& diebus octo &.xx.Vacat

tum sedes mensibus duobus:& diebus decem.

PELAGIVS.

PELAGIVS Secundus:patria romanus:patre Vingeldo a Tiberio ad imperatorem Mauritium Tiberii generum peruenit. Huic enim & si cappadox erat:imperium tamē ob uirtutem & strenuitatem in rebus agendis cōmissū est. At uero longobardi:cum post mortem Albonii uiginti annis sub ducibus fuissent: Eutharim regem sibi creant:quem & Flauium appellarunt:quo quidem cognomentu omnes longobardorum reges deinceps usi sunt. Mauritius autem pellere Italia longobardos conatus:Sigibertum francorum regem mercede ad id bellum solicitat:qui statim cōparato gallorū & germanorū magno exercitu cū Euthari decertans:magno accepto incōmodo superatur. Hac aūt elati uictoria longobardi usq; ad fretū siculum peruenere:urbes Italie in potestatem suam redigentes:quo minus uero urbe Roma diu obsessa potirentur:fecere imbres & quidem frequentes: quibus hostes a moenibus ꝓpelluntur. Tanta enim tum aquarum inundatio fuit:ut Noe diluium renouatum crederetur. Hæc autem una fuit causa:quare Pelagius in iussu principis tum pōtifex creatus sit:cum extra obsessam ab hoste urbem mitti quispiam non posset. Nil enim tum a clero in eligendo pontifice actū erat:nisi eius electionē imperator approbasset. Missus itaque Constantinopolim ad placandum imperatorem Gregorius diaconus:uir optimus atq; doctissimus:ubi ex sententia pontificis omnia peregisset: nequaquam otio & īgenio suo abusus:& libros moralium in Iob cōposuit:& Eutichium quēdam Cōstantinopolitanæ urbis episcopum ita præsente Augusto disputationibus cōuicit:ut oīa quæ in libro suo de resurrectione conscripserat. retractare coactus sit. Dicebat enī corpus nostrum in illa resurrectionis gloria uento aereq; subtilius futurum:ob eam rem tāgi nō posse. Quod contra illud dominicum est:palpate & uidete quia spiritus carnem & ossa non habet quēadmodum me uidetis habere. Pelagius autem ubi Gregorium rogatu populi romani ad urbem reuocasset:& domum paternam in xenodochion pauperum senum redægisset: Hermetisq; martyris cœmeterium ac basilicam Laurentii martyris a fundamentis extruxisset pestilentia moritur:quæ tum maxime Europam oēm uexabat:anno pontificatus sui decimo:mense secundo:die decimo. Sepultus est autem in ecclesia beati Petri in uaticano. Vacat tum sedes mēsibus sex:dies octo & uiginti.

GREGORIVS.

GREGORIVS patria romanus:patre Gordiano:uiro senatorio:uno omniū cōsensu īuitus etiam pontifex creatur:anno domini dc.ac xviiii. Monachus nāq; erat ac leuita. Is aūt cū prīcipis cōsensus reqreret (ut antea dixi) nuncios cū litteris miserat qui Mauritiū obsecrarent:ne pateretur electionē cleri & populi Romani ea ī re ualere. Intercaptæ sūt litteræ a præfecto Vrbis:ac discerptæ:scriptæq; aliæ qbus rogabat:ut quē populus ac clerus in pontificē legisset:eundē īperator cōfirmaret quo nihil ei nūciari iucundius ac gratius potuit:cū secū familiariter dū Cōstātinopoli erat Gregorius uixisset:filiūq; eius fōte baptismatis leuasset. Remittit itaq; Mauritius nūcios:ac quidem propere qui Gregoriū cōfirmarēt:cogerētq; hoīem sanctissimū pōtificatus gubernacula in tanta perturbatione rerum suscipere. Is itaque non sibi ipsi sed utilitati hominum:ac honori diuino consulens:quem certe ob religionem & pietatem rebus omnibus semper antetulerat:spretis opibus posthabitis uoluptatibus: atq; omni ambitione & potentia. Gubernacula reipublicæ christianæ suscipiēs:ita uixit:ut usq; ad tempora nostra neminem ex successoribus parem habuerit: nedū superiorem uel sanctitate uitæ:uel diligentia in rebus agendis:uel doctrina & scriptis. Nam & librū de sacramentis composuit:& antiphonarium:tam diurnum q̄ nocturnū:& cōmētarios ī Ezechielē in q̄dragīta euangelia:in Iob quoq; (ut dixi) allegorice ad mores & historiā respiciēs:elegāter scripsit. Edidit & libros q̄ttuor in dialogo:& librū:quē pastoralē appellauit:ad Ioannē episcopum rauēnatem de rōne gubernādę ecclesiæ. Instituit præterea

nequid ornatus & concentus inter sacrificandum deesset:ut antiphona canerétur:hæc
uulgo introitus uocant. Eius quoque inuentú est:ut nouies kyrieleison caneretur & al-
lelluya : iterpositis septuagesimæ diebus usq ad pascha. Cantatur etiá post euágelium:
post communioné suo mandato. Idem quoque í canoné redegit: diesque nostros í tua
pace disponas: Præterea uero supplicatiões maiores(quas græci litanias uocát)primus
istituit. Stationú quoque magnam parté:maxime auté quæ in basilica Petri habentur:
die natali Iesu christi in epiphania.in dominica passione.í albis paschæ: in ascensione:
in pentecoste:natalibus apostolo℞:í tertia dominica aduentus:in dedicatione eiusdé
basilicæ:die festo sancti Andreæ í cathedra Petri:dú maior litania fit í sabbato q̃ttuor
tépo℞. Quid plura de hoc sanctissimo uiro commemoré? Cú omnis institutio ecclesia
stici officii ueteris præsertí ab eo sit íuenta & approbata:qué quidé ordiné utiná seque
remur. Nó abhorrét hodie a lectione officii uiri docti:queadmodú faciút ꝓpter barba-
rié nescio quá illi latinitati & cõpositioni additam. Ne uero ulla í re uir sanctissimus ec
clesiæ deesset:synodum habuit apud sanctú Petrú quattuor & uiginti episcopo℞ : qua
certe multa sustulit quæ nocitura:multa etiá addidit quæ ꝓfutura fidei nostre uideban
tur. Misit & uiros optimos í Britanniam:Augustinú:Melitú:& Ioanné:cúq his mona-
chos quosdá probatissimæ uitæ:quorú monitis & prædicatiõibus fidei nostræ dogma
Angli tú primum í tegre recæperunt. Rediere etiá gotthi Gregorii opera ad unionem
catholicæ fidei. Sút præterea qui scribant Gregorium dialogum suum de moribus ad
Theudelindá longobardorú reginá misisse:cuius lectione præ ferocé & indomitú uiri
sui Antharis animú ad religioné & mitioré cultú redigeret. Erat ení matrona ísignis:
& fidei christianæ studiosissima. Nam & basilicam beati Ioannis baptistæ Modoetiæ
ædificauit:quod oppidú decem milibus passuum a Mediolano distat: & eandé ecclesiá
prædiis ac uasis aureis ornauit. Ferút eo tépore:quo Hermichildus a patre Leuigildo
gothorú rege í terfectus est:q fidé catholicá confiteretur:Iesu christi tunicáque sorte
uni militú obtigerat:inuentá esse apud urbem Zaphat in arca marmorea:eo loci repo-
sitam Thomæ Hierosolymitani episcopi:& Ioannis constantinopolitani : ac Gregorii
antiocheni tépore. Interea uero Mauritius superatis inhetruria & cápanea Hexarcho
romano duce:longobardis in omnia uitia & oém arrogantiá ꝓlapsis legé tulit:ut qui
romanæ militiæ ascriptus esset:nisi finita militia:aut mancus & debilis ex uulnere fa-
ctus:deo militare nõ posset. Hác ob ré motus Gregorius hominé admonet: ne eius re-
ligionem impugnet cuius benignitate ex ífima sorte hominú ad summú gradú dignita
tis peruenerat. Præterea uero cú Ioannes Constantinopolitanus episcopus habita græ-
corum synodo seipsum oecomenicum: idest uniuersalem patriarchá creasset:monuis-
setq Gregorium Mauritius; ut Ioanni obtemperaret . Respondit homo constantis in
genii:& fidei potestatem ligandi & soluendi Petro traditam:eiusq successoribus : non
episcopis constantinopolitanis.proinde desineret iram dei in se concitare: dum sediti-
ones studiose nimium in eius ecclesia serit. Nequaquá uero his malis contentus Mau-
ritius reuocatis militibus suis qui in Italia erant:longobardos adhortatur:ut spretis foe
deribus iam iactis Romanos adorirentur:quare Agiluphus ex Cisalpina mouens ua-
statis longe ac late Hetruriæ agris:qua iter faciebat urbem Romam magnis illatis ca-
lamitatibus integrum annum obsedit:quo quidem tempore Seuerus Aquileiensis epi-
scopus in hæresim prolapsus est:quæ multorum malorum seminarium fuit . Nam Se-
uero mortuo aquileiésis ecclesia bissariam diuisa est:cum Agiluphus longobardorum
rex Ioannem aquileiensem : Gregorius Candianum gradensem Foroiulianis episco-
pos præfecissent Agiluphus uero omissa spe potiundæ urbis obsidionem solués Me
diolanum rediit. At Mauritius non sponte sed coacte poenitentia ductus: cum Gre-
gorio mitius agere coepit: q intellexerat quendam monachi habitu indutum : stri-
ctum gladium in manu tenentem in foro constantinopolitano clamasse : impera-
torem breui gladio moriturum;hoc idem eius somnium confirmauit:quo se uxorem
ac liberos cædi uidebat. Interim uero milites stipendiis suis defraudati: Phocá centu-
rioné íperatoré creát;& Mauritiú obtrúcát:undeuigesimo íperii sui áno. At Gregorius

exornatis quibuscunq; rebus potuit basilicis romanis: dedicataq; gotthorum ecclesia: quæ in subura est Agathæ martyris nomine. Fl. Ricimeri uiri consularis opus (ut litteræ musiuæ indicant) paternam domum in cliuo scauri positam nõ longe a circo maximo in monasterium redegit; quo in loco & hospites cõtinuo accipiebat: & pauperes undiq; confluentes: cibo & potu in uita retinebat. Vir certe omni laude dignus: si uitam; si mores: si doctrinam: si solertiam in rebus tum diuinis: tum humanis inspicis. Neq; ẽ cur patiamur Gregorium hac in re a quibusdã litterarum ignaris potissimum carpi: q suo mandato ueterum ædificia sint dirupta: ne peregrini & aduenæ (ut ipsi fingunt) ad urbem religionis causa uenientes posthabitis locis sacris: arcus triumphales & monumenta ueterum cum admiratione inspicerent. Absit hæc calumnia a tanto põtifice romano præsertim; cui certe post deum patria q̃ uita carior fuit. Multa profecto ex collapsis ædificiis exedit uetustas. Multa præterea demoliũtur homines ædificandi gratia: ut quottidie cernimus. Impacta illa foramina quæ tum in concauo fornicũ; tum ĩ coniuncturis marmorum quadratorumue lapidum uidentur: non minus a romanis q̃ a barbaris auellendi æris causa crediderim. In fornicibus enim: quo leuior esset moles: ollas cum nummismatibus collocabant. Lapides uero quadratos æneis clauis firmabant. Factum id quoq; a romanis dixi: epirrhotæ: dalmatæ: pãnonii: & fæx totius orbis terrarum huc missa romani appellari possunt. Gregorius autem confirmata omni ratione ecclesia dei: anno. xiii. men. vi. die. x. pontificatus sui moritur: Phocæ uero imperatoris anno secundo: sepeliturq; collachrymantibus omnibus in basilica Petri ante secretariũ quarto idus martii. Eius uero in morte mensibus quinq; diebus undeuiginti sedes romana tum uacat.

❡ SABINIANVS.

SABINIANVS cuius patria ignoratur: ac merito quidẽ Gregorio successit: homo enĩ obscuro loco natus: obscurior moribus: rebus gestis Gregorii uiri sanctissimi aduersatus est. Nam cum suo pontificatu fame laboraretur: instarentq; pauperes: ut pietatẽ Gregorii elæmosynis imitaretur: nil aliud respondebat: q̃ Gregorium popularẽ famam aucupantẽ: patrimoniũ ecclesiæ largitionibus dissipasse. Paululum etiam abfuit qn libri eius comburerentur adeo in Gregorium ira & inuidia exarserat homo maliuolus. Sunt qui scribant Sabinianum istigantibus quibusdam romanis hoc ĩ Gregorium molitũ esse: q ueterũ statuas tota urbe dum uiueret & obtrũcauerit & disiecerit: quod quidem ita uero dissonũ est: ut illud quod de abolẽdis ædificiis maiorum in uita eius diximus. Iacent statuæ tum propter uetustatem collapsæ; tum etiam quia basibus sublatis uel aeris uel marmorum causa stare tantæ moles non poterãt. Quod autẽ capitibus careãt mirũ nequaq̃ uideri debet: cũ ipsius statuæ casu ea pars utpote fragilior: & ad accipiẽdã læsionẽ paratior potissimũ frãgatur. Sed quid ego has cõiecturas quæro? Videmus statuas excisis capitibus nõ diffractis iacere: quia facilius ẽ caput statuæ q̃ totũ corpus deferri: quod hodie quoq; fit ab his præsertim: qui antiquitatis studiosi sunt. Nõ est igitur cur tantũ facinus Gregorio obiciatur. Ad Sabinianũ redeo: cuius hoc fuisse institutũ ferunt; ut & horæ in ecclesiis distinguerẽtur officii gratia: & accẽsæ lãpades cõtinuo retinerent: potissimũ uero in ecclesia beati Petri Sunt qui scribãt Phoca annuẽte pacẽ tũ cũ longobardis ictã: reddita Agilulpho eorũ regi filia: quæ in bello capta fuerat. Tãta uero hoc tpe apparuere ꝓdigia quãta nunq̃ antea; quibus certe futuræ calamitates portẽdebant. Nã & cometes uisus est ꝑlucidus: & Byzãtii puer q̃drupes nascit. Et apud Delon ĩsulã duo marina mõstra oĩno humanã speciẽ habẽtia uisa sunt: Sirenes fortasse fuere Acheloi filiæ: ut aiũt poetæ: q si ita fuisset: neq̃ ꝓ monstro habẽda erãt: cũ elemẽtũ aquæ aĩalia terræstribus similia: in oĩ specie ꝓducat. Sũt q scribãt tpe Sabiniani & Ioannẽ patriarcham Alexãdrinũ uirũ pietate & doctrina insignem: & Latinianum episcopum carthaginensem Ioanni nequaq̃ dissimilem: dignitatem utriusq; ecclesiæ mirumimmodũ auxisse. Seuerus quoq; Latiniani familiaris uir doctissimus multa tum in Vincentium Cæsaraugustanum episcopũ scripsit: qui ĩ Arrianum dogma declinauerat. Idem quoq; de uirginitate librum ad sororẽ scripsit; quem

aureolum appellauit. At Sabinianus cum annum unum: menses quinq;: dies. ix. in pontificatu sedisset moritur: funusq; eius a sancto Ioanne per portam asinariam & pontem miluium ad basilicam Petri defertur. Vacat sedes eius morte mẽses. xi. dies. vi. & . xx.

BONIFACIVS .III.

BONIFACIVS tertius: patria romanus: a Phoca imperatore obtinuit: magna tamen contentione: ut sedes beati Petri apostoli: quæ caput est omnium ecclesiarum: ita & diceretur & haberetur ab omnibus: quẽ quidẽ locum ecclesia constantinopolitana sibi uendicare conabatur: fauẽtibus interdũ malis principibus: affirmantibusq; eo loci primã sedẽ esse debere: ubi imperii caput esset. Affirmabant romani pontifices urbem Romã unde Constantinopolim colonia deducta est caput imperii merito habendam esse: cum etiam græci ipsi litteris suis principem suum τῶν ῥωμαίων αὐτοκράτορα. idest romanorum imperatorem uocent ipsiq; Constantinopolitani etiã ætate nostra romæi non græci uocentur. Omitto q̃ Petrus apostolorum princeps successoribus suis pontificibus romanis regni cœlorum claues potestatemq; a deo sibi concessam reliquerit: non Constantinopoli: sed romæ. Illud tãtum dico multos principes: maxime uero Constantinum comparandæ synodi ac dissoluendæ: confutandi: uel confirmandi ea quæ in synodis decreta erant: romanæ sedi tantummodo cõcessisse. Merito igitur sedes romana cæteris antefertur: cuius integritate & Constantia cunctæ hæreses confutatæ sunt & explosæ. Idem quoq; Bonifacius instituit habita synodo episcopo℞ duo & septuaginta presbytero℞. xxx. diaconorum trium: nequis sub anathematis culpa in locũ demortui Põtificis aut episcopi subrogaretur: nisi tertia saltem post obitum eius die: utue anathematizarentur qui largitione & gratia ad pontificatum uel episcopatum aditum sibi quærerent. Voluit item electionẽ episcopi a clero pariter & populo fieri: eamq; ita ratam fore: si a principe ciuitatis approbata esset: & si summus pontifex denique his uerbis auctoritatem suam ĩterposuisset: uolumus & iubemus. sancta quippe institutio & pernecessaria nostris præsertim temporibus: quibus in peius omnia dilabũtur. Est enim simile ueri clerum & populum ac principem ciuitatis: si libera suffragia sunt non aliũ electuros: q̃ qui merito possit & debeat aliis præesse: q̃d est episcopi propriũ: ut uocabuli hetymologiã huic rei accõmodatam repetamus. Licet re uera (pace bonorum dicã) multi episcopatum desiderẽt explẽdæ auaritiæ & libidinis suæ causa: nõ quo cõmuni utilitati: ut eo℞ exposcit officium & nomen cõsulant. Quæritur enim quãtum reddat episcopatus: nõ quot oues pascuæ in eo sint: sed de his satis. Ad Bonifaciũ redeo: cuius cũ uita: ut uideo etiã decreta extincta sunt: pontificatus fuit mense nono. Sepultus est autẽ in basilica Petri. Vacat tum sedes mẽse uno: diebus sex.

BONIFACIVS. IIII.

BONIFACIVS Quartus: natione Marsus: patria ualeriensis: patre Ioanne medico templũ sanctæ Mariæ rotundæ: q̃d ueteres Pantheon: quia Cybeli & oĩbus diis cõmune esset a Phoca ĩperatore obtinuit: consecrauitq; quarto idus Maii ĩ honorẽ beatæ uirginis oĩumq; marty℞: electis prius gẽtiũ simulacris lustratoq; tẽplo. Vnde postea uirgo ad martyres appellata ẽ. Hoc eodẽ tpe Persæ rege Cosdra ĩ romanas ꝓuincias irrũpẽtes: superato Phocæ exercitu hierosolymã occupãt. Templa christiano℞ ꝓphanãt & diripiũt. Lignũ dominicæ crucis ĩde auferũt. Zachariã uirum sanctissimũ eiusdẽ ciuitatis patriarchã in captiuitatẽ abducũt. Hãc ob rẽ ab oĩbus: potissimũ uero a senatu spretus Phocas: ab Heraclio copia℞ & Aphricæ ꝓuĩciæ duce ĩperio ac uita priuat̃. Cacãnus uero bauaro℞ rex p Pãnoniã & Illyricũ ĩ Italiã irrũpẽs: lõgobardo℞ reges ita superat: ut paulũ abfuerit quin ꝓuinciã ipsã caperet: ita tamẽ fo℞ Iulii proditione Romildæ eius amore captæ diripuit: ut uix ipsius prouinciæ cernerẽtur uestigia. Dum hæc in Italia agerentur: Ioannes gerundẽsis episcopus religionẽ christi prædicatione & scriptis ubiq; tuebat̃. Hic. n. genere gotthus: in Lusitania natus: ubi sapere aliquid p ætatẽ cœpisset. Cõstãtinopolim ꝓficiscẽs: ita græce & latine doctus ĩde discessit: ut ĩ Lusitaniã rediẽs: arrianã hæresim: quæ tum ĩualuerat facillime cõfutaret: hãc ob rẽ Barchinonam ab hæreticis relegat̃. Verum postea mortuo Lemũgildo rege: qui hæ-

reticis fauebat: i patriã rediẽs: & multa scripsit ad doctrinã nostram pertinentia: & monasteriũ cõdidit: rationẽq; uiuẽdi monachis scripsit. Eutropius quoq; Valentinus episcopus hispanos doctrina & exemplo in fide cõtinuit. Præterea uero Columbanus abbas uir sanctissimus genere gotthus (ut quidam affirmãt) ex Scotia in Burgõdiã primo ueniens: lixonẽse monasterium ægregium id quidẽ extruxit: inde in Italiã abiẽs apud Bobium in Apennino aliud monasteriũ amplum sane ædificat inter hetruscos: lygures & insubres. His autem hac in re neq̃q̃ cedens Bonifacius pontififex domum paternã in monasteriũ redigit: fũdosq; suos monasterio ascribit in monachoꝵ usũ. Verũ non ita multo post diẽ extremũ obiens: sexto pontificatus sui anno. mẽse octauo: die. xiii. quo quidem tempore peste: fame: & inundatione aquarum laboratũ est: sepelitur in basilica Petri. Vacat tum sedes eius morte mensibus. vii. diebus quinq; & uiginti.

DEVSDEDIT.

DEVSDEDIT patria romanus: patre Stephano subdiacono: pontificatum omnium suffragiis adeptus: clerum mirumimmodum dilexit & auxit. Ferunt quidam hunc tantæ sanctitatis fuisse: ut quendã obuium elephantiæ morbo laborãtem: osculo suo lepra statim liberauerit. Constituit autem uir optimus ne filius patrini puellã e sacro fonte a patre leuatã ducere i uxorem posset. Eodẽ quoq; tempore Heraclius magno comparato exercitu multas prouincias a Persis occupatas in potestatem suam redigit. Ducem Persarum singulari certamine ex equo deturbat & interficit. Cosdroam regem persarum opprimit: filium eius captum & baptizatum in regnum paternum restituit. Persidem ingressus. turrim Cosdroæ thesauris plenã capit: quoꝵ partẽ militibus tribuit: partẽ uero reparandis templis: quæ Persæ diripuerãt & uastauerãt designat. Ipse præterea alia honustus præda cum septem elephantis hierosolymam rediẽs crucem domini a persis ablatam secum deferens eo loci reposuit: in quo antea fuerat. Captos a persis in patriam remittit. Rediens deinde cõstantinopolim litteris & ocio delectatus: ad astrologiam se contulit. Sororis tamen suæ filiam tãtus imperator contra ius fasq; in uxorem accipit: & ut sceleri scelus adderet: quod fieri cõsueuit: ubi quis in perota labitur: ad Eutichianos transiit: eo potissimum tẽpore: quo Anastasius Persa monachus sub nomine christi a suis captus martyrium passus est: cuius reliquiæ postea Romã aduectæ sunt: & in monasterio beati Pauli repositæ ad aquas saluias ut uulgo dicitur. Ferunt eodem tempore Silebutum gotthorum regem plurimas Hispaniæ ciuitates: quæ ad romanos defecerant in fidem recæpisse: iudæosq; omnes i regno depræhensos grauioribus suppliciis ad christi fidem compulisse rogatu (ut aiũt) Heraclii: qui in fatis habuerat: sibi cauendum a circuncisis esse: cũ tamẽ postea haud fatis fati necessitatem circunspiciens a sarracenis circuncisionẽ obseruantibus oppressus sit. Agebantur hæc in oriẽte: nec suis athletis pro fide christi carebat occidens. Arnulphus. n. metensis episcopus cõsilio & sanctitate Dagobertum frãcoꝵ regem in officio continebat: adiuuante Amando traiectensi episcopo: uiro quidem optimo: & religionis christianæ defensore acerrimo. Hispanus quoq; Isidorus hispalensis episcopus Leandri successor multa tum scripsit: quæ fidem christianam mirifice iuuãt. De summo enim bono: de uiris illustribus: de uocabulis grãmatices & hetymologiis libros composuit. Historiam præterea ab Adam usque ad tempora Heraclii: uitas quorundam sanctorum: historiam longo bardorum: & breuem quandam cosmographiam stilo satis eleganti edidit. In eo homine pluris facienda ẽ certe sanctitas q̃ eruditio. Sũt q scribãt Isidoꝵ germanũ fuisse: quãq̃ hispani hũc suũ eẽ affirmẽt: utcũq; sit satis cõstat eũ fuisse quauis laude dignũ ob doctrinã & sãctitatẽ. Deus aũt dedit cuius tpa ad hæc etiã quæ diximus notiora fecere. & terræmotus: & scabies quædã ita ad elephãtiã tẽdẽs ut deformitare cognosci hoies nõ possẽt: morit põtificatus sui ãno. iii. die. iii. & . xx. ac sepelit' i basilica Petri sexto idus nouẽbris: eius morte epãtus tũ uacat mẽsẽ unũ: dies. xvi.

BONIFACIVS. V.

BONIFACIVS Quintus natione campanus: patre Ioanne: eo tempore pontificatum iniit: quo Eleutherius patricius Romam ab Heraclio missus: ui-

dicata Ioãnis hexarchi morte semetipsum regem Italiæ creat. At uero cum Romã pro-
ficisceret͂ a militibus suis necatur: eiusq; caput Constantinopolim mittitur. Huius i lo-
cũ postea Isatius patricius cõstãtinopolitanus Hexarchus suffectus est. At Theudelinda
(ut diximus) mortuo Adoaldo marito: una cum filio regnum longobardoꝝ sapienter
& integre gubernãs: inter longobardos & italos pacem decennio cõtinuit: ecclesias mul
tas donis & muneribus exornauit: fundos quoq; his adiecit: quoꝝ prouẽtibus sacerdo
tes uterentur. Anno uero duodecimo Heraclii Mahometus Arabs: ut quidam uolunt:
ut alii persa: nobili genere natus: patre qui deos gentium coleret: matre hæbraica His-
maielitici generis: magnũ in christiano populo excitauit incendium: & ita magnum: ut
uerear ne eius secta nostra potissimum ætate reliquias christiani nominis penitus exti-
guat: adeo tepescimus: & animo ac corpore languidi interitum nostrum expectantes cõ
cidimus. Inualescit eius secta nunc multo magis quam antea. Nam tota Asia & Aphrica
magnaq; pars Europæ Mahometanis principibus subiæcta est. Instant nunc thurci ter
ra ac mari: ut nos tanq̃ cuniculos ex his Europæ lateribus eruant: Sedemus ociosi: alter
alterum expectantes: quasi hoc malũ uniuersæ reipublicæ christianæ nõ immineat. Ex
pectant sacerdotes: ut a secularibus hoc tantum bellũ & tam necessariũ suscipiatur. Ex
spectãt itẽ sæculares: ut presbyteri tuendæ religionis causa pecunias in sumptus belli-
cos polliceantur & sumministrent: nec in peiores usus effundant: quẽadmodum facere
plærịq; cõsueuere: pecunias elemosynis & figuris martyꝝ cõparatas: in aurea & argẽtea
uasa & prægrandia quidem fundentes: parum de futuro soliciti: dei quẽ tantum utilita
tis gratia colũt: & hominũ contemptores. Ad Mahometum redeo: uirum adeo uersu-
tũ & acris ingenii: ut cũ inter christianos diu uersatus esset: omnesq; omnium qui ante
fuere sectas cognouisset: nouã quandã superstitionem introduxit: ut uidemus: qua pro
pe nostra religio extincta est. Ausus est etiam comparato igenti arabum exercitu fines ro
mani imperii turbare: cuius motus Heraclius cito compescuit: solicitatis eius ad defe-
ctionem millitibus pollicitationibus & proemiis. Bonifacius aũt pontifex uir singula-
ris humanitatis & clementiæ magna in omnes benignitate & gratia utẽs: nullũ genus
officii (quod bonum pastorem deceret) prætermisit. Instituit præterea nequi ad ecclesi-
as confugerent inde ui retraherent͂: neue Acholyti reliquias martyrum attractarẽt: qđ
est presbyteri: aut subdiaconi officiũ. Mãdauit itẽ ut quouis i loco sacrilegi anathema-
tizarentur: utue testamentum iussu principis ubiq; ualeret. Cœmeteriũ aũt beati Nico
medis fecit & dedicauit. In clericos uero integre uiuentes unice liberalis & munificus
fuit. Gallus aũt beati Columbani discipulus: ita in occidente tum uiuebat: ut etiam in
uita sancti nomen mereretur. Huius uestigia secutus est Eustachius abbas: secuta & san
cta Aurea: in cuius honorẽ beatus Eligius monasterium uirginũ ædificauit. Ferũt etiã
Basiliũ quẽdã Isidoro æqualẽ uita moribus & doctrina insignẽ tũ habitũ fuisse. Morit͂
aũt Bonifacius põtificatus sui anno qnto die decimo: & in basilica Petri collachrymã-
tibus omnibus sepelit͂. Eius aũt in morte diebus tresdecim sedes tum uacat.

HONORIVS.

HONORIVS Natione Campanus: patre Petronio uiro cõsulari: eo tempore
põtificatũ iniit: quo Theudelinda morit͂: eiusq; filius Adoaldus e regno de-
iicitur: suffecto in eius locũ Arioaldo. Instabat tum (ut dixi) Heraclius qui de
Persis triumphauerat: ut omnes iudæi imperio subiæcti baptizarent͂. Hanc ob rem sa-
racem & arabes arma sumentes a natiuitate christi anno sexcentesimo tertio ac uigesi-
mo: ita Heraclii duces superarunt: ut hoiem fœlicem primo mox infœlicissimum red-
diderint: duce Mahometo: qui cum magnũ se dei prophetam assereret: magicis artibus
asianos & Aphricanos deludens: ita populos quosdam cõcitauit noua a se religione im
butos: ut paulum abfuerit quin omnino imperii nomen delerẽt: capta Alexandria mul
tisq; aliis Syriæ & Ciliciæ urbibus. Saracenos sectatores suos habuit: a Sara Abrahæ le-
gitima uxore ita appellatos: quasi legitimos diuinæ ꝓfessionis successores & hæredes.
Secutus est homo callidissimi ingenii hac in re Hieroboam exemplum: qui tribui suæ
alios colendi ritus conscripsit: ne unq̃ iudæoꝝ imperio subessent. Idem postea fecere

græci a catholicis dissentientes:non ob religionē tantūmodo:sed ob imperium: cuius gratia Nestorianorum:Iacobitarum & hebionitarum errores secuti sūt. Verum postremo hac pertinacia eo deducti sūt ut una cū religiōe & secta imperiū omnino amiserint in turpissimā seruitutem redacti. Mahometus aūt(ut in Alcorano legitur)quo magis sectatores suos a religione christiana se iungeret hæreticos quosdam in cōponendis legibus:maxime uero Nestorianos secutus est:multa hincinde contra legē Moyseos & euāgelii dei astute colligens: ac in unum quasi corpus redigens. Ferunt Heraclium tum quidem desperatōe & fœdam pacem cū saracenis iniisse:& Pyrrhi patriarchæ Constantinopolitani & Cyrri Alexandrini episcopi fraudibus decæptum:ī hæresim quoq; monothelitarum incidisse:unā tantummodo uoluntatem in christo esse dicentium: unde nomen accæpere. Hos tamen postea tanti erroris auctores hortante Honorio: & uerū ante oculos litteris & nūciis ponente:relegauit Heraclius. Honorius aūt a rebus externis aliquātulum quietis adeptus:doctrina moribus sanctissimis omnem prope clerum renouauit. Basilicam beati Petri tegulis æneis ex Ioue capitolino sumptis cohoperuit. Aedem Agnetis martyris uia Nomētana:ut carmen in apside indicat: ædem Pancratii uia aurelia restituit. Templa quoq; Anastasii ad aquas saluias:templū quattuor coronatorum martyrum:templum beati Cyriaci uia hostiensi miliario septimo:templum Seuerini apud urbem Tyburtinā magnificentissimis operis ædificauit:& argento & auro porphireticis:& marmoreis lapidibus incrustatiōe parietum:opere tectorio:opere uermiculato exornauit. Restituit etiā cœmeteriū Marcellini & Petri uia lauicana. Ecclesiā quoq; beatæ agnetis apud Sanctum Syluestrum:ecclesiam beati Hadriani in tribus foris huius mandato & impensa ædificatas fuisse scribunt nonnulli: ut uero unoquoq; sabbato a sancto Apolinari ad diuum petrum iretur cum letaniis primus instituit. Moritur autem uir sanctissimus anno pontificatus sui duodecimo:mense undecimo: die xvii:ac ī basilica Petri sepelitur quarto idus octobris. Eius morte annum unum: mēses septem:dies decem & octo sedes interim uacat.

SEVERINVS.



EVERINVS patria romanus:patre Labieno:in demortui Honorii locum subrogatus:ab Isatio totius Italiæ Hexarcho in pontificatu cōfirmatur. Vana tunc enim habebatur cleri electio:nisi id imperatores:aut eo℞ Hexarchi confirmassent. Isatius itaq; ob eam causam Romam profectus:cum pontificem cōfirmasset:ne gratuito tantum laboris suscæpisse uideretur:thesaurum & sacrarium basilicæ lateranensis adiuuantibus romanis quibusdā spoliat:resistentibus aliquādiu: frustra tamen sacerdotibus templi:quorum primates omnes postea in exilium misit. Indignabatur enim Isatius eos tantum in thesauris habere:neque quicq̄ in usus bellicos cōferre:præsertim cum milites inopia rerum omniū tunc laborarent. Huius prædæ partem militibus concessit:partem secū Rauennā detulit:reliquum uero ad imperatorem misit. Saraceni aūt:quos pretio cōductos ab Heraclio diximus:cum eis auare maligneque pacta merces persolueretur:in Syriam profecti:Damascum imperio subiectam ui capiunt. Deinde uero cū reliquis arabibus:qui domi remanserant coniuncti cōmeatibus & armis adiuti Mahometi furore incitati:Phœniciam:egyptū peruagati:resistentes tū imperio suo:tum legi mahometanæ passim cædunt. Versi deinde in Persas Ormisda persarum rege interempto:non prius uastandi omnia finem fecere q̄ saracenorum legē & imperium suscipiūt. Ve℞ Heraclius audita saracenorum licentia:capta præsertim Antiochia:ueritus ne hierosolymā occuparent:crucem domini Cōstantinopolim deferendam curauit:ne iterum in agarenorum manus deueniret. Agarenos enim græci arabas appellarunt ob ignominiā:q̄ si ab Agar ancilla abraæ ortos:neq; ita.multo post hierosolyma capta est. Mahometo autem(ut quidam scribunt)ad Mecham mortuo in principatu Calipha succedit:post hūc Hali:quo quidem pulso:q; nimium superstitiosus eēt: alterum Calipham sibi ducem ægypti creauere. Ferunt tum etiam nequid calamitatis deesset:quod Romanū uexaret imperiū:Sisebutum gottho℞ regem omnes Hispaniæ ciuitates Romanis adiuenisse:ac tum demum Romanos imperare in Hispania desiisse.

Seuerinus autem pontifex uir singularis pietatis: & religionis: amator pauperum: in calamitosos benignus: i omnes munificus: in reparandis templis splendidus: pontificatus sui anno primo: mense secundo: moritur ac sepelitur in Basilica Petri quarto nonas Augusti. Vacat tum sedes menses quattuor: dies undetriginta.

IOANNES.IIII.

IOANNES quartus: natione dalmata: patre Venantio: pontificatum iniens statim mira pietate usus est. Ex reliquis enim thesauris: quos Isatius apud lateranum reliquerat captiuos omnes: quos potuit Istrios & Dalmatas a captiuitate redemit. Interea uero Rhotaris: qui Arioaldo in longobardorum regnum successerat: licet iustitia & pietate insignis habitus sit: ad arrianos tamen declinat. passusq; est: ut eodem tempore omnibus regni sui ciuitatibus duo episcopi pari potestate præessēt: alter enim catholicus: alter arrianus habebatur. Tanti præterea īgenii fuit: ut leges quæ sola memoria & usu retinebantur in seriē quādam redegerit: codicēq; ipsum edictum appellari præcæperit. In re aūt militari ita præstans fuit: ut Hetruriam oēm & Liguriā cum ora maritima Massiliam usq; in suā redægerit potestatem. Anno deinde sexto regni sui moriens Rhodoaldo filio regnum reliquit. Ferunt sacerdotem quendā Rhotaris corpus apud templū Ioannis baptistæ sepultū: noctu aperto tumulo spoliasse: solēt enim pretiosa quædam cum regum corporibus reponi. Hanc ob rem beatus Ioannes homini apparens ei mortem interminatus ē: si deinceps tēplum suū īgrederetur. Huic enī sancto Rhotaris mirūimmodum in uita deditus fuerat. Idem contigit temporibus nostris Alouisio cardinali patriarchæ aquileiensi. Eruto enim sepulchro ab his spoliatē quos ipse ex infima sorte hominū ad dignitatem sacerdotalem & meliorem fortunam erexerat. Rhodoaldus igitur regni gubernacula suscipiens: Gūdibergam reginæ Theodolindæ filiam in uxorem accipit: quæ religionem matris imitata: ut illa Modoetiæ: sic ipsa Tarracinæ Ioannis baptistæ templum ædificat: plurimoq; auro & argento exornat. At Rhodoaldus in adulterio depræhēsus: a marito adulteræ interficitur. Huic aūt successit Arripertus Gudualdi filius: Theodelindæ reginæ frater: qui apud Ticinum saluatoris oraculum condidit: uariisq; ornamētis insigniuit & fundis dotauit: Ioannes aūt pontifex ueritus ne corpora Vincentii & Anastasii aliquando in manus barbarorū deuenirent: ut Romam q̄ diligentissime ferrentur curauit: ac iusta fontem lateranensem in oratorio beati Ioānis baptistæ magna cum ueneratione collocauit. Sunt qui scribāt huius pontificis tempore & Vincentium Beluacensem episcopum & Muardū archiepiscopum Remensem sanctitate & doctrina in pretio fuisse. His addunt & Reginulpham gallam matronā genere & sanctitate insignem: & Renaldū Traiectensem episcopū: uita & miraculis clarum. Iudocus quoq; his nequaquā inferior ē habitus: qui Britonum regis filius spreto regno: cū aliquandiu in eremo uixisset: tandem in Pago pontio morit. Ioannes autem pontificatus sui anno primo: mense nono: die nono moriens: in Basilica Petri sepelit quarto idus octobris. Vacat tū sedes mensem unū: dies tredecim.

¶THEODORVS.

THEODORVS natiōe græcus: patre Theodoro episcopo hierosolymis oriundo: pontificatū iniens: oīa quæ ad dignitatem religionis christianæ pertinere arbitrabatur circunspiciebat: ut bonum pastorem decet: in omnes: maxime autem erga pauperes mira benignitate utēs. Interea uero Heraclius trigesimo imperii sui anno morbo intercutineo periit: cum paulo ante Theodorū cognomento Caliopam mortuo Isatio Hexarchum in Italiam misisset. In locum uero demortui Heraclii primo sufficitur Constantinus filius: qui quarto suscæpti imperii mēse ueneno opprimitur Martinæ nouercæ & Heracleonis insidiis: quos quidem ad tātum facinus (ut aiūt) Pyrrhus patriarcha instigauerat. Heracleon itaq; mortuo fratre imperiū occupat: eo potissimum tempore: quo Cyrrus Sergius & Pyrrhus acephalorum hæresim instaurantes: unam operationem in christo humanitatis scilicet & diuinitatis: unamque uolūtatem prædicabant. Ex his autem Pyrrhus audita Heraclii morte redeundi in patriam cupidus: ex Aphrica ubi exulabat Romam ueniens: ac errati ueniam petēs: non ex anīo

ſed ficte a Theodoro uiuendi formam accæpit. Verum prius uitam amisit:quam tanto scelere quæsitam dignitatem potuerit obtinere. Senatus enim populusq; Constantinopolitanus cognito scelere in Martinam Heracleonemq; consurgens:cũ hunc Naso illã lingua mutilatam relegasset:Pyrrhum de fuga retractum interficit. Constantium uero Constãtini dolo necati filium imperatorem creat:in locũ autem Pyrrhi Paulum episcopum sufficit:quem Theodorus pontifex romanus dignitate priuauit: quia orthodoxæ fidei normam & rationem suscipere recusabat:adiuuante eius stulticiam Constantio in eandem hæresim stolide nimium prolapso. Conuersus deinde ab hoc certamine pontifex ad ornanda sanctorum corpora:Primi & Fœliciani martyrum reliquias ex arenario uiæ nomentaneæ ablatas in urbem deferens in basilica Stephani protomartyris in cœlio monte collocat:multis ornamentis:tum ex argẽto:tum ex auro adhibitis. Idẽ quoq; basilicam ædificat uia flamminea non longe a ponte miluio:& statim dedicat. Duo postremo oratoria construxit & ornauit:quorum alterum erat apud lateranẽsem basilicã beato Sebastiano:alterum uero uia hostiensi Eupolo martyri dedicatũ. His ita constanter & sanctæ peractis:moritur pontificatus sui anno sexto:mẽse quinto:die decimooctauo:sepeliturq; in basilica Petri pridie idus Maii. Episcopatus autem diebus duobus & quinquaginta,tum uacat.

MARTINVS.I.



ARTINVS primus:patria Tudertinus:patre Fabricio:in Theodori locum suffectus:legatos statim Constãtinopolim misit qui paulum adhortarẽtur : ut omissis erroribus suis aliquando ueritatis callem ingrederetur. Is autẽ nõ modo pontifici benemonenti non obtemperat:uerum etiã eius legatos Constantii auctoritate abusus: ĩ diuersas insulas relegat. Quam obrem indignatus Martinus synodũ centum & quinquaginta episcopotum Romæ habuit:in qua Cyri alexãdrini Sergii ac Pyrrhi damnatiõem renouauit:& Paulum patriarchã omni anathematis uinculo damnatum priuauit. Interea uero dum hæc ita agerentur: pax Italiæ quæ inter romanos & longobardos annis triginta durauerat;turbari iam cæpta est;lõgobardis omnia ad utilitatem suam trahentibus;contra uero recusantibus romanis:quæ præter ius fasq; mãdarentur:maxime uero cum Rhotaris arriana labe inquinatus:nullam ferme ciuitatem haberet:cui non arrianum pariter & catholicum episcopum præposuisset. Hũc autem errorem emẽdare conati Theodorus & Martinus rem sæpius frustra temptauerãt. Ob has igitur causas instante etiam Theodoro Italiæ Hexarcho: bellum longobardis indicitur. Non detrectarunt illi certamen:ad Scultennam siquidem Mutinæ amnem acriter utrinque pugnatum est;tandem uero Theodorus superatus funditur & fugatur: quo quidem in prælio ex suis ad septem millia desiderati sunt. Rhotaris autem tanta uictoria elatus:lyguriam omnem haud magno negocio breui ĩ potestatem suam redigit. Interea uero Constantius fortunam cum duce mutaturus:reuocato Theodoro Olympiũ Hexarchum in Italiam statim mittit : qui primo quidem & monthelitharum sectã per omnem Italiam spargeret:& Martinum pontificem:aut ĩterficeret:aut captũ ad se pducendum curaret. At Olympius Romã ueniens:ubi iam synodus habebatur:cõtra hũc atq; alios orientalis ecclesiæ errores:cum uirus conceptum spargere non posset:lictorẽ suum immisit:qui martinum in ecclesia sanctæ Mariæ maioris caperet & ad se perduceret uel saltem parere recusantẽ interficeret. Facturus mandata lictor dei miraculo subita cæcitate corripitur:atq; ita diuinæ maiestatis nutu tantũ discrimen tum Martinus euasit. Hac uero orientalis & occidentalis ecclesiæ discordia freti saraceni Alexandria cum ĩ genti classe soluẽtes Rhodum peruenere:captaq; urbe Colossum fama celeberrimũ demoliti sunt ex cuius ære nongentos camelos onustos ferunt. Erat enim.lxx. cubitorum cuius auctor Chares Lysippi discipulus habitus est. Deinceps uero occupatis multis Aegei maris insulis in Siciliã nauigantes:multa damna siculis intulere:quoad Olympius Martini præcibus motus eos insula depulit:non sine magna nauium militũ ac sui ipsius iactura:ibi enim morbo correptus moritur. Constantius uero tot calamitatibus nihilo melior factus: Theodorum caliopam cum his mandatis iterum in Italiam

mittit:ut primo quoq; tempore Martinum pontificẽ ad se uictum mitteret:eiq; rei sociũ addidit Paulum pellarium:qui tantum facinus curaret. Theodorus a Romanis p benigne exceptus:cum salutandi causa adire pontificem simularet:homini cathenas inicit:eumq; Constantinopolim mittit. Vnde postea in chersonesũ Ponti exilii causa deportatur:ubi quondam beatus Clemens romanus præsul exulauerat. Martinus autem multis calamitatibus circumuentus:ac inopia rerum omnium pressus:tandem in exilio moritur:pontificatus sui ãno.vi.mense uno:diebus sex & uiginti. Sedes aũt Romæ.xiiii. mensibus tum uacat:quia nil certi de sanctissimi uiri morte habebatur.

❡ EVGENIVS.I.

EVGENIVS primus: patria romanus:patre Ruffiniano e cœlio monte: Martino in pontificatu successit:eodem ferme tempore:quo Petrus in locũ Pauli hæretici Constantinopoli sufficitur. Hic enim & si melius aliquantulũ de religione sensit ꝗ Paulus:non tamen usq; adeo eandem fidei normam tenuit:quam sancta romana ecclesia prædicat & seruat. Cuius quidem litteræ Romã missæ duas operationes & uoluntates in christo negantes ita sunt explosæ:ut clerus ipse interdicere pontifici ausus sit:quo minus in ecclesia sanctæ Mariæ maioris sacrificaret:nisi prius tã prophanas litteras reiæcisset. Interea uero Grimoaldus dux beneuentanus Rhomoaldo filio Beneuenti duce relicto cum ingenti exercitu in Galliam cisalpinam mouens: Papia Pertheritem:Mediolano Gundibertum Arithperti filios expulit. Quod ubi Clodoueus francoꝝ rex intellexisset:casum adolescentum miseratus:magnas copias statim in Italiam misit:quæ adolescentes in regnum paternum restituerẽt. In transpadana regione prælium utrinque magna animoꝝ concitatione cõmittitur:cũ illi redire ĩ ditionẽ paternam:hic retinere bello ptum conarẽtur. Tandem uero se inclinãte ad Grimoaldũ fortuna fusi ac fugati galli Italia expellũtur. Sũt tamẽ qui scribant gallos hac ratione deceptos esse lõgobardi enim simulata fuga castra reꝝ omnium copia ac uini potissimũ plena relinquentes haud longe in isidiis cõstiterãt. Galli uero castra ingredientes rati ueram esse hostium fugam:in oẽm uoluptatem effundũtur:epulis & uino replentur:quare si puenĩetibus hostibus cum somno etiam grauati passim ueluti pecora sine custode iacerent:ita ab hostibus cæduntur:ut uix núcius supfuerit:qui tantam cladẽ Clodoueo nunciaret. Hac uictoria fretus Grimoaldus:omnem puinciã statim in potestatem suã redigit. Eugenius aũt põtifex:uir miræ pietatis:religiõis:mãsuetudinis:comitatis:munificentiæ:pontificatus sui ãno secundo:mense nono moritur:ac in basilica Petri sepelit quarto nonas iunii. Vacat tum sedes mensem unum:dies octo & uiginti.

❡ VITALIANVS.

VITALIANVS patria signinus ex oppido uolscorum:patre Anastasio:eo tempore pontificatum iniit:quo Cæsarea persaꝝ regina nesciente marito cum paucis fidelibus Constantinopolim uenit:ãno sexcẽtesimo tertio ac.lxxx. Quæ quidem ab iperatore honorifice suscæpta:non multo post characterem baptismi suscæpit:cuius rei causa profecto uenerat. Hoc ubi intellexisset psaꝝ rex:legatos statim Constãtinopolim mittit:qui uxorem ab imperatore repetant. Respondet imperator in arbitrio reginæ esse standi uel discendendi:proinde eã sciscitentur. Interrogata regina respondet nunꝗ redituram in patriã:nisi rex christiani nomen suscipet:qui stati re cognita cum quadraginta millibus hominũ Constantinopolim pacato agmĩe ueniẽs:pbenigne ab imperatore suscæptus:una cũ militibus suis baptizatus:in regnũ cum uxore reuertitur. Postea uero Constantius Constantino filio ĩ partem imperii suscæpto:comparata ingenti classe Constantinopoli soluens: Tarentũ puenit:copias etiam terrestres nauibus onerariis secum uehens. Inde uero terrestri itinere in Sammiũ ueniens:obsidere Beneuentum instituerat. Verum ubi intellexit urbem ualido præsidio:multisq; cõmeatibus Rhomoaldi diligentia munitam esse: Luceriã mouens:urbem ui cæpit:ac direptam solo æquauit. Inde aũt Acherontiam profectus cũ urbem munitissimã capere nõ posset:Beneuentum oppugnare adhortus statim obsidionẽ soluit: ꝗ intellexerat Grimoaldum propediem cum magnis copiis affuturum:ut filio Rhomoaldo opẽ

ferret:Neapolim igitur primo:mox Romam Inde Constantius petens magna incõmoda in itinere passus est:Saburro aũt ciue romano cum.xx.millibus hominũ apud Phormias relicto:qui hostes reprimeret tandem ad urbem ꝑuenit:ꝓdeunte obuiam pontifice cũ clero & populo usq; ad sextũ lapidem honoris causa.Ductus ꝑ urbem plaudente multitudine ad basilicam Petri pallium auro intertextum sancto obtulit.Interim uero Rhomoaldus patris auxilio fretus:Saburrum aggreditur & superat:ac plurimos græcos interficit. Hac desperatione motus Constantius:quinta posteaq̃ urbem ingressus est die:ad dirreptionem conuersus:omnes statuas ex ære & marmore ad ornatum urbis locis insignibus positas:omnia ecclesiaꝶ ornamenta paulo decentiora distrahit:ac nauibus ad id subuectis imponit:plusq; ipse ornamẽtoꝶ septem diebus urbi detraxit:q̃ barbari antea ducentis & quinquagintaocto annis.Ne dicãt maliuoli:& historiarum ignari:Gregorii pontificis iussu cõminutas esse maiorum statuas & monimenta.Duodecimo aũt die Roma in malam rem abiens:græculus neq̃ & perfidus Neapolim cõtendens:inde quoq; in Siciliam proficiscitur:ubiq; tributa adeo acerbe colligens:ut filii obærari a parentum complexibus diuellerentur.Cõmoratus aliquãdiu in Sicilia homo auarissimus:dũ Syracusis in balneo libidinis uacat a suis occidit̃:in eiusq; locũ Mezẽtius:cuius fraude necatum putãt Constantiũ imperator a militibus creatur. Magna fuit ĩ hoc hoĩe uarietas:nã primo quidẽ ubi intellexit Vitalianũ pontificatum inisse:nuncios misit:qui ei suo nomine gratularent̃:quiq; euãgelia aureis lĩtteris scripta:ac multis gẽmis ornata beato Petro cõdonarẽt.Deinde uero mutata sententia:nec diis nec hominibus pepercit diuina humanaq; omnia cõfundens.At Vitalianus cultui diuino intentus:& regulam ecclesiasticam composuit:& cantũ ordinauit adhibitis cõsonantiam(ut quidam uolunt)organis.Theodorum quoq; archiepiscopum:& Hadrianũ abbatem uiros doctissimos atq; optimos ĩ Britaniã mittit(quam Angliam uocãt) cum magna potestate ligandi & soluendi:quo britannos in fide prædicationibus & exemplo continerent.Fecere mandata:ac quidem diligenter uiri optimi.Librũ præterea Theodorus scripsit:quo declarauit:qua pœnitentia dilui unum quodq; peccatum posset.Sũt tamẽ qui hoc opus Theodoro pontifici ascribant.Vitalianus aũt bene & ex sẽtẽtia quantũ ĩ eo fuit gubernata ecclesia:ãno.xiiii.põtificatus sui:mense.vi.morit̃:ac sepelit̃ ĩ basilica Petri.vi.calendis Februarii.Epãtus aũt tũ uacat mẽ.iiii.diebus.xv.

ADEODATVS.

ADEODATVS patria romanus:patre Iouiniano:ex monacho pontifex creatur:eo tempore potissimum quo lupus Foroiulianoꝶ dux regnũ Italiæ occupare conatus ẽ.Grimoaldus enim(ut diximus)a filio Rhomoaldo duce Beneuentano contra Constantium imperatorẽ in auxiliũ accitus:Lupo(ut aiũt) regnũ & oues cõmendauit.In Hetruria enĩ Aemilia & transpadana Italia omnia tumultu Lupus inuoluit.Hãc ob rem Grimoaldus Bauaros duce cacanno in Lupum pecuniis & pollicitationibus mouet:qui primo congressu a Lupo superati sũt. Verũ sequenti die prælium repetentes:Lupum superant & obtrũcãt:ac totum forumiulii diripiunt. Grimoaldus aũt abeunte ex Italia Constantio in Cisalpinam rediens:Forum Popilii sabbato sancto aggressus:cæsis oĩbus diripuit ac solo æquauit:propter iniuriã quã eo loci a rauennatibus accæperat:cum ĩ auxilium filii proficisceretur. Dũ uero Arnefites Lupi filius adiuuantibus dalmatis ducatum paternũ repetit:ad Narisonẽ fluuiũ a longobardis superatus:duce Vectari uicentinoꝶ comite cæditur.Opitergini quoq; hanc calamitatem sensere.Domo enim & patria pulsi sunt:quia Arnefitis studiosi erãt.In Sicilia uero tum quoq; laboratum ẽ:eo enim ex oĩbus prouinciis romanis profecti milites sunt: ad opprimendũ Mezentiũ:cuius dolo Constantius interfectus fuerat:quo sublato cũ omnes passim dilaberent̃:superuenientibus cũ magna classe saracenis & Syracusæ & tota insula occupatur.Vnde postea onusti præda Alexandriam redeuntes:urbis quoq; Romæ ea ornamenta secum detulere:quæ cõstantius Syracusas aduexerat eo animo: ut inde Constantinopolim trauicerentur.Indicabant ꝓfecto tot clades:tot mala:& stella crinita:quam græci cometem appellant:quæ tribus continuis mensibus apparuit:&

pluuiæ magnæ:ac frequentia tonitrua:qualia nunq̄ antea fuere. Sed cæcum est humanum genus.& si enim futura præuidet:nõ tamen ut deceret sibi cauet. Ferũt autem his frequentibus pluuiis oẽs segetes conculcatas iterum renatas esse:& ad maturam frugẽ peruenisse:in Cisalpina potissimũ. Interea uero Adeodatus uir religione & omni comitate præditus:in delinquentes clemens: in pauperes beneficus:in hospites benignus: erga calamitosos misericors:ecclesiá beati Petri uia portuensi iuxta pontem Meruli tum instaurauit ac dedicauit. Auxit & monasteriũ sancti Herasmi in coelio mõte ædificiis & fundis:ubi ipse monasticam uitam duxerat. Supplicationes quoq; frequẽtes habuit ad abolenda prodigia:quæ diximus tum apparuisse. Demũ uero pontificatus sui anno iiii. mensibus duobus:diebus quinq; uir sanctissimus moritur:& ab omnibus fletus ad basilicá Petri sepelit̃ sexto calendas Iulii. Vacat tum sedes mens.iiii. dies.xx.

DONVS.

DONVS Patria romanus:patre Mauritio:eo tempore põtificatum iniit: quo Grimoaldus longobardoꝝ rex moritur nono die post phlebotomiá in brachio factam:dũ arcu in columbá sagittá acriter intendit. quod fieri non sine magna neruoꝝ & uenarum contentione solet unde sanguis sine ulla intermissione ꝑdiit. Fuere in hoc rege multæ præclaræ corporis & animi dotes. Tantum enim prudentia & consilio ualuit:non solum in rebus externis:uerum etiam in domesticis:ut quædam capitula ac quidem utilia Rhotaris regis edicto addiderit:quæ postea legis formá accæpere. Fuit præterea mediocris staturæ:corpore ualidus. capite caluo:promissa barba:nec animo minus in rebus agendis q̄ corpore promptus. Sepultus est autem Papiæ in Basilica beati Ambrosii:quam ipse sua impensa ædificauerat. Pertaris aũt Ariperti regis filius:quẽ pulsum a Grimoaldo diximus dum exul ex Gallia in britanniam traiiceret:icerta uoce admonet̃:ut mortuo Grimoaldo regnũ paternũ repetat:q̄ quidẽ uoce permotus:licet incertus haberetur auctor:in Italiam rediens tertio mense post Grimualdi mortem:regno paterno sine contentione potitus est. Eodem ferme tempore Dagobertus francoꝝ rex uir callidi & astuti ingenii:nec consilio minus q̄ manu prõptus moritur cuius animam e manibus dæmonũ liparæam in insulá ꝓpe attingentium liberatam ferũt:Dionisii ac Mauricii martyris ac etiá Martini cõfessoris auxilio quos semp dum uixit:ut patronos coluit:& templis honoratiores reddidit. Donus aũt põtifex honori & cultui diuino consulens:uestibulum beati Petri(quod paradisum uocant) quadriportum marmoribus strauit:sublatis(ut arbitror)ex illa pyramide:quæ in uaticano est e regione molis adrianæ. Instaurauit præterea &.restitutas dedicauit:ecclesiam apostoloꝝ uia hostiensi:& ecclesiam beatæ Euphemiæ uia appia sitam. Clerum quoq; diuersis ordinibus distinxit :& honoribus auxit. Monachos uero quosdá Syros cum Nestorianis sentientes in monasterio Boetiano deprꝑhensos & castigatos:i uaria monasteria diuisit:boetianumq; Romanis incolendum tradidit. Præterea autem tãtum ualuit doctrina & sanctitate uitæ:ut Rauennatũ ecclesiam a romana iam pridem segregatam & ob eam rem Aliocaphalim appellatam:sedi apostolicæ obtemperantem reddiderit Theodoro eiusdem ecclesiæ præside in hanc opinionem descendente. Sũt etiá qui scribant huius temporibus & ꝓiectum episcopũ in agro cameracensi ob fidem christi martyrii poenam & gloriá subiisse:& Mezelindim foeminá incomparabilis pudiciæ tum habitam:quæ ab Ardenio amatore petita:& uariis cruciatibus affecta etiam pro persecutore ob crimen dei nutu occæcato:ita orauit ut eius precibus homini scelesto:& intẽperanti lux tandem sit reddita. At Donus pontificatus sui anno quinto: mense quinto die.x. moritur ac sepelitur ad basilicam Petri apostoli tertio idus aprilis:cuius in morte episcopatus uacat mensibus duobus:diebus sexdecim.

AGATHO.

AGATHO Natione siculus:patre romano:Anno domini septingentesimo secundo:ex monacho põtifex creatur:uir certe tãtæ sanctitatis:ut leprosũ obuium factũ osculo suo statim liberauerit. Tantæ præterea mansuetudinis & humanitatis fuit:ut neminé a se unq̄ tristé dimiserit. Nactus itaq; imperatoré moribus

suis haud quaꝗ̃ dissimilem monothelitarum causa concilium habere constituit. Expectauit itaqꝫ donec Cōstātinus a bello ī patriam rediret: qui saracenos a se uictos imperio romano uectigales reddidit. At uero cum Bulgari ex Scythia uenientes Thratiá tum inuasissent: eorūqꝫ impetum retardare imperator conaretur: ab hostibus Pānon[illegible] & Mesiam ingenti clade superatur. Hanc ob rem pacem non æquis cōditionibus inire necesse fuit. Pannonia siquidem & mesia his ad incolendum concessa est: non sine magno reipublicæ christianæ emoluméto & cōmodo. Ii enim tanꝗ̃ propugnatores nostri: bellum iam septingentis & septuaginta annis contra turcos christiani nominis hostes assidue gerunt. Pace itaqꝫ hac ratione parta: Agatho pontifex statim legatos Constantinopolim mittit: Ioannem portuensem episcopum: & Ioannem Romanæ ecclesiæ diaconum. Hos perbenigne suscæptos mira charitate Constantinus adhortatus est: ut omissis cauillationibus & sophisticis altercationibus: ex æquo & bono omni controuersia sublata duas ecclesias unam tandé facerent. Aderát in ea synodo ducenti & octogintanoué episcopi. Delati in medium sunt imperatoris iussu e bibliotheca Constátinopolitana libri: unde antiquoꝝ patrū sententiæ & decreta perlegerent. Inuertebant ueras maiorū sententias Gregorius patriarcha Cōstátinopolitanus: & macharius átiochenus: unam tantú uoluntatem & operationé in christo esse diiudicantes. Veꝝ cum orthodoxi rationibus & auctoritatibus instarent: ac Gregorium in ueram sentétiam deduxissent: Macarium pertinacé anathematizant: eiusqꝫ sectatores: & Theophanium abbaté uera sentientem in locum Macarii antiochenum episcopú creant. Hac autem re ex sentétia fœliciter gesta: ut deo gratiæ agerentur: ꝙ utráqꝫ ecclesiam uná fecisset sentétia & animis: Ioannes episcopus portuensis octaua paschæ coram principe ac patriarcha: coramqꝫ populo Constantinopolitano in basilica sanctæ Sophiæ missam latine celebrat: approbantibus omnibus: qui tum aderant: ueꝝ esse ac sanctum illum sacrificandi morem: & qui aliter sentiūt: a recto & honesto discedere. Hæc est autem sexta uniuersalis synodus ducentoꝝ & septuagintanouem episcopoꝝ Constantinopoli habita: qua Cyrilli: Athanasii: Basilii: Gregorii: Dionysii: Hilarii: Ambrosii: Augustini: Hieronymi sentétia conclusū é: duas naturas & operatiōes ī christo eē: explosaqꝫ illoꝝ ꝑtinacia: ꝗ unicá eē ī domino uoluntaté dicerent: unde monothelitæ uocati sunt. Prima enī synodus tricétoꝝ & xviii. patrum (ut antea diximus). Nicεæ habita est: pontifice Iulio: ac Constantino principe contra Arium: qui diuersas intrinitate substantias ponebat. Secunda Constátinopoli centum & quinquaginta patrum: Gratiani principis & Damasi papæ temporibus cōtra Macedoniū & Eudoxū negantes deū eē spiritū sanctū. Tertia in Ephesο ducentoꝝ patrum: magno Theodoxio principe & pontifice Cælestino contra Nestorium cōstantinopolitanū episcopum: qui uirginē nō dei: sed hominis tantum genitricem appellauit: quiqꝫ aliam personam carnis: aliam faceret diuinitatis: & se iunctum alterum esse filiū dei: alterum hominis prædicaret Quarta chalcedoniæ: quæ urbs e regione Bizantii est sexcentoꝝ & triginta patrū: Leone pontifice: & Martiano principe contra Euthicé Cōstantinopolitanū abbaté: qui asserere nō dubitabat christum post humanam assumptionem: nō ex duabus naturis cōsistere: sed sola diuina contenrū esse. Quinta Constantinopoli contra Theodorum & hæreticos omnes: qui Mariam uirginem solum hominem peperisse dicebant: non deum & hominem: qua in synodo constitutum est; ut beata uirgo theotocos diceretur: quia uere deum & hominem pepererat. De sexta synodo satis superius diximus: in qua ēr plurimum ualuere litteræ Damiani episcopi Ticiensis mansueti archiepiscopi mediolanensis nomine missæ: quibus hec potissimum inerát: Hæc est uera dei & hominis fides ut duæ credantur in deo uoluntates: duæ operationes. Ego inquit quantum adiuinitatem & pater unum sumus: quantum uero ad humanitatem pertinet: pater maior me est. Praeterea uero secundum humanitatem eum in naui dormientem cernis: si diuinitaté inspicis: uentis & mari imperat. Agatho uero cuius tempore post lunæ ac solis eclipsim peste ac grauissia qdé laboratú é: pōtificatus sui anno secundo: mense sexto: die quintodecimo moritur: ac sepelitur ad sanctum Petrū quarto idus Ianuarii: cuius morte annum unum: menses quinqꝫ sedes tum uacat.

LEO.II.

LEO Secūdus:natione ſiculus:patre Paulo: uir doctiſſimus fuit latine ac græce:ut eius ſcripta indicāt.Præterea uero adeo muſices peritus eſt habitus: ut pſalmodiam cōpoſuerit:hymnoſq; ad meliorē concentū redegerit:arte exercitatione confirmās.Idē quoq; inſtituit:ut in celebratione pax populo dareť.Sextā uero ſynodū(de qua in Agathone diximus)ita ſuſcepit:ut eoſdē anathematizauerit:quos ſancta ſynodus præſente Conſtantino damnauerat.Cotriuit ēt ſuperbiā præſulum Rauēnatum:quod Agatho incohauerat:Inſtituit enī ne electio cleri Rauennatis ualeret: niſi eadem romanæ ſedis auctoritate cōfirmata fuiſſet.Antea uero hexarchorū potētia fræti:diuina atq; humana oīa pro arbitrio animi miſcebāt:nemini obtēperantes: quaſi romanis pontificibus pares.Leonis quoq; inſtitutū eſt:ac quidē ſanctū:quod utinā hodie obſeruareť:ne ad archiepiſcopatum aſſumptus ꝓ uſu pallii aliorūue officiorum quicq̄ eccleſiæ perſolueret.Cū ex hac largitione multa quotidie mala orireň . Agebanť hec a Leone:cū Rhomoaldus dux beneuentanus cōparato magno exercitu Tarentū:Brūduſium:ac totā Apuliā occupat:eiuſq; uxor Theodata:mulier pietiſſima ex his manubiis non longe a Beneuento baſilicā in honorē beati Petri ædificat:addito ſacrarum uirginum Zenobio.Moriť deinde Rhomoaldus:cui Grimoaldus filius ſine ſtirpe uirili ſuccedens:Giſulpho fratri ducatū reliquit.At Leo in quo præter doctrinā & eloquētia ſingularis religio:mira pietas & clementia fuit:quiq; oēs uerbis & exemplo ad iuſticiam & fortitudinē:humanitatē:benignitatē adhortabať:pōtificatus ſui menſe decimo moriť:ſepeliturq; collachrymantibus oībus tanq̄ publico parente orbati ad baſilicā Petri q̄rto calendas Iulii.Poſt eius mortē menſibus undecim:diebus uno & uiginti epiſcopatus uacat. Breuis fuit huius ſanctiſſimi uiri pontificatus:ſed gloria tanta ut diutius uixiſſe appareat:cum eius nomen omniū laudibus merito celebretur.

BENEDICTVS.II.

BENEDICTVS Iunior:patria romanus:patre Ioanne:abineunte etate chriſto militans:diuinæ ſcripturæ ita operā dedit:ut doctrina & exercitatione ī rebus diuinis ſingularis tū habereť.Addo eius humanitatē:pietatem gratiā in oēs : maxime uero erga pauperes:quibus uirtutibus hominū corda ita ſibi deuinxit: ut tū unus habereť:qui omniū ſuffragiis ī locū demortui Leonis merito ſubrogareť Ad hunc aūt Cōſtantinus īperator hoīs ſanctitate permotus ſanctionem miſit: ut deinceps quē clerus populus exercituſq; romanus in pontificē delegiſſet:eundē ſtatim uerū chriſti uicariū eſſe oēs crederēt:nulla aut conſtantinopolitani principis aut Italiæ hexarchi expectata auctoritate:ut antea fieri cōſueuerat Id enī ratū erat in creādo pōtifice:quod princeps cōfirmaſſet: uel q eius uices in Italia gerebat.Pertharis uero lōgobardorū rex: religionē Benedicti & pietatē miratus:monaſteriū Papiæ ī honorē ſanctæ agathæ ædificat.Eius autem uxor Rhodelīda uiri exemplo ꝓmota:extra mœnia Ticinēſiū baſilicā beatæ uirgini extruit:que ad perticas diciť.Hoc aūt fecere æmulatione moti:q intellexerant Benedictū pontificē Romæ beati Petri apoſtoli:Laurentii martyris ī Lucina:beati Valētiniani uia flāminia:uirginis genitricis ad martyres tēpla magnis ſūptibus reſtituiſſe:eadēq; ophitico & porphyretico lapide:incruſtatione parietū:ope tectorio & uermiculato argenteis atq; aureis uaſis:ueſtibus inauratis & holoſericis exornaſſe . Erat & Perthari in aīo maiora templa extruere:ſed eū retraxit Alalchis longobardus Tridentinus dux:qui elatus uictoria q bauaros ingenti clade ſuperaſſet:ī regē ſuū arma mouet. Verū Pertharis cōparato exercitu hoīem primo īpetu fundit ac fugat: clauſū Tridenti aliquādiu obſidet:quo quidē noctu fuga inde abeunte: Tridente potiť . Tāta præterea Pertharis regis clemētia fuit:ut & hoīem ad ſe redeūtē ī gratiā reciperet & eū Brixianorū ducē creauerit.Sūt qui ſcribant Benedicti tēporibus ſtellā iuxta uergilias ꝑ aliquot dies & noctes apparuiſſe ſereno cœlo inter natalem domini & Epiphaniam.Stellā ipſā apparuiſſe nō negauerī:& quidem crinitā atq; aliquid ꝓtēdētē.Sed de ortu uergiliarum nō coheret:niſi id quoq; ꝓdigioſe factū arbitremur.Aequinoctio.n.uerno oriunť uer-

giliæ:cum sol arietis signũ ingreditur:quod fieri consueuit nono calendas aprilis:occidereq; incipiũt æquinoctio autumnali.q; aũt ex Veseuo monte Campaniæ tãtus ignis tum eruperit:ut loca circunquaq; posita exusta sint:minus mirum uidetur: cũ Plinius ille:qui naturalem historiam scripsit:ex classe cui tum iussu Traiani præerat:ad uisendum spectaculum ꝓfectus consumptus incendio dicatur. Vt cũq; sit:constat tamen nõ ita multo post cædes:rapinas:incendia:mortes principum subsecutas esse:maxime uero Benedicti pontificis:qui ut æque oĩbus ĩ uita carus fuit:ita post mortẽ ab oĩbus ut sanctus:& bene de humano genere meritus celebratur. Moritur autem põtificatus sui mense decimo:die duodecimo:sepeliturq; apud beatum Petrum idibus maii. Eius aũt in morte sedes uacat mensibus duobus:diebus quindecim.

¶ IOANNES.V.

IOANNES Quintus natione syrus:patria antiochenus patre Cyriaco: pontifex creat᷑ eo ferme tempore:quo imperator Cõstantinus decimoseptimo ĩperii sui anno morit᷑:filio Iustiniano secundo in imperio relicto:qua quidẽ tempestate saraceni Lybiam & Aphricam iuasere:omniaq; mari exposita haud magno negotio occuparunt. Verum Iustinianus confirmato aliqua ex parte imperio:ac cõparatoq; satis magno exercitu ĩ saracenos mouens:eorum duci Abimelech(quem admiratum uocãt)tantũ terroris incussit:ut ultro pacem petierit:atq; Aphricã restituerit. Sũt qui scribant pacem in decenniũ his concessam:hac cõditione tamẽ:ut mille nummos aureos seruũ unũ ex gente sua equo insidentem romano imperatori singulis diebus pẽderent. Ioannes itaq; uir singularis religionis & mansuetudinis uno omnium consensu pontifex creatus in ecclesia saluatoris:quæ Constantiniana appellat᷑ ad lateranum ea ratione:qua Leo secundus consecrat᷑ a tribus episcopis: Hostiensi:Portuensi:& Veliterno:quẽ quidẽ morẽ posteri deinceps tenuere. Huius põtificatũ celebrẽ ẽt fecere:& Fœlix Flauiani patruus;uir tãtæ ĩtegritatis & doctrinæ:ut Cõdiperthus Arithpti filius longobardorum rex ei baculũ argẽto & auro ĩsignitũ uirtutis gratia dono dederit: & Ioannes bergomatũ episcopus:cui ob sãctitatẽ & doctrinã reges etiã & prĩcipes honoris gratia assurgere consueuerãt. Ioannes aũt & antea & ĩ põtificatu ualitudinarius:cum libellum de pallii dignitate composuisset:põtificatus sui ãno primo morit᷑: sepeliturq; ad sãctũ Petrũ.iiii.nonas Augusti:eius ĩ morte sedes uacat mẽsibus duobus diebus.xix.

¶ CONON

CONON Thracia oriundus:in Sicilia educatus:inde romanæ ecclesiæ militãs:ex presbytero põtifex creat᷑. Nã dũ Romani Petrũ archiepiscopus:exercitus uero Theodorũ presbyterum ĩ Ioannis demortui locum sufficere conarent᷑:tandẽpost longam altercationẽ in hanc sententiam uenere omnes nutu diuino ĩpulsi:ut Cononem eligerent:uirum certe tanto principatu dignum: si animi dotes: si corporis inspicimus. Erat enim moribus:litteratura:pietate:religione dignitatis specie insignis:quem nonnulli angelicum ob uenerandam caniciem & dignitatẽ formæ appellarunt:animi simplicis & integri:modestiæ & iusticiæ singularis:cõstantiæ & prudẽtiæ plusq̃ humanæ semper est habitus. Hanc ob rẽ e uestigio omnes: ad quos ptinebat eum cõfirmarunt cum maxima acclamatione laudum suarũ. Idem fecit Theodorus hexarchus Rauennas:cui quidem in magistratu mortuo non ita multo post Ioannes platyna in hexarchatu successit:hũc ego crediderim dedisse nomẽ meo natali solo:quod Platyna appellatur in agro Cremonensi positum. Nam cum inter hexarchos & longobardorum reges frequentia bella committerentur:haud dissonum uero fit:cum ille locus prope medius inter Rauennam & papiam sit:quarum altera longobardorũ:altera hexarchi sedes haberetur:ibidem aliquando uel pugnatum ẽẽ:uel castra habita:quibus ex rebus locis ipsis plerunq; nomina indita legimus:ut in eodem agro uitellianam oppidũ a uitellianis castris & uicum bebrignanum non longe a Bebriaco Othonis clade in signem uidemus. Ad Conoem redeo:qui post initum pontificatũ statim in ualitudinẽ incidit:unde Paschalis archipresbyter:ac thesauri põtificis dispensator regnãdi cupidus: Ioannem hexarchũ pecunia solicitat:ut eius suffragiis post mortẽ Cononis põtificatus

sibi decernatur. Accæpit pecuniam Hexarcus: quanq̃ nihil eorum que ꝓmiserat deinceps præstiterit. Non erat certe alio proemio q̃ frustratiõe dignus homo auarus: & imperandi cupidus: qui thesaurum ecclesiæ: qué mandato Cononis: tum í elemosynas pauperum: tum in restitutionem temploꝝ erogare debuerat í largitionem effuderit: quo nihil potest esse in uiro præsertim ecclesiastico detestabilius. Hoc non fecisset Gubertus episcopus britannus: uir ea tẽpestate doctrina & íntegritate uitæ insignis: nõ Leodegarius martyr episcopus Augustudinensis: qui Theodorici francoꝝ regis iussu interfectus est: q eum persæpe tyrannidis arguerit. Non Audocnus Rhotomagensis archiepiscopus: doctrina & sanctitate nulli secundus. Ii enim non in ambitione & auaritia: sed í deo & doctrinam spem oẽm suá collocarũt: unde postea condignam: cũ apud deũ: tum apud hoíes accæpere mercedé foelicitatis eternæ ac gloriæ. Moritur aũt Conon pontificatus sui mense undecimo: die tertio: sepeliturq; ad sanctum Petrum undecimo calendas octobris. Vacat tũ sedes mẽsibus duobus: diebus tribus & uiginti.

SERGIVS.

SERGIVS Natione syrus: patria Antiochenus: patre Tiberio: Adeodati pontificis tempore Romá ueniés in cleꝝ Romanũ asciscitur. Deinde uero ob eius doctrinam & diligentiam circa mysteria ac rem diuinam: per ordines cõscendés sanctæ Susánæ ad duas domos præsbyter cum titulo eius loci creat. Frequétare tum magis atq; magis cœmeteria cœpit eisdemq; in locis soléníа celebrare: qua ex re tantum sibi nominis comparauit: ut defuncto Conone í eius locum suffectus sit nõ sine altercatione tamen. Populus enim romanus bissariam diuisus: hinc Theodorum: hinc Paschalem archidiaconũ petebat. Irruperat iam Theodorus cum factione sua interiorem parté episcopatus lateranensis: exteriora uero Paschalis occupauerat ab oratorio sancti Syluestri usq; ad basilicam domus Iuliæ: quæ campo imminet. Verum cũ ibi tanta altercatio & rixa esset: ut de pugna nõ ambigeretur: cũ alter alteri cessurus nõ uideretur: nisi ui & armis pulsus princeps ciuitatis elen militiæq; Romanæ unũ í locũ secedentes: quid maxime fieri oporteret ad tollédam seditioné cõsultant. Tandé uero re ipsa discussa: cũ neutri eorum qui ob ambitioné tantos motus cõcitauerat demandádum pontificatũ censerẽt: dei nutu nemine aduersante Sergium pontificem deligunt: eundemq; e media turba humeris tollentes: primo in oraculũ Cæsarii martyris: mox í lateranensem episcopatũ detulerũt: refractis ui foribus: repulsisq; his qui locum occupauerant. At uero Theodorus cognito omnium consensu Sergium pontificem salutat & osculatur. Idem fecit Paschalis alter cõpetitor: licet inuitus: cogéte multitudine quæ armis circunstrepebat. Hic tamen clanculũ Ioannem platynam Hexarchum Rauennatem litteris nũciis & pollicitationibus adeo concitauit: ut que antea pollicitus erat: largitione corruptus tandem præstaret: ut idem Ioannes Romá confestim ueniret nullis præmissis nunciis quo negligentes & incautos opprimeret. Verũ ubi intellexit Sergiũ omniũ consensu pontificem declaratũ: instaretq;: ut quæ Paschalis pollicitus erat sibi: præstarentur aduersante Sergio: q tãtam largitioné improbaret: donaria quædá ex Basilica Petri sustulit. Veꝝ Paschalis tanti mali causa: magices accusatus & cõuictus: ut sortilegus archidiaconatu priuatur: í monasteriũq; pœnitentiæ causa retruditur: ubi quinquénio post eadem semp ꝓtinacia usus moritur. Interea uero cũ í deũ Iustinianus tum in homines mira íconstãtia usus: & saracenos & bulgaros præter fœdera pacis initæ adorit: a quibus certe plus incõmodi accæpit q̃ intulit: & Constantinopolim rediés a ciuibus omnibus odio habitus q sæuitiam præfecti urbis cõpescuisset: synodũ habuit í qua nõnulla approbata sũt orthodoxæ fidei nequaq̃ congruentia. Eadem quoq; Sergii apocrisarius qui tũ Cõstantinopoli erat: subscriptiõe sua ístolidæ nimiũ cõfirmauit. Veꝝ cũ postea Romá delata a Sergio exploderẽt: q nõ unã: sed duas í christo naturas tenebat: ac uirginé ΘΕΟΤΟΚΟΣ fuisse: ira ꝑcitus Iustinianus Zachariá ꝓtospatharium (qué nos pricipé militiæ dicere possumus) Romá: misit q Sergiũ ad se uinctũ traheret: qđ ubi sésere milites hexarchatus italici raptis ꝓpere armis: nõ solũ põtificé a tãta iniu-

ria tutati sũt. Verũ etiam parum abfuit quin Zachariam occiderent: quem põtifex ad se cõfugiẽtem in cubiculo suo aliq̃diu conseruatum: clanculum ad imperatorem remisit. Agebantur hæc Romæ cum Leontius annuente Gallanico patriarcha plæbe Constantinopolitana ad arma excita: refractis omnibus custodiis urbis unde multi nexi pdiere. Iustinianũ imperio deiæcit: ac truncis naribus exulatũ in chersonesum ponti mittit. Hæc cũ itellexisset Abimelech saracenoꝝ admiratus: Aphricam statim inuadit seditionibus Constãtinopolitanorum frætus: eo propere & Leontius copias suas mittit: quæ barbaroꝝ impetum retardarent. Veꝝ nõ ita multo post seditione inter eos orta: Tiberium quẽdam ciuem Cõstantinopolitanum imperatorem creant: qui confestim Constantinopolim cum exercitu ad nauigans Leontium capit: & eodem affectum supplicio: quo Iustinianum diximus in carcerem cõiicit: maiori ludibrio hominẽ reseruãs. Philippũ præterea Nicophori patricii filium: qui ei in adipiscendo imperio fauerat: in exilium mittit: quod æqualibus suis narrauerat se per quietem uidisse Aquilam caput suum alis obregere: ueritus ne imperiũ adolescenti portenderetur. Dum hæc Cõstantinopoli agerentur: Pipinus Austriæ gubernator & dux: occupandi regnum Franciæ fũdamenta iæcit. Cum enim intellexisset Bertarium quẽdam ignobilẽ: cuius opera Theodoricus Frãciæ rex plurimũ utebatur: omnibus odio esse: coactis in unum ingentibus copiis in Galliã traiicit: ac Theodoricum cum Bertario obuium factum: collatis signis fundit fugatq;. Salutem sibi Bertarius fuga quæsiuit. In regnum uero Theodoricus sese recipiens. Pipinum uictorem pace sequestra regni gubernatorem & maiorem domus (ut galli aiunt) efficit. Is autem in Austriam rediẽs: q a Germanis & sueuis uexari suos ĩtellexerat: superatis hostibus in Franciam denuo rediit: quod mortuo Theodorico regnum ad Childepertum eius fratrem peruenisse cognouerat: eo perueniens & a rege pbenigne susceptus: cum filium Grimoaldum domus regiæ gubernatorẽ instituisset: ĩ Sueuos & Germanos iterum rebellantes infesto animo rediit. At uero Sergius pontifex relegato Iustiniano pace ac quiete usus: basilicã Petri ablatis ruderibus renouatisq; tignis: stillicidiis: ac parietibus. in antiquam formam restituit. Frontispiciũ basilicæ opere uermiculato exornauit: candelabra atq; alia templi ornamenta ex auro & argẽto cõfecit in eadem basilica: & partem dominicæ crucis inuenit in capsula ænea: & beati Leonis corpus uilius usq; ad tempora sua iacens q̃ eius merita requirebant: honestiore ac celebratiore loco reposuit. Statuas apostolorum uetustate exoletas renouauit. Multaꝝ præterea ecclesiarum: quas cõmemorare longum esset: ornamẽta collapsa: uel restituit: uel noua de integro fecit. Constituit præterea: ut in fractione dominici corporis caneretur Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis: ut letaniæ quoq; a sancto Hadriano quotannis ducerentur p urbem: die annuntiationis sanctæ genitricis ac sancti Simonis istituit. Rauennatibus autem Damianũ: Berflauardum uero Britannis archiepõs dedit. Ecclesiam aquileiensem quintam synodum non omnino approbantem ad sanitatem doctrina & auctoritate sua tandem perduxit. Sunt qui scribant Lambertum uirum sanctissimum apud Leodium ea tempestate martyrium subiisse: q Pipinum repræhenderit: qui uxori pellicem Alpiadem superinduxerit. Hoc autem facinus ipsius Alpiadis fratrem cõmisisse: qui postea morbo pediculari consũptus est. Sunt etiam qui scribant Sergii uirtute & sanctitate Saxones tum primum fidei nostræ characterem sũpsisse. His tot rebus uir sanctissimus insignis: põtificatus sui anno .xiii. mense octauo: die tertio & .xx. moritur: & in basilica Petri collachrymantibus oĩbus præ dolore ob amissum põtificem cõmunem omnium parentem magno funere sepelitur .vi. idus septẽbris. Vacat tum sedes mensem unum: diebus uiginti.

IOANNES.VI.

IOANNES Sextus: natione græcus: eo tempore põtificatum iniit: quo Theophilacius hexarcus Italiam petens: primo in Siciliam uenit: quod ubi sensere milites itali ueriti: nequid mali eius aduentus portẽderet: q superioribus tẽporibus fere magis cum pontificibus q̃ cũ iperatoribus sensissent: ingressurum urbem

Romã interficere cõstituerát. Ve℞ Theophylacius auctoritate Ioánis põtificis defẽsus: qui sequestrũ se íter ducẽ & milites fecerat: cõpositis rebus omnibus Rauénam proficiscitur. Interea uero Gisulphus beneuentanus dux militũ & Hexarchi discordia frætus: Cãpaniam inuadit: Sorã & Arpinũ occupat: uillas incendit: rusticos & pecora abigit: q̃bus malis permotus põtifex: legatos ad Gisulphũ mittit: qui ei mãdent: ut omissis cãpaniæ & hernico℞ oppidis in Sannium reuertatur: q̃ si secus fecerit: breui sensu℞ omnipotentis dei in se iram. His monitis pterritus Gisulphus oppida quæ cæperat restitués Beneuẽtum reuertitur. Captiuos aũt oẽs quoad p ærariũ ecclesiæ sibi licuit Ioãnes redemit ex toto Sãnio conquisitos. At Iustinianus (quẽ diximus) a Tiberio í cheronesum põti relegatũ: inde fugiẽs ad Cacannũ bauaꝶ puenit: a quo primo ita pbenigne suscæptus est: ut ei filiã in uxorẽ spopõderit: ue℞ postea pecunia & muneribus a Tiberio corruptus: hospitẽ & gene℞ ei ꝑdere instituerat. Hoc ubi Iustinianus intellexisset: ad Trebelliũ bulgarorum regem confugit: a quo etiã non ita multo post ui & armis in imperium restituit̃. At uero dũ hæc in Europa agerent̃: saraceni occupata Lybia & Aphrica ex Septa soluentes transmisso Atlantico freto: oẽs Hispanias præter astures & cãtabros occupát. Ii enim sicuti ultimi fuere í Hispania: quos romanũ subigeret imperiũ: ultimi quoq; qui ab eo deficerẽt: soli postremo: qui uesogottho℞ a se discuterent iugũ ita núc demum accæpta christi fide & religione armis se a perfida saraceno℞ gente constantissime tutati sunt. Aphrica igitur quæ a Ballisario primi Iustiniani duce recuperata: centum & septuaginta annis romano paruit imperio: a saracenis una cũ Beticha Hispaniæ (quã núc Granatã uocãt) tum occupata eo℞ moribus & legibus iam septĩgentis & quadraginta annis obtemperat: cũ maxima christiani nominis ignominia. Et si hispani qui iactare ingenium & fortitudinẽ solent: nequeant tantam labem ab Europa propellere. Sunt qui scribant Bedam: qui eisdem tpibus fuit: hác calamitatem litteris ad principes christiani noĩs scriptis lamẽtatum fuisse: quo bellum in hostes dei atq; hoĩum susciperẽt. Beda enim præter græce atq; latinæ linguæ doctrinã: quã nõ mediocriter tenebat: ob religionẽ etiã atq; modestiã uenerabilis cognomẽtũ adeptus est. Scripsit enĩ multa ĩ actus apostolo℞: in Lucã. Edidit & librũ de tpibus & Homelias plærasq;: quibus multum gallici sacerdotes utunt̃. Strabo quoq; & Haimo uiri doctissimi Bedæ fratres sunt habiti: quo℞ alter plærasq; homelias eleganti sermone composuit: alter uero genesim cõmentatus est. At Ioannes pontifex restituta basilica sancti Andreæ in uaticano; sarctoq; tecto diui Marci: atq; ornato altari principis apostolo℞ Petri: ductis colũnis dextra leuaq;: moritur pontificatus sui anno. III. mense. III. martyrio: ut quidam uolũt. Sed a quo martyriũ passus sit: non satis constat. Sepultũ ad Catoecũbas sebastianas uia Appia quidã affirmãt. Eius ex morte uacat tum sedes mẽsem unũ: dies undeuiginti.

IOANNES. VII.

IOANNES Septimus: natione græcus: patre Platone: eo tempore pontificatum iniit: quo Iustinianus Cõstãtinopolim reuersus: Tiberium & Leontiũ a quo fuerat imperio deiæctus spectante populo ĩterfici iussit. Multos præterea ex inimicis e medio sustulit uario genere mortis: plærosq; in carcerem coniæcit: quo℞ de numero quotidie aliquẽ supplicio afficiebat: cum nares emungẽdo illatæ iniuriæ reminiscebatur. Præterea uero Gallanicum patriarcham constantinopolitanum confossum oculos: Romam exulatum misit: Cyrumq; abbatem: cuius munificentia ĩ Ponto uixerat in locum Gallanici patriarcham sufficit. Eadem uero stulticia uexatus: qua fuerat ante amissum imperiũ Sergio pontifice duos metrapolitanos Romã misit: qui Ioannẽ adhortarentur: ut habita synodo: quæ de Homusio crederẽt orientales: eadem uera etiam occidentales affirmarent: præpositis libellis: in quibus ei subscribendũ erat. Hoĩes aũt re infecta ad imperatorẽ põtifex remisit: neq; tamen (ut par erat) errores male de deo opinantiũ emendauit censuris & interdictis: quemadmodum cõstantem pontificem decuisset. Sunt qui scribant (sine auctore tamen) Arithpertum longobardorum regem religione motum: condonasse alpes cochias beato Petro: & quicquid a

Taurinis & medulis genuam usq; Lygusticam protenditur. Alii aũt affirmant donatio
nem ipsam ab Arithperto cõfirmatam fuisse. Verum cum de donatione nil certi habe
atur: paleamq; pontificii iuris periti appellent: quod sine frumento sit: nihilq; constãtinia
næ elegantiæ ac dignitatis habeat: quomodo de confirmatione constabit? Ad Ioannem
pontificem redeo: uirum certe multæ eloquentiæ & sanctitatis: qui in basilca Petri ora
torium (ita enim appellant) locum orãdi in honorem dei genitricis extruxit: cuius parie
tes uermiculato opere intecti: dextra læuaq; quorũdam sãctorum patrum uultus ostẽ
debant. Basilicam præterea sanctæ Eugeniæ restituit: iam pridem uetustate collapsam.
Cœmeteria quoq; sanctoꝝ martyrũ Marcellini: Marci. Damasiq; pontificis exornauit.
Postremo uero multas basilicas pictura & statuis sanctorum cultiores reddidit. Has au
tem qui cernebant ipsum pontificem intueri uidebantur: unde exemplaria grauitatis
& dignitatis pictores ac statuarii sumpserant. Moritur autem Ioannes secundo ponti-
ficatus sui anno: mense septimo: die. xvii. sepeliturq; in Basilica Petri ante altare dei ge-
nitricis: quod ipse extruxerat: quintodecimo calendas nouembris. Eius autem in mor-
te tribus mensibus sedes uacat.

❡SISINIVS

SISINIVS uel (ut alii uolunt) Sosimus natione Syrus: patre Ioanne. xx. tantum
diebus in pontificatu uixit: quo quidẽ tpe ferũt sãcti benedicti corpus e mõ
te cassino furto sublatũ pp solitudinẽ loci & ĩ Galliã trãslatũ fuisse. Sosimus
aũt licet podagra & chiragra ita laboraret: ut neq; ambulare: neq; cibũ capere posset: ta
mẽ ita urbis Romæ & reipu. christianæ curã gessit: ut nil prætermiserit: & ante pontifi
catũ & in ipso magistratu: quod bonũ põtificẽ deceret. Iã enĩ materiã oẽm parabat: qua
& mœnia urbis & tẽpla uetustate collapsa in meliorẽ formã restitueret: celebrationaq;
redderet. Verum subita morte correptus: ĩ basilica Petri sepelitur. viii. idus nouembris.
Vacat tum sedes mensẽ unũ: & dies decem & octo.

CONSTANTINVS.

CONSTANTINVS Natione syrus: patre Ioanne: eo tpe põtificatũ iniit quo
Romæ triẽnio fame laboratũ ẽ: qua qdẽ in re ita oẽs tũ: uel maxime paupe-
res iuuit: ut Cõstantinũ cœlitus missũ homines arbitrarẽt. Interea uero Iu-
stinianus odio põtici nois Mauritium patricii ordinis uirũ. & Heliam spatariũ in Cher
sõnesũ ubi exulauerat cũ classe mittit: qui oẽs pubertatem supgressos occideret. Fece-
re mãdata præfecti classis: ut rabiẽ ĩperatoris explerẽt. Et ne ĩ hoĩe solã crudelitatẽ fuis-
se existimes: tantæ igratitudinis fuit: ut Trebelliũ regẽ: cuius ope & copiis ĩ imperiũ re-
stitutus fuerat: cũ Thracibus cõtendentẽ de ĩprouiso hostili manu adortus sit: quẽ cer-
te Trebellius nõ modo sustinuit: uerũ etiã cũ detrimẽto repulit. De pristina uita ob ca-
lamitates quas ppessus fuerat Iustinianus nil ĩmutauerat: preter hoc tantũ: quod sedẽ
apostolicã contra atq; antea cõsueuerat: ueneratione deinceps obseruauit tutatusq; est.
Nam cũ fœlix archiepiscopus Rauẽnas ordines a romano põtifice accæpisset: cogeret
q; de more formulã obtẽperandi scripto: & pecunia Romã mittere: neq; id præ arrogã
tia faceret. Iustinianus re cognita Theodoꝝ patriciũ classis præfectũ statim admonet:
ut primo quoq; tpe ex Sicilia in Rauẽnates moueat. Is aũt dicto imperatoris obtempe-
rãs: & Rauennates prælio superatos: maximis affecit cladibus: & Fœlicẽ cathenis uictũ
Cõstantinopolim misit: quẽ postea Iustinianus in põtum relegauit: orbatum prius lu-
minibus æneo uase concauo: ac quidẽ cadente diu inspecto. Inde enĩ pyramis ignea exit
quæ facillime oculoꝝ aciẽ pstringit & occæcat. Nequaq̃ tamẽ hanc ĩcæutiã Cõstanti-
nus pbauit redigere enĩ hoĩem ad sanitatẽ uolebat: nõ tantis malis affici. Interea uero
cũ hæc a põtifice & ĩperatore agerent: Aisprãdus regnũ auitũ repetẽs: auxilio Bauaroꝝ
fractus: ĩ Italiã descẽdẽs collatis signis cũ Arithpto dimicat & uicit: regnoq; lõgobardo
rũ potit. Arithpto ipso dũ trepide nimiũ aufugit ĩ rapido fluĩe submerso. Veꝝ Aisprã
dus nõ ita multo post moriẽs: luithprãdũ filiũ regni successorẽ approbãtibus oĩbus re
liqt. Iustinianus aũt uidẽdi Cõstãtini põtificis admodũ studiosus hoĩem rogat. ut ad se
pficiscat premissa classe quo tutius nauigaret. Appropiqti ãt urbi regiæ cõstãtino Ti-

berius Iustiniani filius cum regio comitatu: & Cyrus patriarcha cum omni clero honoris causa ad octauum lapidem obuiam prodeunt: eumq; camelanto pontificali amictu indutum solenni pompa urbem ingressi in regiam perduxere. Inde uero Nicomediam proficiscens: quo uenturus & imperator Nicea erat: non secus q̃ Constantinopoli a nicomediensibus suscipit. Iustinianus auté non ita multo post urbé ingressus: nõ solú pontificem amplectitur: uerum etiam eius pedes uenerationis causa exosculatur. Cum uero sequẽtibus diebus multa inter se collocuti fuissent: confirmassetq; Iustinianus põtificum decreta: Constãtinus abiens hominem adhortatur: ne in Philippicum Chersone exulentem grauius aliquid decerneret: ueritus ne aliquid mali oriretur: q̧ Philippicum magni animi esse & consilii uirum intellexerat. Verum Iustinianus consilio pontificis bene monentis nequaq̃ obtẽperans: classem in Pontum mittit: eo animo ut Philippicum interficeret: qui quidem deficientibus ad se militibus: eadem classe usus duodecimo ab urbe Constantinopoli miliario: cum Iustiniano & Tiberio dimicãs: eos uincit & interficit: imperioq; statim omnium consensu potitur. Deinde uero Cyro patriarcha in Pontum relegato: q̧ bene cum pontifice romano sentiret: in eius locum Ioanné monachum haeresiarcham sufficit. Cuius quidem dogmata statim Romam misit: mandauitq; ut omnium consensu approbarentur. At Constantinus habita synodo non modo Philippici & Ioannis monachi opiniones improbat: uerum etiam decernit: ut sanctorũ patrum imagines: qui sex conciliis ab omnibus probatis interfuerant: in porticu beati Petri depingerẽtur: cum intellexisset eas a Philippico e parietibus sanctae Sophiae ignominiae causa abrassas fuisse. Praeterea uero idem pontifex constituit: ne imperatoris haeretici nomen publicis scriptis aut priuatis in aere: argento: plumboue reciperet. At Anastasius cognomento Arthemius sumptis armis Philippicum imperio deiicit: anno primo: & mense imperii sexto: eumq; captum oculis priuauit. Litteras praeterea ad Constãtinum pontificem mittit: quibus se catholicae fidei ac sextae synodi acerrimum defensorem futurum pollicetur. Veru hic quoq; triennio post a militibus spretus imperio deiicitur: cogiturq; a Theodoxio: qui in eius locum suffectus est: sacros ordines recipere: ne ei sacris initiato amplius redire ad imperium liceat. Theodoxius autem catholicus imperator statim imagines sanctorum patrũ (ut diximus) a Philippico demolitas restitui pristino in loco mandauit. Foelix uero (quem diximus) in pontum a Iustiniano relegatú a pristina haeresi discedens in patriam reuertitur: ac sedé unde pulsus fuerat repetit. Declaratum est etiam eodem tempore Ticinensem episcopum romanae sedi tantum: non etiam Mediolanẽsi archiepiscopo obtemperare debere. Ea enim de re magna & diuturna inter utrunq; antistitem contẽtio fuerat sunt qui scribant duos reges Saxonum hoc eodem tempore Romam uoti & religionis causa uenisse: mortuosq; ibidem esse peste ut arbitror. Post hos uero non ita multo post moritur Constantinus septimo pontificatus sui ãno: die. xx. ac ĩ basilica Petri sepelitur tertio idus Februarii. Sedes auté huius in morte mensem unum: & dies quadraginta tum uacat.

GREGORIVS. II.

GREGORIVS secũdus patria romanus: Patre Marcello sub Sergio põtifice sacris initiatus: sacellis & bibliothecae praefuit tãtae fidei & ĩtegritatis é habitus. Sumẽs deĩde diaconatus ordinẽ: Cõstantinopolim cũ Cõstantino põtifice pficiscit: ubi cũ acriter disceptaret q̃busdã de rebus ad fidé ptinẽtibus: ita acute respõdit: ut oĩbus ĩgenii sui & doctrinae admirationé iniiceret. Tãtae. n. eruditiõis & facũdiae erat: ut facile cõuinceret male de fide nostra opinãtes. Inito aũt põtificatu: & moenia urbis aliqua ex pte uetustate colapsa ĩstaurat: & trabes basilicae pricipis apostolo℞ Laurẽtiiq; martyris extra muros ãnositate quassas restituit: resarctis tectis ac parietibus: introductisq; d more aqs: cõpaginatis fistulis iã dudũ uetustate & hoiũm ĩ curia uiciatis. Alias quoq; ecclesias restituit: muneribusq; tum aureis: tum argenteis exornauit: quas quidem enumerare longum esset. Non reticebo tamen restitutum esse ab eo monasterium uia hostiensi positum non longe a Basilica Pauli: cuius ruinas adhuc cernimus. Restitutumq; ẽt monasteriũ beati Andreae quod barbare nũcupatur ibiq; dispo-

fitos monachos:q die ac noctu laudes deo canerét. Huius præterea hæc peculiaris laus
est:q eius opera germani ad fidem nostrá conuersi sũt:misso eo bonifacio monachos:
qui eos e tenebris educeret ,pposita ueritatis luce.Ipsorum autem germanog magnã
partem Romam uenienté suis manibus uir sanctus baptizauit.Impulit item sua aucto-
ritate Luithprandum primo quidem recusantem Arithperti donationem(de qua antea
diximus)cõfirmare:qui quidem Luithprandus principio regni sui & Baiouariæ magnã
partem occupat:& Rauennam obsidet ac capit.Eiusdé temporibus tyberis adeo in im-
mensum creuit:urbem porta flãminea influens:ut in uia lata hominis magnitudinem
aqua fere æquaret:& a ponte miluio usq ad gradus sancti Petri nauigaretur lyntribus
non paruis.Durauit aũt hæc alluuies diebus septem cum maximo ciuium damno & de
trimento:euersis domibus ac erutis arboribus satisq.Luna quoq ecthlipsim tũ passa us-
q ad mediã noctem : coloré sãguineũ præ se tulit. Dedit & signa futuri mali cometes:
extensa ad septétrionem cauda. Gregorius aũt quo sũmi dei irã a ceruicibus christiano
rum auerteret:frequétes supplicationes urbe tota facit.Dum hæc Romæ a põtifice age-
rentur:nunciatum est longobardos Beneuentano duce arcem cumanam insidus occu-
passe:qua ex re Gregorius uehementer commotus longobardos admonet:ut arcé præ
ter foedera pacis fraude occupatá reddant:aliter eos breui indignationem omnipotétis
dei sensuros:uerum cum hostes sæpius moniti res repetitas non redderent: Neapolita-
nos pontifex adhortatur proposito præmio:præmissisq etiam quibusdá militibus ro-
manis:ut arcem ui occupét.Ii uera mandata strennue facientes:Theoduno subdiacono
hanc rem curante arcem recipiunt:cæsisq tricentis ex his qui in præsidio erát:ad quin
gentos uiuos capiunt:ac Neapolim perducũt:ubi statim militibus præmia reddita sũt.
Pace itaq foris parta:Gregorius reparádis locis sacris animum adiicit.Basilicam nanq
sanctæ crucis i hierusalem iam pridá destitutam restituit:porticus circunquaq positas
instaurat fornicibus & tectis.Oratorium Osannæ in monte coelio a fundamétis extru-
xit.Domum paternam mortua matre in honorem Agathæ christi martyris dedicauit:
eoq loci monasteriũ extruxit:additis suburbanis & rusticis prædiis ad monachorum
usum & commoditatem. Saraceni auté discordia christianorũ fræti ex septa Aphricæ i
Hispaniam traiicientes:prouinciam oém præter Beticá a suis iá antea possessá depopu-
lantes:ad Aquitaniam usq cum coniugibus & liberis peruenere:eam quoq prouinciá
occupaturi.Erat tum Carolus marcellus pipini regis filius magno apud omnes i pretio
Duos enim filios Pipinus tum habuit:mortuo Grimoaldo:Carolomanũ : & Carolum
marcellum qui postea solus hoc quoq mortuo regnũ Fráciæ obtinuit: multis tamen
aduersantibus: maxime uero Eudonæ Aquitaniæ duce:& Chilperico rege : qué franci
quidam post Theodoricum æmulatione moti regem constituerant. Verum Carolus
marcellus transmisso Sequane fluuio in aurelianos mouens:uno impetu hostes fundit
fugatq:ac regno Franciæ solus potitur.Renum deinde traiiciens Saxones : Alemanos
Sueuos:Bauaros regno suo adiicit.Ve cũ intellexisset saracenos ab Eudone in Galliá
euocatos:magnis itineribus in hostem ,pficiscitur:pugnandiq potestaté facit:& uincit
non lõge a Turonũ finibus.In eo autem prælio scribunt historici ad tricenta &.lx.mil
lia saracenog cæcidisse:ex francis uero mille tantũmodo centum.&.l.desideratos . Sũt
tamen qui scribant Eudoné tanto periculo motum:postremo cũ Carolo sensisse . Hac
itaq ratione saraceni beneficio Caroli a ceruicibus hispanorum & gallog pulsi : rabié
omné & indignationem ex tanta clade conceptam in constantinopolitanos uertere:
urbem enim terra mariq triennio obsident. Verum cum fame:frigore:peste:bello: po
stremo magna incõmoda paterentur:obsidionem soluentes:ad sua quiq rediere.Ex cõ
stantioopolitanis autem ad tricenta millia eadem peste consumpta traduntur.In Italia
uero longobardi duce Luithprando Rauennam diu obsessam:tandem capiunt & diri-
piunt:inde Ticinum auferentes quicquid præclarum in urbe erat:unde crediderim tũ
equũ illum æneum uiro insidente Papiam aduectum:quem Accolæ regisolé uocant.
Sed ita fit i rebus humanis uicissitudo est:quod enim Theodoricus aliiq reges gottho
rum:atq deinceps hexarchi Rauennates Roma Rauennam detulerátad postea i uari

loca disiectum est.Interim uero Romæ a quibusdam seditiosis:in pontificem coniura
tur principibus coniurationis Basilio:iordane carthilario:Ioãne subdiacono cognomẽ
lurici:Marino spatario:qui ducatui romano imperatoris nomine tum præerat.Ve-
rum dilata in aliud tempus res est q Marinum imperator reuocauerat.Tẽtare & Paulũ
hexarchum coniurati cœpere:quo quidẽ duce in tanta re uti uolebãt. Sed romanus po
pulus reipsa tandem patefacta arma capit:Ioannem & lurionẽ interficit:reliquosq; con
iuratos dissipat:Basilium monasterio includit:ubi & uitam finiuit. Paulus autem uehe
menter pontifici infensus:q ab eo prohiberetur:quo minus noua uectigalia exigeret:
clam & aperte mandato imperatoris uiri sanctissimi mortem quærere:sed romani & lõ
gobardi sũptis armis quo minus id fieret ꝓhibuere.Tũ uero Leo tertius ĩperator:cũ
aperte inuehi in pontificem non posset:edictum proponit:ut omnes sub imperio roma
no essent sanctorũ omnium martyrum & angelorũ statuas atq; imagines e tẽplis abra-
derent & auferrẽt: tollendæ(ut ipse dicebat)idolatriæ causa:qui uero secus fecisset eum
se pro hoste publico habiturum.Gregorius autem tantæ impietati non modo nõ ob
tẽperat:uerũ etiam oẽs catholicos admonet:ne in tantum errorem timore uel edicto
principis ullo modo dilabãtur.Qua cohortatione adeo certe animati fũt Italiæ populi:
ut paulum abfuerit quin sibi alium imperatorem deligerent .Quo minus autem id fie
ret:auctoritate sua obstare Gregorius annixus est.Rauennæ tamẽ tanta seditio orta ẽ:
cum alii imperatori:alii pontifici obtemperandum dicerent:ut in ipso tumultu Paulus
hexarchus cum filio occideretur.Mittitur deĩde ab imperatore Eutichius eunuchus:q
pollicitatiõibus & donis longobardos a beniuolẽtia & societate romani põtificis sepa-
raret.Verum cum id frustra quæreretur rem totiens tentatã ad tempus omisit:unde põ
tifex tanta molestia liberatus:loca pauperum & basilicas inuisere cœpit:ea q; restituere
quæ ob uetustatem & incuriam ruinam minabantur.Pacem præterea inter regem lon
gobardorum & duces Spoletinum:ac Beneuentanũ composuit.Hos enĩ rex ipse oppri-
mere instituerat:cuius animum adeo pontifex ad mansuetudinem redægit interposita
saluatoris nostri auctoritate:ut omisso bello armillas balteum ensem ; ac reliqua arma
templo principis apostolorũ offerret:cum exercitu enim usq; ad uaticanũ peruenerat:
pacato tamen agmine hac de re cum pontifice locuturus.Leo autem imperator phana-
tico spiritu iterũ incitatus omnibus mandat:ut simulacra uel lignea:uel ænea uel mar-
morea ad se deferant:& delata statim incendit: nõ deferentes uero capit & obtruncat:
Germanum patriarcham id potissimum improbantem in exilium mittit : in eiusq; lo-
cum Anastasium male sentientem sufficit:quem postea Gregorius synodo habita pri-
uauit:& ab officio diuino semouit:nisi ad catholicã fidem reuerteretur. Sæpius præte-
rea:ut sanctissimum uirum decuit:litteris imperatorem admonuit:ut omissis quorun
dam improborum erroribus uerã tandem amplecteretur fidem:& abolere sanctorum
imagines desineret:quorũ memoria & exemplari ad uirtutem & imitationem excitaren
tur homines.Sunt qui scribant Bonifacium huius pontificis tempore e Britãnia Romã
uenisse: & ex monacho ob eius sanctitatẽ episcopũ factum : ac in Germaniam ad cõfir-
mandos prædicatione & exemplo germanos in fide missum qđ quidem ita egregie fe-
cit:ut Maguntinus episcopus creari meruerit:in Aphricam deinde proficiscens:cũ uer
bum dei elegantissime prædicaret:ab hostibus christiani nominis occiditur. Ferunt &
sanctum Egidium natione græcum:exemplo & miraculis insignem tum habitum fuis
se:& Petronium ciuem romanum ex uoto basilicam beati benedicti prope derelictam
sua impensa restituisse:At Gregorius qui suo exemplo omnes ad uirtutem & sanctita-
tatem incitabat:pontificatus sui anno sextodecimo:mense nono.die.xi. moritur:sepeli
turq; ad basilicam Petri tertio idus Februarii.Eius ĩ morte episcopatus tum uacat dies
quinq; &.xxx.Centũ aurẽ &.viii.ac.xl.episcopos toto suo põtificatu creasse dicitur.

GREGORIVS.III.

GREGORIVS Tertius:natione syrus:patre Ioanne:anno domini septingen-
tesimo quinquagesimo nono: omnium consensu pontificatum init . Fuit
autem uir singularis doctrinæ:& humanitatis præcipue græca atque latina

lingua eruditus.Mentem diuinæ ſcripturæ ita calliés:ut nemo tum diſertior prædica-
tione atq; interpretatõne rerum occultaꝝ:& ad mirabilium haberetur.Præterea uero:
ne uerbo tátum & cohortatione populos mouiſſe arbitreris:omnia quæ exemplo mo
uere poſſũt.ita aſſidue obibat:ut iudicare difficile ſit promptior:ne lingua q̃ opere ha-
bendus eſſet.Orthodoxæ fidei ita acerrimus deféſor fuit: ut ob eam rem maximorum
principum graues ſimultates & inimicitias ſuſcæperit:non armis:nõ potentia: nõ mi-
nis cuiuſpiame gradu cõſtantiæ ſuæ deiectus.Tantæ poſtremo humanitatis fuit:ut &
pauperes mira charitate cõplecteretur: ac elæmoſynis foueret: captiuos redimeret:ære
alieno nexos folueret: uiduas & pupillos:quo minus a potentibus circunuenirenť:tuta
retur adeo:ut uere omnium parens ac paſtor merito uocaretur.Hic ſtatim ubi Pontifi
catum iniit:cleri romani conſenſu Leonem tertium imperatorem Conſtantinopolita-
num ĩperio ſimul:& cõmunione fidelium priuat:ꝙ ſanctas imagines e ſacris ædibus ab
raſiſſet:& ſtatuas demolitus eſſet:ꝙq; etiam de homuſio male ſentiret.Interim uero cũ
Luithprandus longobardoꝝ rex cupiditate imperandi motus urbem Romam obſide-
ret:captis circũquaq; oppidis omĩbus.Gregorius legatos naui quia terreſtri itinere nõ
licebat:ad Carolum Franciæ principem ſtatim mittit:qui hominem rogarét:ut primo
quoq; tempore laboranti Romæ & eccleſiæ auxilium ferret. Conſueuerát aũt pontifi-
ces Romani ſiquid mali ab exſterno hoſte immineret auxilia ab imperatore Conſtanti
nopolitano petere.Quod facere Gregorius ſubſtitit:cum ob eaſdem cauſas quas paulo
ante cõmemoraui:tum uel maxime ꝙ urbem regiam ægre Leo a ſaracenis tutaretur:ne
dum alios defenderet.His itaq; rationibus accidit:ut tunc primum tutela eccleſiæ ab ĩ-
peratoribus Conſtantinopolitanis ad alios tranſlata ſit. Carolus autem rogatu Grego-
rii patrocinium eccleſiæ ſuſcipiens:Luithprandum regem amicum & compatré rogat
urbem ne obſideat ac pontificem uexet:hac re nil ſibi fieri moleſtius quicq̃ aut grauius
poſſe.Obtemperat Carolo Luithprandus atq; urbem oſidõne ſoluit.Nam inito iam an
tea inter ſe fœdere.Carolus Pipinum filium in ciſalpinam galliam ad Luithprandú mi-
ſerat :ut ei capillum de more ſacroꝝ ſuccideret:unde compatres more chriſtiano inui-
cem facti ſunt:quod eſt quoddam affinitatis uinculum.Remiſerat puerum ad parentes
Luithprádus multis ac maximis donatum muneribus: At Carolus pacatis Italiæ rebus
in burgundiorés uerſus:eos ui capit:& præmodeſtia ſocios appellat.Phryxiones idola-
tras opprimit: Lugdunum arelatæ Maſſiliam de ueſogottis occupat: qui Athimum ſa-
racenorum regem in auxilium uocant.Is itaq; cum magno exercitu Rhodanum traici-
ens: Auinionem ui capit oportunitate loci pro arce uſurus.At Carolus re cognita eo ꝓ-
pere cum exercitu mouet.& Auinioné recuperat: interfectis ſaracenis omnibus qui in
præſidio erát.Inde Narbonem ꝓficiſcitur:quo aufugiſſe Athimú cognouerat.Ab obſi
dione Narbone diſcedens: ꝙ Amoreum alterum ex ſaracenis Hiſpaniæ regé uenire in
auxilium Athimi cú magno exercitu intellexerat: haud procul inde in uallem Corba-
riam deſcendit:ubi inerat planicies ad dimicandum aptiſſima.Amoreus auté arbitratus
Carolum deſperatione reꝝ in fugam uerſum ĩ uallem ĩgreditur ſtatimq; pugnádi copi
am facit.Non detrectat certamen Carolus:licet hoſtium numerus prope infinitus eét.
Tandem uero acriter aliquádiu utrinq; pugnatum eſſet.Cadente autem in primis acie-
bus Amoreo funduntur hoſtes fugáturq;: quoꝝ pars magua in proximis paludibus &
ſtagnis:quo confugerát oppreſſa eſt.Athimus uero forte fortuna nauigium nactus:in-
de in Hiſpaniam ulteriorem fugiens:omnes inſulas quas adiit: deſperatione rerum fer-
ro ac flámа uaſtat:Eodem ferme tempore beati Auguſtini corpus : qđ átea ducentis &
qninquaginta annis ab Hippone in Sardiniam tranſlatum fuerat: cum uandali præda-
bundi Aphricam uaſtarent: diligentia Luihtprádi ex inſula ipſa Papiam delatum eſt: &
egregio in loco reconditum . At ſaraceni his cladibus domiti:intra pyreneum ſe de-
inceps continent:unde ueſogotthi omnes qui citeriorem Hiſpaniam & partem Galliæ
occupauerant:auxilio carentes:in poteſtatem Caroli deuenere:atq; ita gotthi:qui tricé
tis ꝓpe anis ĩperauerant.funditus deleti ſunt præter paucos:quos barchinonenſes ab
interitu liberarunt.Sunt qui ſcribant Luithprandum copias auxiliares in táto bello Ca

rolo misisse: atq; ita rebus bene gestis suos omnes onustos præda domum rediisse. Interim uero Gregorius pontifex nequaq̃ otio & pace abutens: ad exornandas ecclesias animũ adiicit. Nam & altare beati Petri sex columnis onychinis augustinus reddidit: dextra ac læua positis apud Philopareas uetustate fere cõminutas. Stabant in his columnis trabes argento delibutæ. In trabibus uero æquis spaciis saluatoris & apostoloꝝ simulacra distinxit. Struxit & oratorium in eadem basilica: in quo de reliquiis fere sanctorum omnium recõdidit: celebrariq; eo loci quotidie mãdauit: atq; i canone celebritatis hæc uerba addit: marmoribus circũquaq; positis insculpta. Quoꝝ solennitas in conspectu tuæ maiestatis celebratur domine deus noster toto in orbe terrarum & cetera. Quibus uerbis nũc sacerdotes i secretis non utuntur. Præterea uero huic basilicæ multa argentea uasa condonauit: eius quoq; iussu & impensa aurea dei genitricis imago saluatorem amplectens extructa est: & in basilica sanctæ Mariæ ad præsepe collocata. Restituit etiã tectum sancti Chrysogoni: eoq; i loco monachos collocauit: qui rem sacrã quotidie celebrarent. His addidit & fundos unde uiuerent. Monasteria quoq; multa partim restituit, partim uero a fundamentis extruxit: addita regula qua monachi integre & sanctæ uiuerent. Instaurauit & mœnia urbis magna ex parte uetustate collapsa. Idem etiã cẽtum cellis fecit iam prope desertis ꝓpter collapsa mœnia. Instituit præterea: ut fere sine interuallo & a presbyteris hebdomadariis & a monachis i ecclesia sancti Petri diuina officia celebrarẽtur: unde apparet & monachoꝝ & presbyteroꝝ sæcularium domicilia multis in locis contigua fuisse: qui æmulatione moti deo q̃ diligentissime seruiebant. Gregorius uero bene de deo & hominibus meritus: anno pontificatus sui decimo; mense octauo: die .iii. & .xx. moritur: ac i basilica Petri sepelitur quarto calendas decembris collachrymantibus omnibus tanq̃ communi parente orbatis. Sedes autem dies octo tantũmodo tum uacat.

ZACHARIAS

ZACHARIAS Natione græcus: ex patre Polycramio: inter optimos põtifices annumeratur. Fuit enim uir mitissimi ĩgenii: miræ suauitatis & gratiæ: omni uirtute præditus: cleri ac populi romani amator. Ad iram tardus: ad misericordiam & clæmentiam promptissimus: nulli malum pro malo reddens; sed imitatione saluatoris malum in bono uincens: & adeo quidem: ut quos habuerat æmulos & inimicos: eosdem postea inito pontificatu honoribus: & præmiis affecerit. Cum autem initio pontificatus sui ardentem bellis Italiam offendisset: legatos de pace componẽda statim ad Luithprandum longobardoꝝ regem misit persequentem bello Transmundũ Spoletinũ ducẽ. Verum cum a legatis eadem re nil fieret: ipse comitante clero romano in sabinos proficiscitur. Ferunt autẽ octauo miliario a Narnia regem pontifici honoris causa obuiam factum ex equo descendisse: ac pedibus uirum sanctissimum i urbem comitatum fuisse. Qui sequenti die inter missarum solemnia orationem publice habuit: & quidem elegantem: qua ostendit: quid maxime regem christianum deceret: siue pacem: seu bella gerat. Hac oratione ita permotum regem ferunt: ut statim arbitrium omne componendæ pacis ei commiserit. Iam uero Transmundum ducatu Spoleti no rex priuauerat: in eiusq; locum Agrandum nepotem suum suffecerat. Accipitur tamen in gratiam Transmundus rogatu pontificis: & ex duce in clericatum assumit̃. Redduntur item romanis oppida sua ex sabinis capta: redditur Narnia & Ancona ex Picẽti bus: & quicquid a longobardis triginta iam annis in Hetruria occupatum fuerat. Redduntur & captiui omnes eo bello capti. Mira etiam humanitate pontifex usus est: adhibito eni rege i cõuiuium nullum genus comitatis & gratiæ prætermisit. Inde uero rex pacato agmine abiens: non ita multo post moritur: anno regni sui trigesimo secundo. Fuit autẽ uir tanto regno dignus: quippe qui sapientia prudentia: consilio plurimũ ualebat: ac ita manu prõptus erat ut nemo ueteranus eo pugnacior haberet̃. Iustitiaa autem & clæmentia ita insignis habebatur: ut difficile iudicaretur utra in re maiorẽ laudem mereretur. Huic autẽ i regno Aldeprandus nepos succedit: quo quidem post mẽses sex defũcto Rachis dux omniũ suffragiis rex decernit̃. Vir certe omni laude dignus

si uitam eius: si mores: si animi ītegritatem inspicis. Redintegratum quoq; foedus cum hoc rege a pontifice est missis legatis: quibus omnia ex animi sententia rex ipse pius & religionis amator benignissime concessit. Postq̄ uero regni sui animum rex diuino numine tactus: spreto regno uitam monasticam amplectitur: uxorem & filios: ut idem ipsi facerent: adhortatus. Huius quidem frater Aistilphus regnum occupat: qui ob astutiam ingenii & ferocitatē animi oībus arma ītentabat: maxime uero pōtifici & romanis: quorum ditionem sibi uindicare armis conabatur. Interea uero Carolus marcellus graui morbo correptus suadētibus amicis regna a se armis occupata filiis suis diuidit. Nam Carolomano maiori natu Austria & Sueuia. Pipino uero iuniori burgūdia & pars Fránciæ obtigit. Moritur autem Carolus uir animi magni & sapientiæ singulari uilla Carisiaco apud Isarim fluuium anno magistratus sui (quem maiorem domus uocant) quinto & trigesimo: sepeliturq; Parisius ī basilica Dionysii martyris. Habuit & alium filium Carolus ex prima uxore ortum: quē Griphonem appellabant: cuius cū nomine etiam mores cōueniebát. Rapere enī ex alieno cōsueuerat. unde & bella fratribus ītulit: & saxones gentē ferocissimá cōtra eos solicitauit. Carolus aūt & Pipinus hostili manu puīciam saxonū ingressi: Theodoricū gentis pricipem in deditionē accipiūt. Ab hac autē expeditione digrediēs Carolomanus Romá uenit: ibiq; dimissa imperio & regni gloria in montē Cassinatem ad monasteriū sāctī Benedicti proficiscit: ubi & monachi habitum & mores suscipit. At Pipinus regnádi cupidus: legatos suos ad pōtificem mittit: eumq; rogat: ut regnū Fráciæ sibi auctoritate sua cōfirmet. Annuit pōtifex eius postulatis accæpti beneficii: & ueteris beniuolentiæ memor: quæ īter pōtifices & prícipes huius familiæ intercesserat: atq; itaq; eius auctoritate regnū Fráciæ Pipino adiudicat: anno domini septingentesimo quinquagesimotertio: ex maiore náq; domus: qui post regem summus erat: apud frácos magistratus regis Franciæ deinceps a Pipino secūdo eiusq; familia originē habuere. Ferūt Carolū: quē diximus monachi habitū sūpsisse: ex mōte Cassino cum aliis monachis ad Zachariá pontificem uenisse: ab eoq; precibus obtinuisse: ut eis liceret repetere sancti Benedicti corpus furtim ablatum: quod tum in floriacensi monasterii regni Franciæ collocatum fuerat. Annuit istorum precibus pontifex: & litteris Pipinum adhortatur: ut patiatur monachos sancti Benedicti corpus repetere. Quod quidē rex haud grauate cōcessit: quia inde furtim ablatum a monachis quibusdam senserat. Zacharias autem pace iam ubiq; parta: multas basilicas ruinam minantes restituit. Porticum quoq; & turrim ante basilicam lateranēsem a fundamentis erexit: ubi & cancellos & portas æneas extruxit. In ipso frontispicio porticus orbis terrarum imago descripta erat sanctorum imagines uetustate exoletas renouauit. Lateranēses ædes auxit & exornauit. Bibliothecá beati petri restituit. Vectigal præterea unicuiq; basilicæ assignauit: unde oleum pro lápadibus emeretur. Condonauit & uestē altari beati petri auro gēmisq; distinctá: qua depicta inerat iesu christi natiuitas. Idē quoq; basilicá beati Georgii in uelabro condidit: eoq; loci caput ipsius sancti collocauit. Aedificauit & oratoriū beatæ Cæciliæ uia Tyburtina quīto ab urbe milario. Huic aūt basilicæ oratorium quoq; addidit in honorem beati Cyri abbatis: addidit & fundos unde sacerdotes uiuerent. Restituit & tectum Eusebii martyris: quod suo tempore corruerat. Constituit itē ut Bucellarii quotidie eleemosynas e lateranēsi palatio cuiussuis generis præberēt. Venetis præterea inhibuit sub anathematis poena: ne seruos christi signo notatos saracenis & gētilibus uēderent: ut mercatores facere cōsueuerūt. Postremo uero ne litteras in tāto regum fastigio eū prætermisisse arbitreris: quattuor libros Gregorii ī dialogo e latino in græcū trāstulit: ut haberēt græci unde beneuiuendi rationē pdiscerēt. Cum uero ita sancte & integre populum dei annis decem: mensibus tribus cum maxima omniū beniuolētia gubernasset: moritur ac sepelitur ī basilica Petri idibus martiis. Eius autem ex morte episcopatus tum uacat diebus duodecim.

STEPHANVS.II.

STEPHANVS secūdus: natione romanus: patre Cōstátino: per gradus ecclesiasticos ad pōtificatū peruenit: licet defuncto Zacharia Stephanū quendá

presbyterum romanum pōtificem populus statim creasset: quia tertia die pontificatus sui somno excitus: dum res domesticas disponere incipit: morbo apoplexiæ correptus interiit. Post húc uero cleri ac populi consensu in templo sanctæ dei genitricis ad præsepe: Stephanus secundus pontifex creatus: humeris omnium (adeo erat omnibus gratus) in basilicam saluatoris: quæ etiá Constantiniana dicitur deportatur: atq; inde í patriarchatum lateranésem. Erat autem uir singularis religionis & prudentiæ: amator cleri: ecclesiarum restitutor: christianæ doctrinæ diligens prædicator & scriptor: pater pauperum: pupillorum & uiduarum defensor acerrimus fortissimus & constans í rebus agendis: non tamen pertinax. Placare enim Aistulphum romanorum agros & fines bello uexantem: primo quidem uerbis & muneribus conatus é. Nam tributum sibi rex auarissimus pendi uolebat a populo romano quotannis singulis aureis in capita collatis: unde pontifex coactus ad externa auxilia confugere: ad Constantinum imperatorem Constantinopolitanum legatos mittit: qui auxilium petant contra Aistulphum totam Italiam uexantem: quiq; iam Rauennam hexarchatus sedem & magnam partem flamminieæ cæperat. Verum cú id frustra ac sæpius tétasset: eius rei causa proficisci ad Pipinum regem Franciæ ístituit. Mittit itaq; legatos ad regem qui Aistulpho mandet: ut ei tuto liceat iter facere per regnum suum. Postulata concessit Aistulphus Pipini rogatu. Stephano autem iam fines regni Franciæ attigenti: Carolus Pipini filius: cui postea a rebus gestis magno cognomentum fuit: ad centesimum lapidem honoris causa fit obuiá. Idem facit & Pipinus tertio ab urbe lapide: qui ex equo descendens & pedes sanctissimi uiri exosculatus est: & a fræno equi: quo pontifex uehebatur pedes nú q̄ ipse discessit: donec hominem in urbem perduxerit: & in cubiculo ubi diuersaturus erat collocaret. Aistulphus autem ueritus: nequid mali in se Stephanus moliretur: Carolomanum monachum ad fratrem Pipinum mittit: qui eum ad hortaretur ne Stephani gratia bellum longobardis inferret: qui certe non modo monacho non obtéperat: uerum etiam eum in uiennense monasteriú relegat: ubi non multo post dolore animi & cruciatu moritur. Interea uero cum pro anni tempore bellum geri non posset: Pipinus ueteri amicitiæ multum tribuens legatos ad Aistulphum mittit: qui hominem adhortentur res repetitas reddere: aliter enim se eas bello & armis breui repetiturum. Non paruit sanis admonitionibus Aistulphus: unde Pipinus apparente iam uere copias in longobardos mouet: præmissis leuis armaturæ militibus: qui Aistulphi prædia e claustris alpium deturbarent. In planiciem: deinde Insubrium descendens cum longe ac late oía depopulatus esset: nemine obstante Papiam longobardoꝝ sedé obsidione cingit & oppugnat: defédente Aistulpho & qui cum eo í præsidio erant. At Stephanus tot calamitatibus hominis ptinacissimi & prouincialium motus: pacem ultro Aistulpho pollicetur: modo ablata restituat. Accepit tandem conditiones pacis Aistulphus: & plura etiá q̄ quæ peterétur promisit iureiurando interposito. Hanc ob rem Pipinus satisfactum pontifici arbitratus: soluta obsidione í patriam reuertitur: relicto Varreno huiusce pacis arbitro. Eunt Romá Stephanus & Varrenus arbitrati Aistulphum promissa breui præstiturum: qui contractis celeriter undiq; copiis tumultuario magis q̄ iusto exercitu: eos subsecutus Romam obsidione cingit: ac suburbana omnia uastat & incendit: maiore prope damno ex hoc latrocinio accæpto: q̄ tricentis iam ante & quattuor ac quadraginta annis ab íclinatione imperii sensissent. Rogatus denuo Pipinus a pōtifice: ut urbi Romæ perfidia & rabie Aistulphi laboranti opem ferret: exercitum q̄ta maxime celeritate pōt comparat. Interim uero Thurci meliores sede expetentes: alanos primo: mox Colchos: & armenios: inde minoris Asiæ populos: postremo Persas & saracenos uincút & opprimunt: anno domini septingentesimo quinquagesimoquinto. Sunt qui scribát hos fuisse Scythas: ex his præsertim: quos Alexander Macedonú rex ítra Hyperboreos ferreis repagulis clausit: hac metaphora usi: q gentem ídomitam in angulum illú tanq̄ in ergastulum inclusisset. Verum cum post multas illatas inuicem & acceptas clades: de pace inter saracenos & thurcos conuenisset decretum est: ut thurci qui in Perside habitabant saraceni appellarentur: atque ita æquiore animo saraceni in Asia regnare thur

cos passi sunt:& q̄ etiam eos breui accepturos Mahumetanam superstitionē uidebāt adeo erant eorum ingenia ad malū prona. Pipino autem iam in Italiam cū exercitu descendēti: Gregorius Cōstantini quarti īperatoris protosecretarius fit obuiā: hoīem īperatoris nomine admonet ne hexarchatum Rauennatem oppressum a longobardis ad se pertinentē: uel pōtifici: uel Romanis dedat: si ei cōtigerit lōgobardos superare: cui Pipinus ita respondet: se quidem in Italiā ideo uenisse: ut & pontifici & populo romano rem gratam faceret: consulturumq; eo℞ cōmodis quoad eius fieri poterit. Deīde uero Papiam mouens: ita Aistulphum obsidione pressit: ut breui eū coegerit pristinas cōditiones pacis accipere. Redditus itaq; romanis hexarchatus est: quicquid Padum & apēninū interiacet a Placentinis usq; ad stagna uenetorum: & quicquid intra Isaurum flumen apēninum: & hadriatirum continetur. Addo etiam quæ Aistulphus de Hetruscis & sabinis cæperat. Pipinus autem qui ad radices alpium tandiu constiterat: donec deditio fieret: relicto abbate Folcado cum parte copiarum: qui Aistulphum in officio cōtineret: nō prius alpes transcendit: q̄ ītellexit Aistulphum in uenatione apoplexia interiisse: nundum plane deditione facta. Desiderius autem: qui dux Hetruriæ erat: copias longobardorum statim undiq; contrahit regnum inuasurus. Idem quoq; facit Rachisius Aistulphi frater: quem diximus monachi habitum sumpsisse. Hunc autem longobardi omnes præter eos qui in Hetruria erant secuti sunt. Verum desiderius multa pōtifici & romanis pollicitus: eos statim in sententiam suam trahit: qui quidem propere legatos ad Rachisium misere: atque inter hos Pholcadum abbatē: qui homini mandarēt: ut ab armis discederet: ac Desiderio obtemperaret. Atq; ita Fauētia & Ferraria postremo pontifici reddita: nomen hexarchatus cessat: qui centum & septuaginta durauerat annos a Narsete usq; ad captam ab Aistulpho Rauennam. Foris itaque pace parta atq; aucta mirum in modum ecclesiæ ditione: Stephanus habita synodo oues suas atq; ea℞ pastores recenset: delinquētes castigat seruata clæmētia: errantes in uiā rectam deducit: ignaros docet & admonet: quid deceat episcopum: quid pres byterum quid denique omnes sacris iniriatos proponit. Litanias præterea īstituit ad placandam dei irā. Itum est primo sabbato ad sanctam dei genitricem ad præsepe: secundo ad beatum Petrum ī uaticanum: tertio ad sanctum Paulum uia hostiensi. Restituit & basilicas quasdam ab Aistulpho: dum urbem obsideret cōminutas: non tamen recuperauit sanctorum reliquias: quas idem rex Papiam secum detulerat: ibiq; non indecore in quibusdam basilicis collocauerat. His itaq; artibus Stephanus uir sanctissimus bene de deo: de patria: de ciuibus suis: deq; omnibus christianis meritus: pontificatus sui anno quinto: mēse uno moritur: ac sepelit̄ in basilica Petri collachrymantibus omnibus: tanq̄ communi parēte orbatis sexto calendas Maii. Vacat tum sedes dies duos & triginta.

PAVLVS.



AVLVS Natione romanus: patre Cōstantino: Stephani secundi frater: ī patriarchatu mores & doctrinam ecclesiasticam perdidicit: sub Gregorio secundo & Zacharia pontificibus a quo in diaconatus ordinem cū fratre ascitus est: uerum mortuo fratre in ipso pōtificatu cū successor quæreretur: fuere qui Theophilacum archidiaconum proponerent. Fuere item qui dicerent Paulum ob integritatem uitæ & doctrinam ī demortui fratris locū subrogandū esse. Exploso itaq; post lōgam cōtentionē Theophylaco: solus bono℞ omnium suffragiis paulus pōtifex decernitur Cōstantini & Leonis tpibus. Erat autem Paulus uir mitissimi īgenii: clæmentiæq; singularis: & adeo saluatoris nostri imitator: ut nulli unq̄ malum pro malo redderet sed contra malos a quibus persæpe iniuria afficiebatur in bono uinceret. Hic autem tātæ pietatis & humanitatis fuit: ut noctu cum duobus & eo amplius tribus familiaribus cubicula pauperum ægrotantium circuiret: unum quenq; eorum & uerbis & eleemosynis ad recuperandam ualitudinem cohortatus. Carcerem quoq; frequenter adibat: indeq; plerosq; ære alieno nexos: psoluto creditoribus pretio dimittebat. Pupillos & uiduas circumuentas fraude causidicorum tuebatur: & eleemosynis sustentabat. Idem quoque cōgregato clero uniuersoque populo romano corpus beatæ Petronillæ petri

filiæ : una cum sepulchro marmoreo his litteris notato: Petronillæ filiæ dulcissimæ : ex uia appia ĩ Vaticanũ detulit canẽtibus(ut fit)sacerdotibus:populoq; celebritate agẽte . Atq; corpus ipsũ sanctissimũ in templo Apollinis ad caput basilicæ patri dedicatæ collocauit. Interea uero cum Constantinus imperator sacras imagines ubiq; demolitus Constantinum regiæ urbis episcopum impietati suæ resistentem:uerberibus necasset : in locumque demortui Nicetam spadonem sui sacrilegii conscium suffecisset : pontifex ipse omni ex parte religioni consulens:nuncios Constantinopolim mittit : qui imperatorem adhortarentur:ut sacras imagines & statuas restitueret:id si facere recusaret:eidem anathematis censuram minarentur. Sed Constantinus in sacrilegio suo pertinax:& sanas admonitiones contempsit:& Sabinum bulgarorum regem in demoliendis sacris imaginibus eius impietatem imitatum:in gratiam recepit:cũ antea bello bulgaros persecutus fuisset. Ascito deinde Leone filio eius nominis quarto in partem imperii:cui Hirenem Atheniensem mulierum omnium pulcherrimam in matrimonium collocarat:fœdus cum saracenis init:stomachum orthodoxis christianis facturus . Interea uero Pipinus & Taxillonem Bauarorum ducem suo imperio subicit:& saxones ĩ amicitiam recipit:hac tamen conditione:ut tricentos equites:quotiens bellũ geri oporteret auxilio mitterent:cum Aquitanis diuturnum ei fuit bellum:quod quidem postremo Carolo adolescenti commisit:cum ipse senio confectus interesse non posset . Hoc bello absoluto Carolus Borbonium:Claromontem:& multa de Aluernis oppida ui cepit. At Pipinus:quem diximus ãnis grauem esse.nõ ita multo post morit̃:duobus filiis Carolo ac Carolomano ĩ regno relictis. Sũt qui scribãt hoc tpe mortuũ esse Aistulphũ longobardorum regem:quem diximus multa sanctorum corpora Roma Papiam secũ detulisse:eorumq; sacella ædificasse:ac monasteria uirginum:ubi & filias deo dicauit . Monachos autem supra modum dilexit:quorum etiam in manibus regni sui anno sexto:mense quinto moritur. In principio regni nimium ferox & audax:ĩ fine moderatus . Tantæ præterea litteraturæ fuit ut edicta longobardorum in leges retulerit. Huic autem(ut dixi)Desiderius dux militaris successit languescente iam ob delitias longobardorum uirtute. Moritur & Paulus in basilica Pauli uia hostiensi : restitutis quibusdam ecclesiis uetustate collabentibus:pontificatus sui anno decimo:mense uno. eiusq; corpus magna ac solenni pompa in uaticanum defertur. Vacat tum sedes annum unum mensem unum .

STEPHANVS.III.

STEPHANVS Tertius natione siculus:patre Olibo:anno domini septingẽtesimo sexagesimooctauo pontificatum init:uir certe doctus atq; eruditus: & in rebus agendis:maxime uero ecclesiasticis strenuus admodum ac constans. Hic enim a teneris annis Romam ueniens:mandato Gregorii tertii in monasterio sancti Chrysogoni rationem bene uiuẽdi & doctrinam ecclesiasticam pdidicit:accepto clerici ac monachi ordine. Vocatus deinde a Zacharia pontifice in patriarchatum lateranensem:cum eius uita & doctrina ab omnibus probaretur : sanctæ Ceciliæ presbyter cum titulo instituitur:quem tamen & Zacharias & Stephanus & Paulus a se nunq̃ dimisere:tantæ probitatis erat : & præstantiæ ĩ agẽdis rebus. Mortuo autem paulo:quem nunq̃ ne in extremo quidẽ spiritu reliquit. Desiderius:quem ex duce regem longobardorum creatum esse adiuuante Paulo diximus:liberatus omni metu Pipini morte. Totonem Nepesinum ducem adhortatur:ut Constantinum fratrem ui etiam : quando largitione & ambitione fieri non posset:pontificem deligat. Is itaq; Romã cũ exercitu profectus:Constantinum fauentibus quibusdam amicis largitione & pollicitationibus corruptis pontificem creant. Fuere etiam qui Philippum quendam huic pponerent:qui statim abdicare se magistratu armis compulsus est. Cogitur & Gregorius prænestinus episcopus:Constantinum ipsum laicum sacris statim initiare:atq; episcopum inungere:cuius manus ita ob eam rem exaruisse miraculo dicuntur:ut eas ori admouere non posset. Cum uero Constantinus munera pontificatus per annum obstinate exercuisset:tandem e sede deiicitur a populo romano ira & indignitate rei percu-

to:in eiusq; locum omnium suffragiis Stephanus tertius sufficitur. Hanc obrem Con
stantinus in basilicam saluatoris perductus uidentibus omnibus:ac sacris canonibus p
lectis:ut fieri solet:deposito pontificali habitu magistratu se abdicat:in monasterio ui-
tam priuatam ducere iussus. Tunc uero Stephanus ĩ basilica sancti Hadriani inter tria
fora a tribus episcopis consecratus:& ab uniuerso clero ac populo ut uerus pontifex sa
lutatus:ad corrigendos mores quorundam improborum labefactare integritatẽ eccle
siæ romanæ uolentiũ animũ adiicit. In dicto itaq; concilio Carolũ litteris ac nũciis ad
hortatᷣ:ut primo quoq; tpe epõs quosdã Galliæ ad hãc rẽ doctrina & integritate mo-
rum idoneos Romam q̃ primum mittat. Idem quoq; cæteris principibus christiani no
minis scribit. Obtemperarunt omnes mandato pontificis. In lateranensi basilica conci-
lium habetur. Multa inter se de componendis ecclesiæ rebus collocuti:Constantinum
ad se perduci iubent. Nam cum Desiderii longobardorum regis subornatione & pau
li cognomento aphiarte imperatoris Constantinopolitani fraude crebræ seditiones in
populo romano orirentur:q; Desiderius reuocare animos romanorum a Carolo ad i-
peratorem studeret:& interfecti plærisq; sunt:& Constantinus:cuius causa tot mala cõ-
mittebanᷣ:ab aduersa factione reclamante Stephano & indignante oculis capitur. Sed
ire obuiam populo in furorem uerso non licet. Perductus itaq; in medium Constanti-
nus & accusatus:q; nullis sacris initiatus sedem apostolicam occupasset:omne crimen ĩ
uim populi & quorundam facinorosorum reiicit:q; se etiam inuitum coegerint pon-
tificatum obire:cum uero ĩ pauimento pronus & supplex iaceret ueniam petens:com-
miseratione moti qui aderant.eum e medio duci iubent:atq; ita rem integram ĩ sequẽ
tem diẽ reiiciunt:matutius cõsulturi quid ĩ tali re facere oporteret. Ve℞ Constantinus
sequenti die in conciliũ rediens mutata sententia ostẽdit:quæ adhuc egerat maiorum
exemplo fecisse:q; & Sergius Rauẽnatum archiepiscopus:& Stephanus Neapolitano℞
ex laico episcopus creatus sit. Ob hanc uero impudentiam indignati:qui in concilio ade
rant:eum turpiter eiicientes ad conponẽdam rẽpu.christianam animũ adiæcere:abro
gatis primo Constantini decretis. Institutum est autẽ omnium consensu : ne quisq̃ lai-
cus:nisi per gradus ecclesiasticos ascendens pontificatum occupare auderet sub anathe-
matis pœna. Promulgatum est item:ut qui episcopatus dignitatem Cõstantini tempo-
re consecuti fuerant.magistratu se abdicantes ad pristinos ordines reciderent. Quod si
istorum uita & doctrina a populo probata fuisset:placere ut ad sedem apostolicam ue-
nientes denuo consecrarentur. Idem de pres byteris & diaconis adiudicatum est. Veti-
tum tamẽ est nequi istorum maiores gradus attingerẽt. Veritos credo:nequid erroris :
aut secta aliqua inde oriretur tanq̃ ex seminario quodam discordiæ ac seditionis. Con-
stitutum est præterea:ut quæ Constantinus in re sacra egisset:irrita haberentur præter
baptismum & chrisma.postremo uero abrogata synodo Constantiniana : qua decretũ
inter græcos fuerat:ut sanctorum simulacra & statuæ e templis abraderentur eiiceren-
tur:constitutum est ut ædem statuæ ubiq; restituerentur anathematizantes execrabilẽ
& pniciosã illã synodũ:qua dei ĩmortalis cõditio peior q̃ hoĩum fieret. Referre enĩ sta
tuas mortaliũ bene de repu.merito℞ licet: ne ĩgrati uideamur:utq; eo℞ facta æmula
tione imitari cogamur:dei nõ licet:quẽ sẽper anteoculos si fieri posset habere debere-
mus:si eius merita erga humanũ genus:si naturæ diuinæ dignitatẽ ĩspicimus. his uero
ex sẽtẽtia pactis decretũ ẽ:ut sequẽti die supplicatiões haberenᷣ:quibus & deo gratias
agerẽt:& irã ipsius siqua ex hoĩum peccatis cõcepta eẽt placarẽt. Itũ ẽ aũt a lateranensi
basilica ad sanctũ Pet℞ cũ maxima omniũ religione nudis pedibus:& a põtifice & ab
hominibus qui tum aderant. Nunc uero adeo refrixit pietas & religio:non dico nudis
pedibus:sed caligati & cothurnati uix supplicare dignantur. Non flent intereundum :
uel dum sacrificatur:ut illi sancti patres:sed rident:& quidem impudenter:de his etiam
loquor:quos purpura ĩsigniores: facit:non hymnos canũt:id enim seruile uidetur: sed
iocos & fabulas ad risum concitandũ inter se narrant. Quid plura/quo quis dicacior
est & petulantior:eo maiorem in tam corruptis moribus laudem meretur . Seueros &
graues uiros reformidat hic noster clerus . Quid ita/quia in tanta licentia malluut ui-

uere:q̄ benemonenti:aut cogenti obtemperare:& ob eam rem christiana religio quoti
die in peius labitur. Ad Stephanum uirum sanctissimum redeo:qui peractis supplicati-
onibus:statim quæ in concilio acta erant:& uoce Apocrisarii & scripto promulgauit:
pœnamq; anathematis illis proposuit:qui abrogare auderent:quæ in sancta synodo in
stituerant. Verum non ita multo post mortuo sergio Rauennatum archiepiscopo:Mi-
chael eiusdem ecclesiæ scriniarius sedem occupat:nullis sacris initiatus:adiuuante De-
siderio rege & Mauritio Ariminensiũ duce:quos Michael pecunia & largitione corru-
perat:pulso Leone archidiacono:quem potissimum clerus expetebat. Ausi quin etiam
missis ad Stephanum legatis eum pecunia subornare:ut eundem michaelem in ecclesia
confirmaret:qui nõ modo dona reiecit: uerum etiam edictum proposuit:quo ille ana
thematis poena notaretur:nisi sedem relinqueret:quam contra ius fasq; occupauerat.
Tam diu tamen ui Rauennatum eam obtinuit:q̄ diu aliquid habuit: & prophanum
& sacrum:quod desiderio munerum cupientissimo elargiretur. Verum cum pontifex
eo legatos suos misisset cum oratoribus Caroli regis ob eam rem in Italiam missis:ad-
monuissentq; quid maxime pontifex expeteret:statim eiecto Michaele Leonem deli-
gunt:quem pontifex confirmauit. At uero cum ob hanc rem a Desiderio clanculũ ue-
xaretur:Carolũ rogat Desiderium admoneat:ut ab iniuria ĩferenda caueat. Fecit id Ca-
rolus & quidem perdiligenter:retinere tamen hominem in officio armis nõ potuit: q̄
ei mortuo fratre:qui secum paribus animis biẽnio regnauerat:multa bella obire neces
se fuit. Aquitanos enim: quod bellum pater incohauerat: inpotestatem suam redægit:
guasconos domuit in Aquitana positos Deinde uero transmissis pyreneis mõtibus.fu-
sis ac fugatis saracenis usque ad Bethym flumen peruenit:quo nũc ĩ Hispania saraceni
Granatæ se continent. Interim uero Stephanus pastor q̄ diligentissimus:& uerus Petri
successor:ac christi imitator quarto Pontificatus sui ãno moritur:mẽse quinto:die.vii.
&.xx.sepeliturq; in basilica Petri. Eius autẽ ex morte dies nouẽ sedes tunc uacat.

HADRIANVS.I.

HADRIANVS primus:patria romanus: patre Theodoro summæ nobilita-
tis uiro:pontificatum iniens nequaquã a maioribus suis degenerauit. Nam
magnitudine animi:consilio:doctrina: & sanctitate uitæ:cum quouis opti-
mo pontifice comparari potest. Cuius amplitudinem Desiderius longobardorum rex
ueritus:statim de pace ineunda & de amicitia mentionem per legatos fecit. Verum Ha
drianus cognita hominis perfidia plusq̄ punica in aliud tempus pacem distulit. Interea
uero mortuo Carolomano:Berta eius coniunx Hildegradi Caroli uxori ob amplitudi
nem mariti inuidens:Adoarii cuiusdam consilio usa:cum filiis ad Desiderium regem ĩ
Italiam confugit:qui eam perbenigne suscæpit:& q̄ se tutiorem futurum hac ratione
ab impetu gallorum existimabat:& q̄ francos propositis Carolimani filiis facilius sum
pturos arma in Carolum regem:siquid in se moueret arbitreretur. Verum cũ obtinere
ab Hadriano precibus nõ posset:ut filios Carolimani reges inungeret:ad uim conuer-
sus in Rauennates mouens ditioni romanæ obtemperantes:Fauẽtiam & Comachum
ui cæpit. Præerat tum Rauennæ archiepiscopus & tribuni tres:qui primo quoq; tem-
pote ab Hadriano auxilium petiere. Pontifex autem primo quidem Desiderium nun-
tiis & litteris adhortatus est:ut suis finibus se contineret:nec ditionem ecclesiæ inuade
ret. Deinde uero ubi intellexit eum Vrbinum:Senogalliam & Eugubium cæpisse:tum
magis atq; magis minari:cõ paulo post affuturũ deũ uidicẽ uiolati fœderis diceret. Qui
quidem in tantis minis nil aliud dicebat q̄ põtifici in suas partes transeundum esse. Se-
parare enim hominem ab amicitia Caroli omnino nitebatur:& ob hanc rem cum pre-
cibus & pollicitationibus id obtinere nõ posset:minabatur se urbem breui obsessurũ.
Iã enĩ Spoletũ cum Aldagasio Carolimani filio peruenerat: inde tamẽ ad urbẽ puẽtu-
rus(ut ipse dicebat)pacato agmine uoti gratia. Verũ Hadrianus redactis ĩ urbẽ reliquiis
oĩum basilicarũ:quæ extra urbis mœnia habebãt:tres epõs ad Desideriũ misit:q̄ ei sub
anathematis poena minarẽt:ne ullo mõ fines romanos attigeret. Rex igit̃ ueritus ne
irã dei icurreret:ĩ Cisalpinã stati rediit. Interea uero Carolus ab Hadriano de ĩiuria sibi

illata certior factus:Desiderium per legatos admonet:ac frustra quidem:ut res iniuria ablatas pontifici restitueret:aliter se breui cum exercitu affuturum ut quod sponte nollet:id ui facere cogeretur. Vtrinq; igitur magni parantur exercitus:sed Carolus mira celeritate usus:præmissa parte copiarum quæ in transitu alpium iouis montem occuparet:cum reliquo exercitu per montem Cinisium in Italiam descendit: fusoq; ac fugato Desiderio obuiam facto:omnia longe ac late populatur & capit.Desiderius autem desperatis rebus:tāto accæpto incōmodo:Papiam se recæpit:uxore ac liberis Veronā missis. At Spoletini:Reatini ac longobardi omnes qui eas regiones incolebant:audita Desiderii calamitate Romam uenientes:se ac sua omnia Romani pontificis fidei committunt:adhibito iureiurando deposito capillo & barba:quod apud eam gentem maximū uero deditionis signum erat.Horum secuti exemplum Anconitani auximates firmani pontifici se ac sua libere dedunt.Longobardis autem ad suos redire nolentibus uaticani sedes ad incolendū cōcessa:quo postea ex tota Italia multi suæ gētis cōfluxere: istoq; exemplo pmoti.At Carolus relicto Bernardo patruele suo in obsidione Ticinensis urbis:cum parte copiarum Veronam proficiscitur.Quæ quidem ciuitas haud ita multo post inclinante in partes francorum:Berta ac Carolimani filiis deditionem fecit. Aldegisius uero Desiderii filius inde abiens:ad imperatorem Constantinopolitanum confugit.Carolus autem accæptis in deditionem omnibus ferme transpadanæ Italiæ urbibus Romam petit:una cum pontifice resurrectionis festum celebraturus:cui iam urbi appropinquanti ad tria milia iudicū honoris gratia occurrisse Bibliothecarius scribit iudices eos uocans:qui nequaq̄ sordidis artibus implicati essēt.Expectabat hominem Hadrianus cum clero suo in gradibus sancti Petri:quem quidem accedentem mira beniuolētia complexus est:nec retinere eum potuit:quo minus pedes suos exoscularetur. Inde post datā accæptāq; salutē basilicā ingressi:cum ad altare apostoli simul peruenissent:iurarunt mutuo Carolus ac pontifex romani ac franci:& perpetuam se amicitiam seruaturos:& communes eorum hostes fore:qui alteram partem lacessisset.Vrbem deinde ingressus:omnes basilicas pie admodum & religiose inuisit:ac muneribus quibusdam ornauit.Nudius uero quartus posteaq̄ urbem ingressus fuerat:quod dono pater Pipinus Gregorio tertio dederat:eadem ipse amplioribus priuilegiis confirmauit iureiurando interposito.Quæ quidem(ut Bibliothecarius refert)hæc sunt quicquid in Lyguria ab urbe luna iam pridem euersa usq; ad alpes Italiæ fines pertinet:huic ditioni additur:& Corsica insula:& quicquid Lucam & parmam interiacet.Additur & Forumiulii cum hexarchatu Rauennatum cumq; Beneuentano & Spoletino ducatu.His autem rebus ita compositis.Carolus cum bona Hadriani gratia in transpadanam rediens:sexto mense posteaq̄ obsideri cæpta est:Papiam deditione occupat. In desiderium autem clæmentia usus hominem spoliatum regno : non etiam uita Lugdunum cum uxore & liberis exulatum mittit.Versus deinde in Archim beneuentanum principem Desiderii generū:qui eius furores iuuerat:hominem pacem petere breui coegit duobus filiis obsidibus datis.At uero dum iter in Cisalpinam facit: ad Cassinum diuertens religionis causa:omnia monasterii dona ab aliis principibus diuo Benedicto data confirmauit. Atque ita fædatis in tota Italia rebus:propositisq; Cisalpinæ firmissimis præsidiis:cum magna præda & gloria ī patriam reuertitur:Caroli fratris uxorem & liberos secum ducens:quos quidem semper in honore habuit.Paulum quoq; longobardum aquileiensis patriarchatus diaconum Desiderio ob doctrinā & ingenium admodum carum secum in Galliam ducens:libertate donauit:in pretioque aliquandiu habuit. Verum cum postea compertsset hominem desiderii libertatem quærere eum in Diomedis insulā relegauit:unde post aliquot annos aufugiens:& ad Arachim perueniens : rogatu Adelpergæ Desiderii filiæ : & Arachis uxoris Eutropii historiæ duos libros addidit a Iuliano principe usque ad primi Iustiniani tempora omnia perscribens. Mortuo deinde Arachi Cassinense zenobium ingressus: reliquum uitæ sanctissime usque ad mortem ducens ; sæpe ad Carolum regem litteras elegantes.& humanitatis plenas scripsit: ab eodemq; a quo fuerat ob litteraturam seruatus uicissim accæpit.Longobardi itaq;

quarto & ducentesimo anno postq̃ in Italiam uenerant regnum amisere:anno domini
septingentesimo septuagesimosexto. Carolus autem nulla interposita mora in saxones
idolatras:qui ob eius in Italiam discessum rebellauerant mouet:eosdemq;:quibus cum
ad triginta annos bella gesserat:uincit & fidem christi omnino suscipere cogit. Conuer
sus deinde in hispanos a nostra quoq; fide alienos:Pampalunam & Augustam ui captas
militibus diripiendas concessit. Neq; hispanis pacem & quietem daturus erat: nisi ipsi
quoq; integre fidem christi recæpissent. In Galliam uero tũ quoq; rediens rebus ex sen
tentia gestis:dum pyreneos transit:in Guasconum insidias incidit: quo in prælio licet
se acriter tutatus sit:Anselmum tamen & Egibardum summos in bello duces ami-
sit. Sunt qui eo quoque prælio cecidisse scribant Rolandum Caroli ex sorore nepo-
tem post editam ingentem hostium cædem & stragem. Perierit ne siti(ut aiunt)an uul-
nere haud satis constat. Vascones uero tandem a Carolo superati:defectionis ac perfi-
diæ meritas pœnas dedere. Mouet bellum in francos Taxillo Baiouariæ dux Desiderii
gener:solicitans hunnis:quod quidem celeritate sua prius pene Carolus confecit q̃ in-
cohatum sit:huic quoq; pacem nõ negauit:accæptis prius obsidibus. Dum hæc ĩ Gal-
lia gererentur:Constantinus in oriente imperator elephantiæ morbo correptus: unde
fortasse nata est illa de lepra magni Constantini uana opinio ob similitudinem nomi-
nis:moriens Leonem quartum imperatorem reliquit. qui adeo gemmis delectatus est:
ut direpto sacrario sanctæ Sophiæ coronam magni ponderis ac pretii sibi constituerit
qua quidem ita frequenter utebatur:ut aũt propter pondus:aut ob frigiditatẽ lapillorũ
subito morbo correptus sit. Idem quoq; accidisse nostre ætate Paulo secundo putaue-
rim:qui adeo his muliebribus delinimentis delectatus est:conquisitis undique magno
pretio gemmis:& exhausto pœne ecclesiæ Romanæ ærario:ut quotienscũq; ĩ publicũ
rediret: Cybele quædã phrigia ac turrita:non mitrata uideretur. Hinc ego ortam tum
sudore præpinguis corporis:tum gemmarum pondere apoplexiam illam puto:qua cor
reptus subito morbo interiit. Leone itaq; mortuo:Hirene eius uxor & filius Constan-
tinus sextus imperium accipientes:concilio trecentorum & quinquaginta episcoporũ
in Nicena urbe secundo habitu instituere:ut qui sacras imagines delendas dicerent: p-
petuo anathemate notarentur. Quam quidem constitutionem Constantinus adole-
scens patris flagitia secutus quorundam improborum suasu:non ita multo post & ab-
rogauit:& matri omnino administrationem imperii abstulit. Repudiata deindè uxore
Theodoram eius ancillam corona imperii augustiorem redditam in suos cõplexus tra-
duxit. Subornauit & duces suos:quos in Italia habebat contra finitimos: hos quidem
unico nuncio sua auctoritate Carolus. in officio continuit:qui tum in sclauos & hun-
nos(quos ungaros merito dicemus)copias mouerat:quod horum incursionibus circa
Danubium uexarentur omnia: quibus certe perdomitis in Franconiam duxit maio-
rum suorum natale solum: unde franci nomen sumpsere: qua quidem in prouincia
haud magno negotio in potestatem suam redacta:biennio post Theophylacius & Ste-
phanus episcopi insignes Hadriani nomine synodum francorum germanorumq; epi-
scoporum habuere:in qua & synodus(quam septimam græci appellabant)& hæresis
fœliciana de rollendis imaginibus abrogata est. Hadrianus uero opera & auctoritate
Caroli a terrore bellico securus: ad exornandam urbem sacrasque basilicas animum
adiicit. Nam & corpus beati pauli laminis argenteis inclusit: & altare Petri pallio ex-
ornauit auro intertexto:in quo depicta historia inerat: quemadmodum angelus bea-
tum Petrum e uinculis liberauerat. Restituit item & strauit marmoribus Pauli apo-
stoli atrium: iam antea uetustate collapsum. Instituit item ut singulis diebus centum
pauperes in atrio lateranensi pascerentur:in quo etiam discumbentes pauperes picti cer
nebantur. Restituit præterea magna impensa aquæductus quosdam:& uetustate & ho
stiũ maleficio collapsos. Alphentinũ potissimũ ductũ iã antea ab Augusto uia claudia
ex lacu alphẽtino duobus ac uiginti milibus passuũ ĩ subiacẽtẽ trãstyberinã regionem
magis ad usũ hortorũ naumachiæ thermarũue q̃ ad porũ: cũ aqua illa ĩsalubris hẽret.
Sabatinũ uero ex lacu sabatino nomẽ ducẽs: quẽ qdẽ lacũ alio noie angularẽ appellãt:

a tribus angulis: quos præ se fert uia aurelia in uaticanũ duxit: ut eo uterentur sacerdotes beati Petri: tũ ad usũ basilicæ: tũ ad lauãdos christi pauperes: q i paschate eleemosynam accepturi lauabantur ad imitationem apostolicæ doctrinæ & religionis. Molendi quoq; usum ea aqua interdũ præstabat: e ianiculo in planum cadens. Sabbatinũ autem lacum angularem etiam appellatum fuisse declarat emptio Polæ rutiliæ: quæ fundum hac tatione in ripa lacus sabbatini uel ãgularis emit: ut quicquid agri exhausto lacu desiccaretur: id fundo Polæ adiudicaretur quaqua uersum fundus tenderet. Restituit & Iuliam a duodecimo lapide uia latina i urbem ductam: quæ quidem (ut ait Frontinus) tepulæ ex agro rusculano ductæ riuum intercipit. Ita uero Claudiam formam reparauit uia sublacensi conceptam ad trigesimum octauum lapidem ex duobus fontibus amplissimis: ut eius aquæ pars in baptisterium saluatoris ad lateranum deriuaret. Restituit etiam uirginis formam ab octauo lapide uia collatina in urbem introductã. Tecta quoq; multarum basilicarum ob uetustatem ruinam minantia resarsit. Dum uero his operibus detineretur Hadrianus: adeo immensum excreuit tyberis: ut & portam flammineam a fundamentis euerterit: & pontem Antonini Pii: quem olim sublicium uocarunt: inter ianiculum & auentinum & multa urbis ædificia demolitus sit: secum & arbores & segetes & urbis ornamenta trahens. In tanta autem calamitate hac diligẽtia Hadrianus usus est: ut per uicos nauiculas mitteret: unde cibaria ob excrescentiam aquæ egredi domo nequeuntibus sumministrarentur. Eos præterea qui tanta calamitate magis ac magis uexati fuerant: & uerbis & muneribus consolatus est. Turres & urbis muros collapsos restituit: centum auri libris in eo sumptu expensis. Quid plura? nil prætermisit in uita Hadrianus: quod ad bonum principem: ad optimum pontificem pertineret. Nam & religionem christianam: & libertatem ciuium suorum & uitam pauperum: pupillorum: uiduarum acerrime tutatus est. Moritur autem pontificatus sui anno tertio & uigesimo: mense decimo die decimoseptimo: sepeliturq; magna cum laude in basilica Petri sexto Calendas Ianuarii.

LEO. III.

LEO tertius: patria romanus: patre Azzupio: pontifex creatur. ac merito quidem. Ab ineunte enim ætate ita erat educatus & eruditus disciplina ecclesiastica: ut dignus esset qui cæteris anteferretur. Fuit præterea uir castus: integer: pudicus: facundus. Doctorum uirorum ita amator: ut eos undequaque ad se præmiis alliceret: eorumq; cõsuetudine mirumimmodũ delectaretur. Præterea uero ægrotos uisere: eosq; ad patientiam adhortari: eleemosynas indigentibus præbere: desperatos consolari: errantes i uiam rectam deducere: prædicationibus admonitionibus: quibus plurimum ob eloquentiam & doctrinam ualebat ei peculiare fuit. Homo certe ita mitis ingenii: ut omnes diligeret: neminem odio haberet. tardus ad iram: ad miserendũ promptus insignis pietate: fortissimus rerum ecclesiasticarum: honorisq; diuini procurator & defensor. Creatur itaque (ut dixi) pontifex uno omnium consensu in natalicus Stephani protomartyris: sequentiq; die acclamantibus omnibus præ fauore in sede Petri collocatur. Hisdem uero temporibus Cõstantini imperatoris mater Hirene filii flagitia nequaq̃ ferens impellentibus quibusdam ciuibus Constantinopolim reuertitur: ac Constãtinum captum oculis in carcerem conicit: ubi & merito tanq̃ sacrilegus minimæq; pietatis: quippe qui matrem relegauerat uitam finiuit. Interim uero cum Carolus multis rebellantibus undiq; lacesseretur: Pipinum filium in ungaros misit: quos q̃dẽ grauibus prælus supatos: tãdẽ ad deditionẽ cõpulit Adelphõsus aũt asturiæ & Gallatiæ rex acceptis a Carolo auxiliaribus copiis: supatisq; saracenis Vlixbonã ui cepit: q̃ uero i præsidio barchinonæ erãt: Carolo audita Adelphõsi uictoria se cõfestim dedũt. Supant & bauari: qui Foroiulianos uexabãt ab Henrico Caroli præfecto. Interea uero Leo tertius dum supplicationes a beato Gregorio institutas Romæ agit cũ populo & clero Paschalis primicerii & campuli presbyteri fraudibus apud ædem beati Syluestri captus: ac pontificali amictu priuatus: multisque uerberibus adeo cæsus: ut oculis & lingua captus putaretur: in monasterio sancti Herasmi in uincula conicitur: unde

postea Albini cubicularii idustria custodes fallens in uaticanum se se proripuit ibique tandiu latuit: quoad Vinigisius Spoletinoꝝ dux clanculum accersitus: eum incolumẽ Spoletum perduxit: cohortibus militũ in itinere stipatum: ne aliqua hostium ui obrueretur. At seditio si cũ sæuire ĩ Leoné & Albinũ non possent, eoꝝ domos a fundamentis diruũt. Idé quoq; (adeo audaces erát & temerarii) ad Carolum: qui tum bellum contra saxones gerebat: quoq; Leonem profectum intellexerant: accusádi hominis causa peruenere. Verũ Carolus reiæcta in aliud tempus disceptatione: pontificem cũ egregio comitatu Romam mittit: se eo breui peruenturum pollicitus componendarum rerum italicarum gratia. Leoni uero ad pontem miluium honoris & gratulationis causa clerus ac populus romanus obuiam factus: uirum sanctissimum in urbem introducũt. Carolus autem non diu immoratus per maguntiacos in belgis positos: noricumq; mõtem in Forumiulu descendens taruisinos graui supplicio afficit: q̃ Henricum præfectũ occidissent. Creato uero in huius demortui locum altero: Rauennam primo: mox Romam expectatus proficiscitur. Vrbem ingredienti omnia certe: & merito quidem honoris genera adhibita sunt. Octaua aũt die postea quá urbem ingressus fuerat: ĩ basilica Petri astante populo & clero episcoporum omnium: qui eo ex tota Italia & Frácia conuenerat: sententias de uita & moribus pontificis rogat. Verum ab omnibus una uoce respõsum é: sedem apostolicam omnium ecclesiarum caput a nemine (laico præsertim) iudicari debere. Omissa autem ob tam graue responsum a Carolo questione: Leo pontifex qui id iudiciũ maxime expetebat: suggestum conscendens: ac euangelia in manibus retinens: iureiurando affirmauit se omnium rerum: quæ sibi obiicerentur insontẽ esse. Fuit is dies idibus decembris salutis anno octingentesimo. Dũ hæc autem Romæ agerentur: Pipinus mandato patris Beneuentanos duce Grimoaldo finitimos suos uexantes aggressus: magnis cladibus ita perdomuit: ut ægre se mœnibus tuerent: cui bello Vinigisium Spoletinum ducem præficiens ad patrem reuertitur imperii coronam breui sumpturum. Nam pontifex Carolo optime de ecclesia dei merito aliquam gratiã relaturus: cum uideret imperatores Constantinopolitanos ægre id nomen tueri: ac ob eam rem urbem & Italiam ipsá magnas calamitates passam: in basilica Petri post solennia sacra: populi Romani scito ac precibus ipsum Carolum magna uoce imperatorem decernit: ac diademate donat: ter acclamante populo Romano: Carolo Augusto a deo coronato magno & pacifico imperatori uita & uictoria. Pontifex item hominem inunxit una cum Pipino filio: quem Italiæ regem solenni decreto pronunciauit. Accepta itaq; imperii potestate Carolus: Campulum & paschalem coniurationis reos capite plectẽdos céset. At pontifex omni ex parte clæmens a Carolo rege tamen obtinuit: ut his uita condonaretur: in Franciamq; tantummodo relegarẽtur. Post hoc uero fuere qui Carolo suaderent: ut omnes longobardos Italia expelleret. Verum cum id nequaquam tutum uideretur: q̃ multis Italiæ populis sanguine & affinitate coniuncti essent: censuere simul & Carolus & Leo longobardorum nomen ibi tantummodo remaneret: ubi ea gens præcipue sedem habuisset. Pipinus aũt cũ in Sánium redisset: frustraque per aliquot menses Beneuentum oppugnasset: Theate se conferens oppidum ui captum incendit ac diripit. Inde Orthonam & Luceriam mouens: eas ciuitates timore perculsas ĩ deditionem statim accipit: ac Grimoaldum Beneuentanum ducem Luceriæ capit: qui nõ ita multo post dolore animi periit. Interea uero Cõstantinopolitana imperatrix missis in Italiá legatis cum Carolo pacem & foedus iniit: imperiumq; his terminis diuisit: ut Hirene ea Italiæ parte potiretur: quæ ad dexteram Neapoli incipiens: ad sinistram Sipõto (quæ urbs nunc Manfredonia dicitur) infero superoq; mari clauditur una cum Sicilia. Reliqua uero Italiæ pars Carolo ipsi ex fœdere obtigit: ea tamen loca semper excipio: quæ ditionis ecclesiasticæ habebantur. At Nicephorus patricius ægre ferrens Hirene mulieris imperium: cum eam dolo captam Lesbum in exilium misisset. Foedus iam antea initum per legatos cum Carolo renouat: qui tum saxones totiens deficientes migrare in Franciam cum uxoribus & liberis compulit: eos in itinere cum legionibus subsequens: nequid malefici intereundum committerent.

At leo cum ſeditionibus ſemper uexaretur:ab urbe diſcedens : Mantuam proficiſcitur ad uiſendum christi ſanguinem:qui tum miraculis magno in pretio erat.Is auté a mátuanis perbenigne ſuſcæptus approbato christi ſanguine ob frequentia miracula:ad Carolum profiſcitur:ut hominé ueritatis cognoſcendæ cupidú eius rei certioré faceret: ſimulq; etiam ut de cóponendis rebus italicis inuicem colloquerentur.Rediens deinde in Italiam adiuuaute Pipino rege mandato patris:de coniuratis quibuſdam & ſeditioſis nó ſine clæmentia ſupplicium ſumpſit.Carolus autem iam ſenio grauis : cú ítellexiſſet Pipinum quem(ut diximus)Italiæ regé præfecerat ; Mediolani mortuú eſſe:Lodouicú filium minorem natu Aquitaniæ regem & imperii ſucceſſorem ; Bernardú uero nepotem Italiæ regem declarat:eiq; mandat ut Lodouico rebus in oíbus obtemperet . Fines imperii hos eſſe uoluit in Galliam:rhenú ac ligerí qui in celtis oriens eos a byturigibus diuidit.In Germania uero Danubium & Sauum fluuios:his autem prouinciis ;Aquitaniam:Gaſconiam:magná partem Hiſpaniæ.Ciſalpinam Galliam:Saxoniam utranq; Pánoniam:Iſtriam:Liburnos addidit:maritima uero Dalmatiæ imperio Constantinopolitano ſubiæcta erant . Rebus aút ita cópoſitis:dum Aquiſgrani eſſet ualitudinis cauſa propter aquas calidas:quæ ibi ſcaturiunt febre ac dolore laterú moritur:ætatis ſuæ anno ſecundo ſeptuageſimoquinto calendas februarii;ſalutis uero anno octingenteſimo ac quintodecimo.Eius autem corpus nullo non genere honoris adhabito:í templo beatæ uirginis:qđ ipſe magnis ſúptibus Aquiſgrani extruxerat ſepelit̃.hoc addito epigrámate:magni Caroli regis christiáiſſimi; Romanorúq; íperaroris corpus hoc ſepulchro conditum iacet.Fuit autem Carolus:ſi eius res geſtas tum domi tum foris inſpicis: tantæ amplitudinis & integritatis imperator:ut poſtea neminem ſuperiorem;nedú parem habuerit.Adeo autem cú ei per ociú liceret ſtudiis litteratú delectatus eſt;ut primus(ſuadente tamen Albino)gymnaſium pariſienſe inſtituerit.Tres auté menſas argenteas habuit:quarum unam(in qua urbs Constantinopolitana inſculpta erat)baſilicæ beati Petri:aliam(ubi imago urbis Romæ cernebatur)eccleſiæ rauennati dono dedit.Tertiam filiis reliquit:ubi inerat orbis terrarum deſcriptio . Sunt item qui ſcribant hanc aureá fuiſſe.At uero Leo pontifex reſtituto ſancti Pauli tecto:quod terræmotu conciderat: ædificatoq; a fundamentis apud ſanctum Petrum ampliſſimo hoſpitali:quod græci xenochion uocant:necnon inſtitutis trium dierum ſupplicationibus ante diem aſcenſionis:quibus prima die ab eccleſia dei genitricis ad præſepe ad baſilicam Constantinianá: ſecunda ab eccleſia beatæ Sabinæ martyris ad ſanctú Paulú:tertia a ſancta cruce í hieruſalem ad Laurentium extra muros ibatur moritur primo ac uigeſimo pótificatus ſui anno:quo etiam cometes apparuit(ut nonnulli putant)tantæ calamitatis ídicium.Sepelitur autem in baſilica Petri pridie idus Iunii.Eius in morte ſedes tú uacat diebus decé.

STEPHANVS.IIII.

STEPHANVS quartus:patria romanus:patre Iulio pontificatus ſui menſe tertio ad Lodouicum imperatore in Gallias proficiſcitur:quam obrem aút id fecerit haud ſatis constat. Sunt tamen qui cóiectant:id ab eo factú ad uitandam ſeditionem & reliquias campulianæ coniurationis: quæ iam íualeſcebat mortuo Leone.In aurelianis tunc erat Lodouicus imperator cognomento Pius: qui ubi intellexit pontificem aduentare;ſtatim honoratiſſimum ei quemq; obuiam miſit: maxime uero Theodulphum aurelianorum epiſcopum:cú clero & magna populi parte.Ipſe uero ad primum lapidem prodiens: cum hominem uidiſſet ex equo deſcendit: atq; cú data accæptaq; ſalute cum maxima ueneratione in urbem intoducit:præcedente clero ac ſæpe carmé repetéte:Te deú laudamus.Erat.n.Stephãus ex nobili genere ortus tátæ doctrinæ & ítegritatis:ut facile apđ oés ſáctitatis nomé náciſceret̃: qppe q ſub duobus ſanctiſſimis uiris Hadriano & Leõe educatus:ratioé bene ac beate uiuédi didicerat.In urbé ítroductus:ſuſtentáte eú íperatore ,ppter ipetú multitudinis ſtudio uiuédi cócurrétis:in regiá diuertit:ubi & ſæpe cú íperatore de cóponédis Italiæ rebus collocutus é: & ita ſe mutuo conuiuiis excæpere.ut raro alter ſine altero conuiuaret̃ . Retinuiſſet

hoiem apud se diutius iperator:nisi tũ grauibus implicitis bellis sese obiicere hosti necesse fuisset. Nam & uascones ab iperio defecerát:quos breui i potestatem suam redegit. Britones res nouas molientes:armis in officio continuit:& cõuentu Aquisgrani habito:legatis saracenorum Cæsariam augustá incolentium pacé concessit. Abiturus itaq; Stephanus ad imitationem saluatoris nostri:qui etiam inimicis pepercit:a Lodouico impetrauit:ut exulibus oíbus & captiuis:quos sceleris cõuictos in Leoné admissi Carolus mulctauerat:redire ad urbé Romá liceret. Secũ quoq; detulit crucem magni ponderis magnæq; æstimationis:quá Loduicus sua impensa beato Petro dicauerat. At uero sanctissimus pontifex ad urbé rediens septimo pontificatus sui mense uita functus.in basilica Petri sepelitur. Sedes autem eius morte dies undecim tũ uacat.

PASCHALIS.

PASCHALIS patria romanus:patre Bonoso:nulla interposita iperatoris auctoritate pontifex creatur: hanc ob ré ubi põtificatũ init statim legatos ad Lodouicũ misit:qui eius rei culpam omné in clerũ & populũ reiiceréť:q; ab his ui coactus eét pontificiũ munus obire. Accæpta hac satisfactione Lodouicus respõdit populo & clero maiorũ instituta & pacta seruanda eé:cauerent ne deíceps maiestaté læderent. In conuentu aũt apud Aquisgranũ habito Lotharium filiũ maiorem natu imperii sociũ. sibi deligens:Pipinũ secundũ a Lothario Aquitaniæ:Ludouicũ tertium:Bauariæ reges appellauit. At uero cũ Bernardus Italiæ rex instigantibus quibusdá episcopis & seditiosis ciuibus ab imperio defecisset:cœgissetq; ciuitates quasdá & populos in sua uerba iurare:Lodouicũ in se concitauit:qui præfectos quosdam copiarũ cũ satis ualida manu in Italiá misit. Horum uero impetus retardare conatus Bernardus in alpibus superatur. Seditionis auctores statí capti necanť. Ipse uero Bernardus quamuis supplex ueniam peteret:Aquisgrani supplicio capitali afficiť. Episcopi auté tanti mali auctores: synodali decreto i monasteria quædá relegantur. Sedato itaq; Italico tumultu ueriusq; bello:in saxones q ab imperio defecerant copias mouet:eorũq; tyrannũ Viromarchũ regnũ affectanté:& secũ cõgredi ausum superat atq; interficit. Deinceps uero Lothariũ filium regem Italiæ declaratũ ad pontificé misit:a quo in basilica Petri inungitur:& Augustus appellatur. Interea uero tumultuante Italia:& ad res nouas spectáte: cũ Lotharius tantis motibus nequaq̃ se paré cerneret:maiores exercitus paraturus ad patré se cõtulit. Hanc ob rem Theodotus primicerius & Leo nomenclator Romæ in lateranési palatio per seditioné confossis oculis necanť. Fuere qui tantũ crimen in Paschalé reiicerent:q quidé in synodo triginta episcopoꝝ habita:& coniæcturis & rationibus:& iuramento a tanto se crimine liberauit. Accæpit hác satisfationé Lodouicus:& ut Bibliothecanus ait:cũ Paschali rescriberet:ne deinceps seditio ex re icerta orireť. ciuitates hetruriæ imperio subiæctas litteris declarauit:Aretiũ:Volterras:Clusiũ:Florentiam a patre Carolo restitutam & auctá:Pistorium:Lucam:Pisas:Perusiam:& Vrbemueteré:cætera uero ecclesiæ Romanæ ascribebat. Addidit & Tudertum i Vmbria & ultra apéninum Flammineam:ac Rauénæ urbis hexarchatũ idẽ quoq; Bibliothecarius scribit:Lodouicum liberam elegendorum episcoporum potestatem Paschali dedisse: cum antea ea quoq; in re imperatores consulerenť:quam potestatem ab Hadriano pontifice Carolo concessam idem auctor refert. Paschalis itaq; quem Stephanus ob eius uirtutem & doctrinam:dum uiueret monasterio beati Stephani martyris in Vaticano præfecerat: pontificatum iniens:& corpora sanctorum minus religiose iacentia i urbem cum maxima ueneratione introducta honestiore loco recondidit. Et captiuos persoluto creditoribus precio e uículis liberauit. Idem quoq; Paraxedis beatissimæ christi martyris téplum a fundamentis extruxit:non longe a ueteri:quod iam ob uetustatem & incuriam sacerdotum ruinam minabatur:quo quidem in téplo a se dedicato & persæpe celebrauit:& multorum corpora sanctorum collocauit:iam antea in cœmeteriis passim & sine ueneratiõe iacétia. Extat & i eadé basilica oratoriũ beatæ Agneti dedicatũ: qđ ipse pluribus ornamétis augustius reddidit. Idé quoq; beatæ Ceciliæ téplũ extruxit:qđ carmé i apside notatũ tũc ét idicat:eo quoq; loci & ipsius uirginis & eius sponsi Valeriani: Ti-

burcii:Maximi martyrũ:Vrbani:Lucii põtificũ corpora collocauit:multis additis muneribus & ornamentis ex auro argento & quouis genere marmorũ. Restituit praeterea beatae genitricis templũ ad praesepe uetustate quassum:eiusq́ apsida in meliorẽ formã redaegit. Qui nõ ita multo post nullo religionis:pietatis:humanitatis:benignitatis exẽplo praetermisso:septimo pontificatus sui anno:mense tertio:die decimoseptimo moritur:sepeliturq́ in basilica Petri. Vacat tum sedes dies quattuor.

❡EVGENIVS .II.

EVGENIVS secundus:patria romanus:patre Boemũdo:tantae religionis:sanctitatis:doctrinae:humanitatis & eloquẽtiae fuit: ut omniũ consensu pontifex crearetur:eo maxime tempore quo Lotharius in Italiã ueniens magistratum delegit:qui populo Romano ius diceret. Romani enim imperante Carolo ac filiis libertate aliqua post longã & grauem seruitutẽ usi sunt:Interi uero Ludouicus cũ quadraginta diebus ferro ac flamma Britãniam uastasset:acceptis obsidibus Rhotomagũ petit:ubi Michaelis Constantinopolitani imperatoris oratores audit:eũ cõsulentes: qd de sacris imaginibus faciendũ censeret:abolẽdae ne:an restituendae uiderẽtur Hos aũt ad pontificẽ reiaecit:cuius maxime intererat ea de re decernere. Bulgaros deinde Pannonias ĩuadẽtes primo quidem reppulit: uerũ cũ Naido Aquitaniae praefectus rebellasset: Abderamanni saracenorum regis auxilius fraetus:omittere tantũ bellũ necesse fuit: hãc ob rem bulgari per Pannonias in Dalmatiam infesto agmine penetrarũt. Sed anteq̃ Loduicus in Hiadonẽ mouisset:magnã Hispaniae ptem deficientibus populis iam occupauerat:dimissa circũquaq́ classe:quae maritimas ciuitates uexaret. Solus autẽ Bernardus barchinonensium comes terra mariq́ uexatus:in imperatoris fide permãsit. At Eugenius dignitate corporis & praestãtia animi insignis: spretis rebus omnibus humanis: uel potius fortunae bonis:ad munificentiã & liberalitatẽ uersus:adeo rem frumentariã curauit:ut nullibi uilius q̃ Romae annona uenderet. Praeterea uero pauperum: pupillorum:uiduarum causas & uitam ita tutatus est: ut ab omnibus merito paupeꝝ pater diceretur. Hoc autem genere uiuendi:& ante pontificatum usus ẽ: & dum beatae Sabinae in Auentino presbyter esset:quam pontifex ĩ meliorẽ postea cultũ restituit: & dum basilicae lateranensis archipresbyter esset:quo ex loco deinceps tantae integritatis & modestiae fuit:ad pontificatum omniũ suffragiis traductus ẽ. Huius praeterea opera & precibus captiui omnes & exules ex Gallia tandem ad urbem rediere: quos bonis paternis & fortunis omnibus spoliatos suis facultatibus sustentauit:& ĩ uita retinuit. Per eũ quoq́ non stetit:quo minus Sico dux Beneuẽtanus Neapolitanos obsidione solueret:quos tum uehementer premebat:unde beati Ianuarii corpus Beneuentum transtulit: & ĩ maiori basilica cum desiderio & festo honorifice collocauit. Siconẽ nãq́ mouere in saracenos pontifex adhortabat̃:qui Panhormum in Sicilia iam caeperant. Cum his itaq́ artibus in pontificatu annis quattuor uixisset:moritur pontifex optimus collachrymantibus omnibus:& suam uicem potiusq̃ mortem sanctissimi uiri dolẽtibus: cum mors ei ad foelicitatem uia optatissima esset: sepelit̃ autẽ in basilica Petri apostolorũ principis.

❡VALENTINVS.

VALENTINVS patria romanus:patre Leõtio:tantae uirtutis & sanctitatis fuit:ut nondum presbyter:sed diaconus summũ pontificatus gradum meruerit:nec mirũ quippe cũ apud Paschalẽ & Eugeniũ uiros sanctissimos:& doctrinã & rationem bene ac sancte uiuendi a teneris annis usq́ ad maturam aetatem didicerit. Non ludis:non iocis aut uoluptatibus intentus:ut pleriq́ omnes adoloscẽtes facere consueuerunt:sed doctrinã & beate uiuendi normam ex lectione ueterum:& exẽplo sanctorũ pontificũ sumens. Fuit praeterea in homine tanta ingenii dexteritas: tanta eloquentia:ut facile quod uellet suaderet & dissuaderet:nil nisi sanum: & quod doctrinam saperet ac modestiã ꝑponens. Postremo autẽ pietate claementia:liberalitate tũ in uita priuata:tum in pontificatu nulli maiorũ secũdus est habitus. Has ob res omnium consensu pontifex creatus:meritis hominum qui tũ erant id fortasse exigentibus:quadragesimo pontificatus sui die moritur:ac ĩ basilica Petri sepelitur:cõquerẽtibus oĩbus

eum homminem sibi morte sublatũ esse:quo stante labefactari romana libertas & chri
stiana religio uix poterat Vacante autem sede Sicardus dux Beneuentanus : qui patre
mortuo tyrannicam uitam ducebat:Deusdedit Montiscassini a bbatem:a quo pecuni
as expetebat:in carcerem coniecit:quo in loco nõ sine opiniõe sanctitatis mortuus est.

GREGORIVS.IIII.

GREGORIVS Quartus:patria romanus:patre Ioanne : tituli sancti Marci
pres byter:eo tpe pontificatum iniit:quo & saraceni Asiam occupãte:ad san
cta Palestinæ loca christianis aditum itercluse re:& Mauri in Siciliam classe
delati ipsius insulæ magnam partem uastauerunt:occupato(ut dixi)Panhormo. Nec ꝓ
hibere Veneti potuere quo minus id facerent:eo classe rogatu Michaelis imperatoris
Constantinopolitani contendentes.Maior enĩ erat Maurorum classis:maiores etiã na-
uales copiæ.Crescebat tum res ueneta;quæ originẽ a uenetis omnibus habuerat:eo ma
xime tempore:quo hunni Attila rege Aquileiã.Concordiam:Altinum:aliasq; Venetiæ
prouinciæ urbes ceperunt ac diruerunt ascæuitiæ barbarorum solis estuariis & palu-
dibus seipsos tuentes.Dux uenetorum Iustinianus patricius tum erat:cuius nomẽ ideo
commemorare libuit:ꝙ suis temporibus corpus sancti Marci Alexanndria a mercatori
bus uenetis in patriam delatum est;ubi nũc in maxima Veneratione habetur;extructo
egregio templo in celebriore urbis loco:multisq; donariis in ipso sacello recõditis.Hic
primum ueneti Marci imaginem urbis patroni in uexillis retulere.At uero Gregorius
cum intelligeret a uenetis barbaros pelli ex insula non posse.legatos ad Lodouicum &
Lotharium misit qui eos rogarent:ut primo quoq; tempore siculis auxiliũ ferrẽt.Tergi
uersabantur ii cum dicerent id bellum ad Michaellem imperatorem constãtinopolita-
num pertinere:se tamen paratos esse cõi impensa comunibusq; copiis rem ipsã gerere.
Interea uero cum legati ea de re ultro citroq; mitterẽtur:Bonifacius Corsicæ comes cũ
fratre Bertario & auxiliis quorũdam populorum Hetruriæ classe in Aphricam delati ;
inter Vticam & Carthginem quater cum hostibus congressus:tantam: hominũ stragẽ
edidit:ut coacti sint mauri: ut olim a Scipione uexati suos ex Sicilia reuocare:q patriæ:
laboranti auxilium ferrent.Hac igitur ratione Sicilia a barbarorum manibus liberata
est.Rediit itaq; ex Aphrica ĩ Corsicam Bonifacius cum classe uictrici ingẽti præda onu
sta.Sunt qui scribant dum omnia ubiq; in Italia pacta essent:Lotharium ægre ferentẽ:
ꝙ Lodouicus Carolum natu minimum:cui postea caluo cognomentum fuit:rebus in
omnibus sibi præferret: patri uincula indidisse:nec ita multo post eum liberum dimisis
se :eaq; opportunitate barbaros illectos ex Aphrica cum ingenti classe in Italiã delatos
centumcellis applicuissæ:urbemq;(quæ nunc ciuitas uetus appellatur ut quidã uolũt)
delesse. Atq; inde Romam mouentes:urbem ipsam cepisse:quod quidẽ uero dissonũ
est.Decentumcellis non negauerim.Barbaros uero urbem oppugnare adortos constat:
sed Guidone Cisalpinæ Marchione eam acriter defendente:incensis suburbiis ac basili-
cis Petri & Pauli uia latina in saltum Cassinatem mouentes:ubi facti Germani oppidũ
& monasterium beati Benedicti in monte positum euertissent iuxta lirim fluuium ad
mare descendentes classe ab Hostia eo auecta Tarẽtum & Siciliam inuasere:atq;(ut di-
xi)Bonifacii uirtutem ĩ patriã a ciuibus bello oppressis reuocati sunt.Crediderim ego
tum Bartholomei corpus apostoli ex Lipari Siciliæ Beneuẽtum translatum fuisse a Si-
cardo Benentanorum principe:qui tanto bello interfuit ne sanctissimi apostoli corpus
ĩ hostium christiani nominis manus deueniret.Ad Gregorium redeo : qui tãtæ mode-
stiæ fuit:ut electus a clero populoq; romano nõ prius pontificiũ munus obire uoluit :
q̃ a legatis Lodouici imperatoris ob eam causam Romam missis:qui diligenter tantam
electionem discusserant:confirmatus est. Fecerat id Lodouicus non superbia motus:
sed ne iura imperii amitteret:quippe qui natura clæmens & humanissimus fit habitus:
quiq; iura ecclesiæ & dignitatem semper tutatus sit.Instituit enim ne christi serui ulli
seruituti humanæ subiecti essẽt:& ut unaqueq; ecclesia suos ꝓuẽtus haberet:ũde sacer-
dotes uiuerent:ne ob inopiam rerum cultum diuinum desererent:neue ob necessitatẽ
questui sese dederẽt . Idẽ præterea octingentesimo ac trigesimo dominicæ ĩ carnationis

anno synodum multorum episcoporum habuit:excogitatam ad honorem dei & uti-
litatem ecclesiasticæ dignitatis : in qua quidem constitutum est: ne episcopi & cleri-
ci cuiussuis gradus preciosas & exquisitas uestes : utpote sericas & coccinei coloris aut
bracteatas ferrent:neue in digitis gemmas:nisi dum presules sacrificant:in cingulis &
calceis crepidis aurum & argentum ferrēt:quæ certe procul omni religione sunt:& ma-
gnæ incontinentiæ ac uanitatis signa manifestissima. Vtinam nostris temporibus Lo-
douice uiueres.Indiget nunc ecclesia tuis sanctissimis institutis tua censura:adeo ī oēm
luxum & libidinem sese effundit ecclesiasticus ordo:coccinatos & trabeatos nunc īspi-
ceres non homines:quod leue fortasse uideretur:sed equos & iumenta:præcedente dū
incedunt magno adolescentum & altero presbyterorum agmine subsequente: non in
asinis:ut christus nostri dogmatis auctor:& beneuiuendi unicum ī terris exemplar: sed
in equis præferocibus & phaleratis:ac si ex hoste deuicto triumphum ducerent.De ar-
genteis uasis:& egregia eorum supellectile:deq; cibariis non attinet dicere:cum & Sicu-
læ dapes:& Attalica ornamenta:& uasa corinthia:si hæc inspicias nullius preciu dici pos-
sint.Quid uero ex hac intemperantia nascatur dicere prætermittam:ne os (ut ipsi aiūt)
ī coelum ponam.Ad Lodouicum redeo:qui his artibus & humanis & diuinis rebus cō-
sulens.imperii sui anno trigesimosexto moritur:sepeliturq; meritis in basilica beati Ar-
nulphi.Húc aūt nō multo post secutus ē Gregorius pontifex:nobilitate insignis: sancti-
tate clarus:doctrina & eloquentia præcipuus:diligentia ac solicitudine:tum ī rebus di-
uinis:tum in humanis admiratione dignus.Nam & populi sui commoda mirumimo-
dum curauit: diuites in officio continendo:pauperes pascendo:desperatos solando:er-
rantes sanis admonitionibus in uiam rectam deducendo:ecclesias quoq; multas uetu-
state collapsas restituit.Electos in sortem domini doctrina & exemplo:quoad uixit in
officio continuit.Transtulit idem sanctissimus pontifex:Beati Gregorii corpus:atq; eo
loci collocauit:ubi nūc iacet magnis adhibitis ornamentis:quo in loco multi tempori-
bus illis religionis:aut uoti causa excubare consueuerant.Ferunt & ab eodem corpora
Sebastiani & Tiburtii a coemiteriis:in quibus ante iacebant ad basilicam Petri transla-
ta fuisse.Sunt qui scribant rogatu Lodouici.Gregorium sanctorum omnium celebri-
tatem calendis nouembris instituisse:eamq; rem magnopere a Rabano monacho the-
ologo insigni carminibus & prosa laudatā fuisse. In his enī duobus dicendi generibus
uir doctus:ut illa maxime tempestate satis ualebat.Commentatus est idem Rabanus &
librum paralipomenon:& Machabeos.Habuit etiam sermones satis elegantes ad popu-
lum:sed is potissimum laudatur:quem habuit in celebritate omniū sanctorum.Mori-
tur autem Gregorius pontificatus sui anno.xvi.sepeliturq; ī basilica Petri: ac sedes eius
ī morte diebus quindecim uacat.

SERGIVS.II.



ERGIVS Secundus:patria romanus:patre Sergio e regione quarta:eo tem-
pore potificatum iniit:quo michael imperator Constantinopolitanus mori
tur.Sūt qui Sergium primo quidem os porci appellatum fuisse dicant:& ob
turpitudinem cognomenti Sergii nomen sumpsisse:eamq; consuetudinem ad nostros
manasse:ut qui pontifices crearentur:suo omisso maiorum nomina sibi inderēt : licet
ab omnibus non sit obseruatum:ut cuiq; ē:cōstat Sergium ex illustri familia ortum:ne-
quaq̄ a maioribus suis degenerasse:adiuuantibus eius præclarum igeniū:Leone tertio:
Stephano quarto:Eugenio.secūdo:& Gregorio quarto:sub quorum moribus & doctri
na ita uixit:ut solus mortuo Gregorio dignus haberetur qui pontificium munus obi-
ret Exarserat tum inter Lodouici filios tantum odiū ꝓpter īperii diuisionē:ut in anti-
siodorēsi agro apud Frontanicum acerrime a Lodouico & Carolo cōtra Lothariū fra-
trē dimicatū sit quo quidem multi utrinq; cecidere.Lotharius.n.tandem uictus Aqui-
granum confugit:atq; inde quoq; deturbatus īstantibus hostibus Viennam cum con-
iuge & liberis se contulit.Insecuti & eo cum exercitu fratres:ad quos quidem placādos
nō solū multi regni ipsius proceres sed ex Italia quidā iussu Sergii profecti sūt iter quos
Georgius archiepiscopus Rauennas primus ē habitus:qui cū secūdo prælio apud Lo-

tharium componendæ rei causa esset: ac fortuna ad Lodouicum & Carolum íclinasset: totum comitatum í prælio amittens: eo enim cum tricentis equitibus uenerat: uix solus e tanta strage fuga prolapsus est. At uero ii comunem totius regni calamitaté & interitum miserati: fœdera pacis in hunc modum ineunt: ut pars illa occidentalis regni: que a Británico oceano usq; ad Mosam flumen pertinet: Carolo obtemperaret in. eaq; etiam franco℞ nomen maneret: utq; Lodouico Germania contingeret usq; ad rheni fluenta: & transrenum quicquid genitor possedisset. Lotharius autem cũ imperii titulo urbem Romá obtineret cum Italia & ea parte Galliæ: quæ olim narbonensis: nunc romana prouincia uocatur: huic autem addidere eam quoque partem quæ inter Scaldum & Rhodanum fluuios Lothoringiæ nomen accæpit a Lothario: ut arbitror. Rebus aũt ita cõpositis Lotharius Lodouicũ filiũ: qué regni sociũ asciuerat: in Italiá cum ingenti exercitu mittit: huic socios addidit Droconem merensem episcopum: atq; alios uiros ecclesiasticos prudentia & auctoritate dignos: quorum consiliis uteretur. Is autem adolescens nimia fœlicitate elatus: quacũq; iter facit cædibus omnia & rapinis uastat: incédit & dirruit. Verum cum urbi appropinquasset: eiq; obuiam honoris causa Romam ciues prodiissent: deposita ferocitate illa Gallica mitior esse cæpit: q; ei præter sententiam ingredi urbem pacato agmine liceret. Prodeunt & obuiam ad primum lapidem sacerdotes cum crucibus: & hoc cantu Benedictus qui uenit in nomine domini osanna in excelsis: atq; eum usq; ad gradus sancti Petri comitantur: ibi pontificem offédens mutuo osculo: mutuaq; salute data & accæpta ad argenteas portas simul peruenere clausas quidem. Tum pontifex: si pacato magisq̃ hostili animo ad nos uenisti: siq; ad reipu. christianæ utilitatem magis respicis q̃ ad uoluptatem sæuiendi prædádiue: meo iussu ingredere: sin aliter animatus es: fores ne tetigeris: ná supra caput ensem habes scelerum omnium ultorem. Cum autem bono animo esse põtificem iussisset: statim eius iussu fores patuere. Ingressi itaq; pariter magna romanorum ac francorum multitudine tum præcedente tum sequente: cum ad altare beati Petri peruenissent: procidentes simul omnipotenti deo & apostolorum principi gratias ægerunt: q; sine ullo maleficio res ex sententia acta esset pentecostes octaua. Verum cum postea a multitudine militum suburbia uastarentur: paruumq; abesset quin urbem prædandi causa irruperét octauo ex quo uenerat die uidétibus omnibus qui aderant Lodouicum regem oleo sácto inungit corona donat: Italiæ regem decernit. Ad quem Siginolphus dux Beneuentanus salutandi hominis causa statim uenit; qua quidem multitudine & arbores truncatæ: & pecora distracta: & segetes (ut fit) in pabulum equorum succisæ sunt. His itaq; pontifex quicquid petiere honestum præsertim facile concessit: quo citius ab urbe discederent. Vnde romani tyrannicæ immanitatis metu liberati; sanctissimum pontificem uerum christi uicarium & unicum patriæ parentem prædicabant. Qui quidem ad ornanda templa cõuersus: basilicam sancto℞ Syluestri & martini uetustate collapsam restituit: in eaq; una cum ipsis confessoribus Fabiani: Stephani: Sotheris: Asterii Cyriaci: Mauri: Smaragdi: Anastasii: Innocentii: Quirini: Leonis: Arthemii: Theodori: Nitandri corpora collocauit. Struxit & a fundamentis ad ipsius basilicæ latus in honorem Petri ac Pauli monasterium: ubi continuo res diuina agebatur. Demum uero sanctissimus pontifex re ecllesiastica bene ac integre gubernata; tertio põtificatus sui anno moritur: sepeliturq; in basilica Petri. Vacat tum eius in morte romana sedes mensibus duobus: diebus quindecim.

LEO. IIII.

LEO Quartus: patria romanus: patre Rhadulpho: anno incarnationis octingentesimo quadragesimo octauo pontifex omnium consensu decernitur: ac merito quidem. Vir enim fuit in omni uita priuata etiam religione: innocentia: pietate: humanitate: gratia: liberalitate: doctrina ecclesiastica præcipue insignis. Tátæ præterea prudentiæ & uirtutis fuit: ut Euangelii sententia serpentis astutiam: ubi oportebat & columbæ simplicitatem imitaretur. Tam constanti autem fama impulsus Sergius secúdus romanus pontifex hominé totius uirtutis exemplar: ex subdiacono pre

sbyterũ creat:eundē& titulo sanctorũ quatuor coronatorũ præfecit. Vnde postea mor-
tuo Sergio ad lateranēsē basilicā ductus:ac in sede Petri collocatus:ut uerus & dignus
pōtifex ab oībus salutat̃.Exosculati sūt etiā eius pedes:qui prope aderant morem anti
quũ seruātes.Sunt qui arbitrāt̃ huius sanctissimi uiri orationibus deũ pmotũ saraceno
rũ rabiem naufragio dũ onusti præda domũ redeūt cōpescuisse.Nā superato apud Ta-
rētum nauali prælio Theodoxio Michaelis īperatoris duce:Italiā nemine obstāte lon-
ge ac late populati:captaq; Ancona ac direpta : uexatoq; itē Dalmanco sinu:dũ læti do
mũ redeūt:uolente deo pcellis fluctuũ obruunt̃.Liberatus saracenorũ metu Leo:& se
dilia in uestibulo atrii lateranensis posita ex marmore cōstruxit:& solariũ a Leone ter-
tio incohatum perfecit.Instituit itē pius antistes:ut quotannis a cuncto clero ī basilica
Pauli ipsius apostoli natali die hora uespertina celebraretur.Mandauit præterea ne lai-
cus quispiā presbyteriũ ingrederet̃:dum sacra fierent.Habitæ etiā suo iussu eisdem fer
me diebus supplicationes ad auertendam iram dei:quā frequētes terremotus præ se fe-
rebant.Crucē quoq; quā Carolus romanorũ impator Cōstātinianæ basilicæ donauerat
furto gēmis spoliatā mirũmmodũ exornauit.Hũc aũt tantæ sanctitatis fuisse constat
ut & basiliscũ serpentē(quē latini regulũ appellare possũt)suis orationibus e fornice sā-
ctæ Luciæ uirginis in orphea expulerit:cuius halitu & ueneno multi mortaliũ perie-
rant:& incendiũ illud signo crucis extinxit:qđ diu per domos saxonũ & longobardorũ
uagatum diui Petri basilicæ appropīquabat.Hoc aũt factũ est octaua die ab assumptio
ne beatæ dei genitricis:q dies postea ut festus celebratus ē nō longe a Basilica Laurētii
martyris extra moenia.Eo nāq; loco ipsius uirginis templũ extabat: cui munificētissi-
mus pōtifex multa dona ex argēto auroue obtulit.præterea uero opus musiuũ basilicæ
sancti Martini & Syluestri in mōtibus:incrustationemq; parietũ a Sergio īcohatā ipse
pfecit:ut epigrāma indicat:quod solũ superest:nā pictura iam pridem corruit:uel in cu
ria hominum:uel uetustate & situ.Suo quoq; iussu crux illa quæ ante pōtificem a sub-
diacono fertur ex auro facta:gēmis ornat̃. Nullũ genus ornamēti relinquēs:qđ ad digni
tatē saluatoris nostri ptineret.Restituit quoq; urbis moenia: & portas uetustate colla-
psas. Ad hæc uero.xv.turres ppugnacula urbis a fundamētis erexit:harũ duas proxi-
me necessarias:hinc dextra:hinc sinistra tyberis amnis posuit infra Ianiculum & Auen-
tinũ ne subuehi naues hostiũ ad diripiēdā urbē possent.Idem quoq; sua diligentia cor-
pora sanctorũ quatuor coronatorũ inuenit:eorũq; templũ ī splendidiorē formā īstau-
rauit.Sāctos ipsos sub altari collocauit Sēpronianũ:Claudiũ Nicostratũ.Castoriũ. His
addidit & corpora Seueri:Seueriani:Carpophori.Victorini:Marii:Fœlicissimi Agapiti
Hippolyti:Aquilae:Prisci:Aquini:Narcissi:Marcellini:Fœlicis:Apollinis:Benedicti:Ve-
nātii:Diogenis:Liberalis:Festi:Marcelli.Addidit & caput sancti Proti:Ceciliæ:Alexan
dri:Xyxti:Sebastiani:Praxedis.At uero dũ his rebus:ut sāctissimũ uirũ decebat.q̃ diligē
tissime uacaret:nunciareturq; saracenos cũ magna classe diripiēdæ urbis causa aduen-
tare:& neapolitanos ac cæteros illius oræ maritimæ paulo post ipsi urbi auxilio futu-
ros:ipse statim cũ quanta potuit manu Hostiā pficiscit̃:eoq; oēs auxiliares copias con-
uocat:cũ hostibus dimicaturus si copiā pugnādi fecissēt.Suos aũt sāctissimus pontifex
ad coīonē primo.adhortatus:ubi id obsequētissime fecissēt orationē ad deũ his uerbis
habuit.Deus cuius dextera beatũ Petrũ ambulātē in fluctibus ne mergeret̃ erexit: &
coapostolũ eius Paulũ tertio naufragātē de pfũdo pelagi liberauit exaudi nos ppitius
& cōcede:ut amborũ meritis horũ fideliũ tuorũ brachia cōtra inimicos ecclesiæ tuæ sā-
ctæ dimicātia oīpotēti dextera tua corroborẽt̃:& cōualescāt:ut đ recepto triũpho no-
mē sāctũ tuũ ī cūctis gētibus gloriosũ appareat.His dictis statim facto signo crucis pu-
gnādi copiā fecit:qui ita alacriter pugnā iniere:ac si uictoriā certā sibi ppositā uiderēt:
tādē uero post lōgũ & acre certamē hostes supant̃ fugāt̃q;:multi ī ipso prælio utpote
nauali periere:pleriq; tamē uiui capti:& Romā pducti sũt.Placuit ēt ciuibus romanis
quosdam ad terrorē nō lōge a portu romano furca suspēdere:aduersante tamē Leone
ob māsuetudinē:& clæmētiā:qua potissimũ īsignis hēbat̃:sed ire obuiā multitudini ī tā
to præsertim furore nō licuit.Eorũ uero opa:qui uiui Romā pducti sũt:usus ē Leo ī re

ſtituẽdis eccleſiis quas ipſi Agareni quondã diruerant & icẽderãt i extruẽdis mœnibus quibus uaticanũ cinxit: Leoninãq; urbẽ de ſuo noīe appellauit. Idq; potiſſimũ efficit: ne deīceps hoſtibus liceret eccleſiã beati Petri una uel leui icurſione ſpoliare & incẽdere ut ante cõſueuerãt. Nõ caruere ſuis precatiõibus portæ. In ea eni quæ ad ſãctũ peregrinũ ducit: hæc erãt i marmore cæſa. Deus q apoſtolo tuo Petro collatis clauibus regni cæleſtis: ligandi atq; ſoluendi pontificiũ munus tradidiſti: concede ut itercеſſiõis eius auxilio a malis nexibus liberemur: & hanc ciuitatẽ quã nouiter te adiuuãte fundauimus: fac ab ira tua in ꝑpetuũ manere ſecurã: & de hoſtibus quoꝝ cauſa cõſtructa ẽ: nouos ac multiplices habere triumphos. In ſecunda uero porta quæ apud Hadriani molẽ ad prata ducit: hæc uerba iẽrãt. Deus qui ab ipſo huius mũdi pricipio hãc ſãctã catholicã & apoſtolicã Romanã eccleſiã ab hoſtibus cuſtodire & cõfirmare: dignatus es: iniqtatis noſtræ chirographũ ꝓpitiatus emẽda: & urbẽ hãc quã tuo ſãcto noĩ ꝑ apoſtoloꝝ Petri & pauli ſuffragia nouiter dedicauimus: ab oĩbus inimicoꝝ iſidiis ſecurã ꝑmanere cõcede. Tertia aũt precatio erat i frõtiſpicio portæ q̃ ibat ad ſcholã ſaxonũ: his uerbis. Præſta quæſumus oĩpotẽs & miſericors deus: ut ad te toto corde clamantes itercedẽte beato Petro apoſtolo tuæ pietatis idulgẽtiã conſequamur: & urbs quam ego famulus tuus Leo quartus epũs romanus te auxiliante meo noĩe Leoninã uocaui: nouoq; ope dedicaui: ut ſecura atq; illæſa ꝑmaneat: apud clæmẽtiã tuã iugiter exoramus. Hãc aũt urbẽ primo põtificatus ſui ãno inchoatã demũ ſexto abſoluit: eãq; corſis quos ſaraceni ex inſula depulerãt incolẽdã dedit: aſſignatis uiritim agris unde uiuerẽt. Sed miror i portis ipſis aliã nũc iſcriptionẽ legi uerſibus hexametris ieptis qdẽ: quos certe Leonis nullo mõ eſſe arbitror: licet ſub eius noĩe ferant. Ex manubus uero ſaracenorum dona quædã: tũ ex auro: tũ ex argento baſilicis romanis obtulit. Sũt q ſcribãt eius mãdato ẽt baſilicã ſãctæ Mariæ i uia noua ædificatã fuiſſe: & turrim i uaticano apd ſãctũ Petrũ quã adhuc cernimus. Fores præterea ſancti Petri ab Agarenis direptas ex argẽto reſtituit. Synodũ. vii. & xl. epoꝝ habuit: i qua ex decretis maiorum ſuoꝝ Anaſtaſiũ preſbyterũ cardinalẽ ſãcti Marcelli multis criminibus cõuictũ dãnat: & ab eccleſia reiicit eo maxĩe ꝙ parochiã ſuã ꝑ ãnos quiq; cõtra canonũ iſtituta deſeruerit. Colonias præterea ex Sardinia Corſicaq; quæ pulſis ſaracenis iã reſpirare cæperãt: Hoſtiã cultoribus ꝓpter inſalubritatẽ aeris & frequentes direptiones. uacuam duxit: Lothario poſtremo egregie ſatiſfecit: qui delatione quorũdam ipulſus Romam uenerat: ꝙ intellexerat Leonẽ trãſferẽdi iperiũ ad cõſtantinopolitanos cõſilia iniſſe. De delatoribus in mendacio deprehẽſis (ut par erat) ſuppliciũ ſumitur: atq; amicitia inter utrunq; integraꝛ. Sunt qui ſcribãt Ioãnẽ Scotũ huius tꝑibus fuiſſe: uirũ i rebus diuinis doctiſſimũ: qui in frãciam ueniẽs regis Lodouici iuſſu hierarchiã beati Dionyſii e græco in latinũ trãſtulit: nec ita multo poſt (ut aiũt) a diſcipulis ſtilo cõfoſſus perit. Tãti ſceleris cauſa nuſq̃ traditꝛ. Ferũt itẽ Alidulphũ Angliæ regẽ ob religionẽ iſulã uectigalẽ eccleſiæ Romanæ feciſſe ſingulis nũmis argẽteis in ſingulas domos quotannis collatis. Moritꝛ aũt Leo uir ſãctiſſimus & optime de eccleſia dei: deq; urbe Roma ac nomine chriſtiano meritus: cõſilio: auctoritate: diligentia: doctrina: magnificentia præclaroꝝ opeꝝ ãno põtificatus ſui octauo: mẽſe tertio: die ſexto. xvi. calẽdas auguſti: ſepeliturq; i baſilica Petri. Vacat tũ ſedes mẽſibus duobus: diebus quindecim.

❡ IOANNES. VII.

IOANNES Anglicus: ex Maguntiaco oriũdus: malis artibus (ut aiũt) põtificatũ adeptus eſt. Mẽtitus eni ſexũ cũ fœmina eẽt adoleſcẽs admodũ Athenas cũ uiro docto amatore ꝓficiſcitur: ibiq; præceptores bonaꝝ artiũ audiendo tãtũ ꝓfecit: ut Romã ueniẽs paucos admodũ etiã i ſacris litteris pares haberet: ne dum ſuperiores. Legẽdo aũt & diſputãdo docte & acute tãtũ beniuolẽtiæ & auctoritatis ſibi cõparauit: ut mortuo Leone i eius locũ (ut Martinus ait) oĩum cõſenſu pontifex crearetꝛ. Verũ poſtea a ſeruo cõpreſſa: cũ aliquãdiu occulte uẽtrẽ tuliſſet: tandẽ dũ ad lateranẽſem baſilicã ꝓficiſceretꝛ: inter theatrum (quod coloſeum uocant) a Neronis coloſſo: & ſanctũ clæmentẽ doloribus cruenta peperit eoq; loci mortua: põtificatus ſui ãno

secundo:mense uno:diebus quattuor sine ullo honore sepelitur.Sunt qui hæc duo scribant pontificem ipsũ quando ad lateranensem basilicam ꝓficiscit᷑: detestandi facinoris causa:& uiam illã cõsulto declinare:& eiusdẽ uitãdi erroris causa dũ primo ĩ sede Petri collocat᷑:ad eam rẽ perforata genitalia ab ultimo diacono attrectari.De primo non abnuerim:de secundo ita sentio:sedem illam ad id paratam esse:ut qui in tanto magistratu constituit᷑:sciat se non deũ sed hoĩem eẽ.& necessitatibus naturæ:utpote egerẽdi subiectũ esse:unde merito stercoraria sedes uocat᷑.Hæc quæ dixi uulgo ferunt᷑.incertis tamen & obscuris auctoribus:quæ ideo ponere breuiter & nude institui:ne obstinate nimiũ & ptinaciter omisisse uidear:q̄ fere oẽs affirmãt:erremus etiã nos hac in re cũ uulgo quanq̄ appareat ea:quæ dixi ex his esse:quæ fieri posse credũt᷑.Sũt q dicãt huius tẽporibus beati Vincentii corpus e Valentia citerioris Hispaniæ ciuitate a quodã monacho ĩ pagũ albiensem ulterioris Galliæ deportatum.Dicunt præterea Lothariũ iã grãdem natu:sumpto monachoꝝ habitu filiũ Lodouicũ imperatorẽ reliquisse:qui statim in Germaniã ꝓuinciã rediẽs.oẽs ad arma spectãtes sua præsentia ĩ officio cõtinuit.

BENEDICTVS.III.

BENEDICTVS tertius:patria romanus:patre Petro:merito Benedictus appellatus ẽ ob sanctitatẽ uitæ & reꝝ diuinaꝝ gratiã.Sub Gregorio enĩ militãs:cũ ab eo subdiaconatus gradũ accæpisset.ita deinceps uixit:ut mortuo Leone unus Benedictus tãti põtificis dignus successor hẽret᷑.Ad hũc itaq; cõcurrẽtes oẽs tanq̄ ad unicũ & benignissimum sidus a deo ĩ terras missũ eum põtificẽ decernũt.Qui flens: & deum ac sanctos testes faciens: se nequaq̄ dignum esse qui tantæ sedi præfiteretur dicebat. Acclamantibus itaque omnibus; & electionem approbantibus inuitus tandem pontificium munus suscipiens: in atrium lateranense perducitur: & in sede Petri collocatur. Inde uero ĩ equo albo sedẽs ad ecclesiam sanctæ Mariæ ad præsepe ductus:ieiuniis triduo & orationibus uacauit:deũ rogãs ut sibi liceret sãctæ & ĩtegre ecclesiã suã gubernare.Eo aũt post diem tertiũ iteꝝ uenere oẽs: & eius pedes de more osculati sunt.Ii potissimũ qui Rhodoaldi portuẽsis episcopi factionẽ secuti:aliũ nescio quẽ uel(ut qdã uolũt)Anastasiũ a Leone põtificatu deiectũ:hoĩem ignotũ pridie eius diei Benedicto præferre conati fuerãt:sed cognito errore(ut dixi)ueniã petentes ĩ sentẽtiã bonoꝝ tandẽ uenere & hoĩem sanctissimũ de more adoratũt.Idẽ fecere & Lodouici ĩperatoris legati:ad cõfirmãdã cleri ac populi electionẽ Romã missi. Sequẽti uero die comitãte populo ad basilicã Petri deductus uidẽtibus oĩbus:ut mos ẽ: & antiqua traditio dictat:cõsecratus ĩsignia põtificis suscæpit acclamãtibus oĩbus & plaudẽtibus. Tãtæ enĩ mãsuetudinis fuit:tãtæ dignitatis corpore & aĩo ut tã ĩ magistratu cõstitutus q̄ in uita priuata carus oĩbus & gratus uideret᷑.Hic quidẽ ad cultũ diuinum cõuersus: multas ecclesias uetustate collabẽtes restituit:& dona pleraq; ĩ earũdẽ sacraria reposuit. Instituit præterea ut funeribus episcopi pres byteri aut diaconi põtifex una cũ clero ĩteresset honorãdi corporis desũcti & cõmẽdãdæ aĩæ gratia:mãdauitq;:ut uicissim clerus mortui põtificis funus celebraret.Ipse uero qđ ĩstituit dũ ĩ uita eẽt:nõ uerbis tãtũ: sed re ipsa cõprobauit.Sacerdotũ enĩ funeribus semꝑ ĩterfuit.Aegrotos præterea inuisit:paupes aluit:desperatos & calamitosos cõsolatus ẽ:uiduas & pupillos acerrime tutabatur.His artibus uitã sanctissimã traducẽs suo magisq̄ populi romani tp̃e morit᷑ põtificatus sui ãno secũdo:mẽse sexto:die nono.Sepultus ẽ aũt ante fores basilicæ beati Petri apostoli.Interim uero dies quindecim episcopatus uacat.

NICOLAVS.I.

NICOLAVS Primus:patria romanus:patre Theodoxio bene ac sancte a teneris ãnis educatus:primo quidẽ subdiaconus a Sergio mox uero diaconus a Leone creat᷑.In quo ordĩe adhuc cõstitutus nullũ genus pietatis omittẽs: Benedicti corpus suis manibus tumulo collocauit nõ sine multis lachrymis. At uero cũ pacto de more funere creare alterum põtificem necesse esset:cũq; ieiuniis: uigiliis: orationibus instarẽt homines:ut talem a deo consequerentur pontificem qualem amiserant:in basilica sãcti Dionysii confessoris atq; pontificis(eo nãq; eius rei causa cõuer-

nerãt) post longam consultationem Nicolaum absentem pontificem creant:& fugien-
tem in uaticanum:latitantemq; uitandi honoris causa conquisitum in atrium lateranẽ
se perduxerunt:& nolentem etiam in solio apostolico collocarunt. Deinde uero in basi
lica Petri cõsecratus:sumptaq; de more pontificia corona:multa cum Lodouico Cæsa
re qui tum aderat collocutus est:tum ad pontificatum:tum ad ĩperiũ ptinentia. Cum
uero Lodouicus ipse ab urbe discessisset.conscendissetq; ĩ loco:quẽ romani quintũ ap
pellabant:eo profectũ Nicolaum ferunt:cum proceribus urbis Romæ itaq; honorifice
susceptum:ut imperator ad mille passus pontifici obuiã factus.ex equo descendens eũ
freno manibus attrectato in castra perduxerit. Erat enim tantæ uenerationis & maie-
statis:tantæ eloquentiæ & doctrinæ.ut ab omnibus tanquã numẽ coleretur. Habito
autem simul lõgo & secreto colloquio post epulas osculoq; inuicẽ dato & accæpto: ad
urbem põtifex rediit:quã quidẽ ex cresentia tyberis ita uexatam inuenit: ut nõ nisi lyn
tribus de uico ad uicũ trãsire liceret. Nam & ecclesiã sancti Laurẽtii in lucina:& mona-
sterium beati Syluestri.& totã illã planiciem:quæ a uia lata ad radices tarpeiæ rupis ad
uiam argentariam ad auẽtinũ ducit ita occupauerat:ut instare diluuium uulgo puta-
tum sit. Hac inundatione & multæ domus euersæ sũt:& plures arbores euulsæ: & sata
passim disiecta. Neq; hoc semel leo anno:sed iterũ decembri mẽse Romæ accidit. Emẽ-
dare hæc damna uel potius delinire põtifex enixus:nullũ genus officii & pietatis in ci-
ues suos omisit. Interim uero Michael Theophili filius Cõstãtinopolitane urbis ĩpera
tor legatos cum muneribus Romã misit:q & limina apostolorũ & pontificẽ inuiserẽt.
Hæc aũt munera fuere:patena aurea. & calix aureus iusti ponderis cũ gemmis magnæ
æstimationis. Hic est ille Michael:quẽ postea Basilius cõsors ĩperii factus dolo necauit:
ut solus ĩperio potiref. Habiti sũt aũt a põtifice pbenigne legati:& domũ uicissim cum
muneribus missi. Nicolaus uero põtificiæ dignitati admodũ cõsulens:Ioannẽ archiepi
scopum Rauennatẽ ad sedẽ apostolicã propter obiecta crimina uenire recusanrẽ digni
tate priuauit. Is aũt Papiã ad Lodouicũ confugiẽs:ab ĩperatore litteras cõmẽdaticias ad
põtificẽ obtinuit:& legatos q a põtifice ĩpetrarẽt:ut Ioãni archiepiscopo Romã ad cau
sam dicendã tuto pficisci liceret:qđ haud grauate põtifex cõcessit. Ioannes aũt facta di
cendi copia in magno præsulũ cõuentu in domo Leonina nil aliud fassus est q̃ se maie-
statis reum esse:ob eam rẽ & a põtifice & ab his qui eo in cõuentu aderãt se ueniã pete-
re. Motus hac cõfessione põtifex:& precibus qui tũ aderãt.his conditionibus Ioannẽ ĩ
gratiã recipit:ut se ĩ concilio de hæresi purgaret:utq; quotannis Romã se pfecturum
polliceretur quoad fieri posset. Et ne electos ẽr canonice in flãminia episcopos cõsecrã-
di facultatẽ haberet nisi id sibi a sede apostolica litteris cõcederetur:neue eosdẽ episco-
pos Romã pficisci quotiẽscũq; uellent phiberet:utq; ei nullã exactionẽ:quã sacri cano
nes nõ recipiũt:nullũ morẽ.nullã consuetudinẽ introducere liceret. Postremo uero ei
sub anathematis poena mandatũ est:ne de bonis ecclesiæ q̃cq̃ ĩmutaret aut decerneret
inconsulta sede apostolica: neue ẽt prophana ei recipere liceret: nisi id placere summo
pontifici intellexisset. Has autẽ sãctissimas iussiones tota synodus ita approbauit:ut ab
omnibus ter acclamatũ sit. Rectum iudicium summi præsulis. Iusta diffinitio pastoris
uniuersalis ecclesiæ. Salubris institutio christi: discipulis omĩbus placet. Omnes autem
eadem dicimus:eadẽ sapimus:eadẽ iudicamus. Tum uero Ioannes uidẽtibus omnibus:
eadẽ se conseruaturũ iureiurãdo & scripto cõfirmauit. Atq; ita soluta synodo Ioannes
Rauennam ad suos rediit:liberatus aũt hac molestia põtifex ecclesiã dei genitricis(quæ
prius antiq̃ nũc uulgo noua appellaf)restituit:egregiisq; picturis exornauit. Regẽ bul-
garorũ cũ oĩ prouintia ad fidẽ christi litteris & sanis admonitionibus cõuertit: eisdẽq;
bulgaris episcopos & presbyteros dedit:q neophytos in fide cõfirmarent: pulso Photi-
no:cuius fraude in errorem bulgari dilapsi fuerant. Pacem præterea inter Lodouicum
ĩpatorem & Andalisiũ Beneuentanũ ducẽ composuit. Saracenos Beneuentũ usq; ali-
quando peruagatos repulit. Postremo uero approbante Lodouico imperatore ĩstituit:
ne princeps ullus secularis aut imperator cõciliis clericorum interesse auderet: nisi de
fide ageretur:licere tum ac par esse censuit. Sunt qui scribant beatum Cyrillũ ex Cher-

sona ponti sancti Clæmentis corpus Romã tum detulisse: idq; in ecclesia his tẽporibus sancti Clæmentis appellata: reconditũ fuisse: nec ita multo post Cyrillũ mortuũ eo loci sepultum iacere. Nicolaus auté in oĩ genere uirtutis unici uiri exempli uir septimo põtificatus sui anno: mése nono: die. xiii. moritur: & ante fores basilicæ beati Petri ex testamento sepelitur. Sunt qui scribãt post morté eius annis octo: mensibus septem: diebus nouem sedem uacasse.

HADRIANVS. II.

HADRIANVS Secũdus: patria romanus: patre Talaro episcopo Sergio põtifici familiaris fuit: a cũ quo aliqñdo denarios quadraginta dono accæpisset: domum rediens dispensatori mandauit: ut eos peregrinis & pauperibus: qui in uestibulo domus suæ stabãt errogaret. Facete ille mãdata conatus: cũ uideret ne minime quidé parti tantula re satisfieri posse ad Hadrianum rediens: rem ipsam exponit. Tũ Hadrianus accæpta pecunia ad pauperes ueniens & ternos denarios singulis præstitit: & totidé sibi rei familiari satisfacturus reseruauit: admirante dispẽsatore miraculo rei. Cui Hadrianus: uides inqt q̃ benignus & largus sit dominus his præsertĩ: qui liberales & munifici in pauperes sunt. Hac & aliis uirtutibus tãto ĩ pretio apud oẽs fuit: ut cũ de põtifice creãdo sermo haberet: certatĩ oẽs unicũ Hadrianũ deligerẽt: quẽ ẽt ab ecclesia sanctæ dei genitricis ad præsepe ad lateranensem basilicã nolentẽ detulere: ac statim pontificẽ creatũt. Nõ est habita ĩ tãto tumultu cuiuspiã ratio. Hãc ob rẽ Lodouici legati qui eius rei causa aderant indignati: qđ nusquã (ut par erat) dũ hæc agerẽtur interesse potuissent: & auctoritatẽ ĩpatoris ĩcreãdo põtifice ĩterpõere. Legatis aũt hac ratiõe satisfactũ ẽ: q; dicerẽt multitudĩs uolũtatẽ ĩ tãto tumultu moderari nõ potuisse: eos tamẽ recte facturos si uiq; optimũ quẽ & clerus & populus elegerat de more pontificẽ salutarent. Fecere id legati q̃q aperte cernerẽt cleq; & populũ elegendi pontificis totã auctoritatem sibi uẽdicare: ne deinceps principis cuiuspiã nutus expectaret. Forte ẽt: ut libertas ecclesiastica tũ insolesceret. Superuenere a Lodouico ĩperatore littere: qbus romanos admodum laudat q; summũ pontificẽ sancte & integre creassent: non expectato alioq; uoto: qui forte ea ĩ re ob ignorationẽ psonaq; minus iudicii habuissent. Qui enim fieri posse dicebat: ut peregrinus & hospes dignoscere posset in aliena repub.. qs potissimũ cæteris præferẽdus sit: Id maxĩe ad ciues ptinere: & ad eos præsertĩ: q cũ ĩ qlinis familiariter uixere. Hadriãus aũt pontificatũ adeptus: oĩa quæ ad honorẽ summi dei ptinerãt diligẽter circũspiciebat: uerbis. exẽplo: auctoritate: tũ sua maioq; unũ quẽq; ad bene beateq; uiuẽdũ cohortatus. Circũuẽros ẽt alioq; iudiciis & potẽtia acerrĩe tutatus ẽ. Haberi enĩ synodũ Cõstantinopoli passus est: qua & pulsus Photius uir seditiosus: & restitutus Ignatius iã antea iniuria pulsus. Habita ẽt in eadẽ synodo lõga cõtentio est: bulgarine (quoq; legati tũ aderant) sedi romanæ an Constãtinopolitanæ subiecti eẽnt. Tandem uero Basilio cõtradicẽte romanæ sedi adiudicãt. Quare hadrianus abulgaris rogatus: ut uiq; uita & doctrina ĩsignem in prouiuciã mitteret: cuius auctoritate & exemplo in fide christi retinerentur. Tres sanctissimos uiros eo cum summa potestate misit: q ecclesias illas ex sententia ad meliorem cultum redigerent. Ii autem fuere Syluester subdiaconus: Leopardus anconitanus: Dominicus taruisinus: qui rem omnem ex sententia pontificis breui composuere: Quãq̃ bulgari non ita multo post donis & pollicitationibus a Constantinopolitanis corrupti: pulsis latinis sacerdotibus græcos recæperint: quæ qdem seditio multorum malorum incendia inter græcos & latinos suscitauit. Hadrianus uero sese omnibus ecclesiæ hostibus quoad fieri poterat obiciens: cum mortuo Lodouico Carolum filium inuncturus esset: moritur pontificatus sui anno quinto: mẽse nono: die duodecimo. Eius autẽ ante mortem & tribus diebus sanguine apud Brixiã pluit: & locustæ gallias mirũimmodũ uastarũt tã calamitosæ mortis ĩdicia pmaxia

IOANNES. VIII.

IOANNES Octauus: patria romanus: patre Gundo: initio pontificatus sui Carolum: qui tum Romam uenerat imperatorem decernit. Hanc ob rem indignati duo Caroli Lodouici regis Germaniæ filii: contractis undique copiis in Ita-

liam descendunt: patruum Carolum imperio simul & uita priuaturi. Is autem tridentinos saltus nepotibus clausurus: cum exercitu Veronam properans: apud Mantuá ualitudine correptus: uenenata potione moritur: quá Sedechias iudæus quo medico utebatur: curandæ ualitudinis causa (ut creditum est) ei dederat. Ea re cognita Ioannes pontifex omnibus uiribus annitebatur: ut Lodouicus rex Franciæ Caroli filius imperator decerneretur. Quo minus aút id faceret obstitere romani proceres: Carolú tertium Germaniæ regem: qui cú fratre Carolomagno iam partem Italiæ occupauerat: imperatoré esse cupientes. In tanta uero seditione cum non deessent: qui etiá Lodouico fauerent pōtifex capitur: & í uincula cōiicitur. Hác ob rem non ita multo post adiuuantibus quibusdá amicis e uinculis prolapsus: ad Lodouicum cognomento balbú in Franciam confugit: ubi per annú ímoratus & regem inunxit: & controuersias quasdá inter ecclesiasticos ortas sustulit. Nam Gibertus neumanensis episcopus Leonem abbatem possessione monasterii sui ui priuauerat. Erat. n. mōasteriú sancti Petri. í quo beati Egidii corpus quiescebat. Situs autem loci Flauianus appellatus est a ualle flauiana quá Flauius quondam rex beato Egidio donauerat: is postea eo loci in honoré Petri & pauli monasteriú condiderat. Multis itaq; episcopis & iudicibus astantibus pōtifex cognita causa Leoni monasteriú adiudicat. Arelate hæc contentio extincta est: unde Ioannes abiens annuente Lodouico apud Trecas ciuitaté conciliú habuit: in quo & multa ad fidem ptinentia sunt instituta: & flandris q tum primú ex locis nemorosis ad meliorem cultum uenerát episcopus datus est. Veꝝ cum Italia a saracenis uastaretur: cumq; iam montis cassini monasteriú cæpissent ac diripuissét: Ioannes Romá accitus: adiuuátibus principibus christianis agarenoꝝ magná parté Italia ac Sicilia expulit. Carolú præterea quo ei liberius in urbe uiuere liceret: imperii corona donauit: tertiusq; Carolus appellatus est. Qui postea in normános mouens: Franciam & Lotoringiá uastantes ita eos perdomuit: ut Rhotifredus eorum rex pacem petere & fidem christi suscipere coactus sit: quem impator í gratiá recipiés e baptismatis fōte leuauit: ut scribit Anastasius: qui tú í pretio erat romanæ ecclesiæ Bibliothecarius: uir sane ita utraq; ligua doctus ut e græco in latinum & septimá uniuersalem synodum: & hierarchiam Dionysii Ariopagitæ: & uitas multorum sanctoꝝ Caroli gratia in latinum eleganter & docte trástulerit. Súr qui scribant Carolum ipsum multa monasteria condidisse: ac rem diuinam auxisse. Sed hæc eius præcipua laus: q multos ad scribendum impulit. Nam & Milo beati Amandi monachus: eiusdem sancti uitam accommodate perscripsit: & Ioannes scotus quædam nostræ religionis acutissime disputata grauissime composuit. Non caruit etiam hac laude scribendi Ioannes pontifex: dum adhuc priuatus esset. Diaconus enim primi Gregorii uitam quattuor libris ægregie conscripsit. Cum uero in pontificatu annis decem: diebus duobus uixisset moritur: & in basilica Petri sepelitur.

MARTINVS. II.

ARTINVS Secundus: natione Gallus: patre Palumbo: post Ioannem pontificatum iniit. Sunt qui hunc Marinum uocent: quos ego similitudine scriptionis deceptos puto. Martinus itaque: cuius uita ideo breuior é: quia breui tempore in pontificatu uixit: imperantibus apud Constantinopolim Leone & Alexandro Basilii filiis: í occidente uero Carolo tertio: quem ab Ioanne octauo coronam accæpisse scripsimus: quenque normannos Galliam infestantes: ita continuis prælus attriuisse: ut eos & fidem christi: & leges uictoris accipere cogeret. Sunt qui scribant Martini fraude: ut in Formoso dicetur Ioannem pontificem ita seditionibus agitatum fuisse: ut ei í uincula coniecto aufugere necesse fuerit. Martinus autem malis artibus pontificatum adeptus: breui moritur. Annum enim & menses quinq; tantummodo in pontificatu uixit: nil dignum memoria gerens: uel ob breuitatem temporis: uel q nil tum accidit: quo nomen eius fieret illustrius: uel q dei nutu malis artibus principatus acquisiti ueram gloriam unicum optimi principis cibum amittunt.

HADRIANVS.III.

HADRIANVS Tertius:patria romanus:patre Benedicto:tanti animi fuit:ut initio pontificatus sui statum ad senatum populũq; retulerit:anno domini octingentesimo nonagesimoquinto : ne in creando pontifice imperatoris auctoritas expectaretur;utq; libera essent & cleri & populi suffragia:qđ quidem institutum a Nicolao primo tentatum potiusq̃ incohatũ diximus.Illectũ credo hac opportunitate Hadrianum:ꝙ Carolus ĩperator ab Italia cũ exercitu discendẽs in normãnos rebellantes mouerat.Fuerat ei in aĩo gẽtem inquietã omnino delere.At uero cum id difficile uideret̃:nec fieri sine magna suoꝝ clade posset: ptẽ illã Galliæ ad ĩcolẽdũ his cõcessit:quæ ultra Sequanã flumẽ ẽ:quæq; hodie a gẽte ipsa Normãdia uocat̃ . Pendere aũt quotannis uectigal Regibus Frãciæ sũt iussi:ne ui sed benignitare imperatoris Caroli loca illa obtinuisse uiderent̃.Interea uero Gulielmus cognomẽto pius Aquitaniæ dux:& Aluerniæ comes:cũ stirpe uirili careret:Cluniacense monasterium in fundo paterno Burgundiæ pago masticensi magnificentissimis operibus incohauit eidemq; loco Bernonem abbatem præfecit:designatis ꝓuentibus:unde monachi uiuerent . Ante tempus uero Gulielmus moriens monasteriũ impfectũ reliquit:Elbo comite pictauiẽse hærede ĩstituto:qui rem ipsam ex testamento curaret.Hadrianus aũt põtifex:de quo clerus populusq; romanus magnã spem cõcæperat ob eius uirtutẽ & magnitudinem animi anno primo & mense secundo põtificatus sui moritur:sepeliturq; in basilica Petri collachrymantibus omnibus & ingemiscentibus tantum parentem iniquo tempore tam repente sibi ablatum esse.

STEPHANVS.V.

STEPHANVS Quitus:patria romanus:ex uia lata patre Hadriano pontificatũ iniit:eo tpe quo normanni adiũctis sibi dacis oẽm ferme Galliã ruptis fœderibus uastarũt. Timore uero tãtæ ĩcursionis beati Martini corpus Turonis Altisiodoꝝ deportatũ ẽ:& in ecclesia sancti Germani collatum. Accidisse miraculũ tum ferũt:orta ĩter monachos discordia:cui potissimũ facto nomẽ ecclesiæ ascriberet̃.Hãc ob rẽ discutiendæ ambiguitatis causa leprosus in medio utriusq; sancti collocãtus:ea parte sanatur:qua ad Martinũ uergebat:cõuersus deinde ĩ alterã partem uirtute beati Martini ĩteger oĩo reddit̃.Hoc totũ a Germano hospiti suo tributũ credit̃:ne de sanctitate eius ob trãslationẽ quicq̃ diminutũ uideretur.Sũt qui scribãt hiuus põtificis tempore Carolum cognomẽto grossũ:qui iam annis.xii.ĩperauerat:potestate deiectum ab optimatibus suis fuisse ob segnitiẽ corporis & ingenii tarditatem:ĩ locumq; eius Arnulphũ nepotẽ suffectũ fuisse:qui septimus a Carolomagno ĩperator ẽ habitus. Hac itaq; pturbatione reꝝ illecti hũni gẽs scythica:ut Vĩcentius & Martinus scriptores referũt:in pãnoniã ĩferiorẽ ad cõsaguineos ungaros descẽdẽtes: pulsis inde gepidis & auaribus ipsã occupãt:inde in Geraniam hostili agmine mouẽtes ad Belgicam usque Galliã puenere;ferro ac flama oĩa uastãtes.Stephanus uero ĩ tãta reꝝ pturbatiõe sanctitate luithprãdi ticinẽsis ecclesiæ diaconi:ualdridi Bauari:Berardi pictauiẽsis ministre creabatur.Quoꝝ uita & moribus ita christiana fides inoleuit:ut & monasteria multa & sacella magnis sumptibus in utraq; Gallia sint condita . Moritur autem Stephanus pontificatus sui anno sexto:die.xi.uacat tum sedes diebus quinq;.

FORMOSVS.

FORMOSVS portuensis episcopus post Stephanũ pontifex creatur:qui statim inito magistratu ecclesiã Petri principis apostoloꝝ leui pictura exornauit.Hic aliquãdo Ioannis pontificis scæueritatẽ ueritus:episcopatũ suũ deserens in Gallias aufugit.Verũ cũ reuocatus redire abnueret:anathemate notatus:Romã ueniens omni ecclesiastica dignitare priuatur:prophana indumẽta simul cũ moribus assumens.Sunt qui arbitrantur hoc ideo formoso accidisse:ꝙ eius cõiurationis cõscius & auctor fuerit:qua Ioannes captus & in uincula coniectus est.Hac itaq; cõtumelia motus Formosus:ab urbe discedẽs iureiurãdo affirmauit se nunq̃ postea uel Romã uel ad episcopatum rediturum.At uero Martinus põtifex Ioãnis successor; hominem

postea iuraméto solutú in patriá & pristiná dignitaté restituit:unde ad põtificatú non ita multo post largitione potius q̃ uirtute cõtradicétibus quibusdá assumitur. Arnulphus aút quem septimú a Carolo imperatorem diximus:primo quidem strenue sumptis armis normános adhuc rebellantes magnis cladibus ꝑdomuit. Veꝝ postea nimio successu elatus:ita contumax ĩ oés tum uel maxime in ecclesiasticos factus é:ut dei nutu pediculari morbo breui cõsũptus sit. Huius in locú postea suffectum Lodouicú imperatoré legiẽ:qué tamé nusq̃ habuisse imperii coroná accepimus. Hic aút(ut Martinus scribit)cum Berengario duce Foroiuliano a regibus lõgobardorum originem ducéte:& Auitú paternumq; regnum repetente armis decernés:eum primo quidem superat & uicit Mox renouato prælio apud Veroná Lodouicus superatus ingenti suoꝝ clade capitur & oculis priuat. Atq; ita imperiú quo ánis fere centum. Franci potiti sũt: demum in longobardos transfertur:imperáte apud græcos Constantino Leonis filio. Verum nescio quo fato accidisse dicam:ut una cum industria imperatoꝝ simul etiá pontificú uirtus & integritas defecerit:quæ quidé tempora ĩfœlicissima esse arbitror: cum auctoritate Platonis tales soleant esse reliqui ciues quales sunt in rẽpublicá principes. Ad Formosum redeo cuius tempora ne omnino infœlicissima haberentur effecit Rhemigii Altisiodorensis uirtus & doctrina. Hic ení multa cõmentatus est:& scripsit ĩ Matthæum potissimú & auli epistolas. Sunt qui scribát huius interpretationis auctoré fuisse Rhemigium remensem:non aút hunc de quo loquimur:utcunq; sit constat utrunq; Rhemigium doctissimú fuisse. Formosus aút pontificatus sui anno.v.mense sexto moritur. Vacat tum sedes diebus duobus.

¶BONIFACIVS.VI.

BONIFACIVS sextus:natione thuscus:ĩ demortui Formosi locum pontifex creatur. Quátum auté in pontificatu uixerit magna cõtrouersia est. Plus .n. alii:minus quidam temporis huic ascribunt. Sentio ego cum pluribus: qui affirmant pontificé hunc diebus tátúmodo sex &.xx.in pontificatu uixisse. Hoc(ut credam)faciunt historiæ:in quibus nulla uel parua de hoc homine fit mentio. Quo enim modo fieri posset:ut huius tempora sub siléntio præterirentur: si annis duodecim(ut quidá referũt)in sede Petri uixisset? Ponere itaq; hunc hominé in catalogo summorũ pontificum institui:non propter res gestas:quæ nullæ sũt. Quid ení geri in tanta breuitate téporis potuit? Sed quia legitime & recte pontifex creatus est. Moriẽ ení(ut dixi) pontificatus sui die sexto &.xxx.sepeliturq; ĩ basilica Petri.

¶STEPHANVS.VI.

STEPHANVS Sextus:patria romanus:Anagninus episcopus pontifex creatus:tanto odio persecutus est Formosi nòmen:ut statim eius decreta abrogauerit:res gestas resciderit. Licet quidá scribát ipsũ Stephanú episcopatum Anagniæ a Formoso consecutum fuisse. Sed ego arbitror hoc odium ex ambitione ortum fuisse:cũ iá eo deuenissent ecclesiastici:ut nõ coacti:ut antea:sed sponte & largitionibus pontificium munus obirent. Hinc odium ortum est quo etiam in mortuum Stephanus sæuiebat:ꝙ ei antea impedimento fuisset:quo minus optata sede potireẽ. Refert Martinus scriptor Stephanum tanta rabie desæuisse:ut habito cõcilio corpus Formosi e tumulo tractum pontificali habitu spoliatum:indutumq; sæculari sepulturæ laicorum mandauerit:abscissis tamen dexteræ eius duobus digitis:illis potissimum quibus in cõsecratione sacerdotes utuntur:in tyberimq; proiectis:ꝙ ut ipse dicebat contra sacramenti Romá & sacerdotiú repetiisset:quo a Ioáne octauo iure spoliatus fuerat. Magna fuit hæc controuersia & pessimi exempli:cum postea fere semꝑ seruata hæc consuetudo fit:ut acta priorum pontificum sequentes:aut infringerent:aut omnino tollerent. Quod hactenus certe ab optimis illis põtificibus:quoꝝ uitas conscripsimus alienũ fuit. Paulú certe abfuit:qn nostra tépestate Paulus secũdus uenetus Formosi nomé(ut fit)sibi inderet : ꝙ id nomé ei maxime cõuenire uideretur propter proceritaté corporis & maiestatem. Quo minus aút id faceret deterruere eú cardinales quidá historiæ nõ ignari:ne ei post mortem id accideret : quod olim Formoso. Tulit id ægre

Paulus:qa nil ei præter hoc nomé ad sũmá fœlicitaté deesse uidebat̃.Interim uero ignauia põtificũ fretus Cõstantinopolitanus iperator Symbaticũ patriciũ ꝓtospatharium suum in Italiá cũ exercitu mittit:qui Beneuentũ tertio mense postea q̃ obsideri cæptũ é:i potestaté suá redægit:Possessũ ante a lõgobardis ánis.ccc.& trigita.Veꝝ áno tertio post Guido lõgobardus pulsis græcis urbé recupat:atq; ita denuo ad lõgobardos recidit.Ad Stephanũ redeo:qui põtificatus sui anno primo:mense tertio morit̃ .Sedes aũt eius ex morte tribus diebus tum uacat.

ROMANVS.

ROMANVS patria romanus:ubi põtificatũ iniit:Stephaní põtificis decreta & acta statí iprobat abrogatq;.Nil.n.aliud ii põtificuli cogitabát:q̃ & nomé & dignitaté maioꝝ suoꝝ extinguere:quo nihil põt eé peius & angustioris animi.Quí eni his artibus nitũt̃:nulla uirtute muniti:eo de loco abradere benemerentes conãtur:qué ipsi ob ignauiá & maliciá attigere nõ possũt.Neminé siquidé unq̃ iuenies alienæ famæ iuidere:nisi qui oíbus ꝓbris cõtaminatus desperat:suũ apud posteros celebre nomé aliquãdo futuꝝ:ii sũt qui fraude:malicia dolo: maledicétia de humano genere benemeritos mordét:lacerát:accusát:corrodũt:tãq̃ ignaui canes & iutiles:nec feris sese obiciétes ob timiditaté:sed uíctas & caueis iclusas mordétes. Cõmemorare tamé huis pontificis nomé libuit:quia de more Petri sedem obtinuit:in qua tertio pontificatus mense sui demoritur.

THEODORVS

THEODORVS Secũdus:patria rõanus:põtifex creatus uestigia seditiosoꝝ seqt̃.Ná & Formasi acta restituit:& eius sectatures i pretio habuit:iperante adhuc i Italia(ut qdá uolũt)Arnulpho:regnáte i Frácia Carolo simplici:Cõstátinoq; Leonis filio oriétale iperiũ gubernáte.Quo quidé tpe saraceni Apuliá igressi occupatoq; sácti angeli mõte:magná uim hoíum & pecoꝝ cæpe.Veꝝ itali tumultuaria manu cõpata magna ex hostibus edita strage ptædá recuperát.Agebant̃ hæc i Italia cũ Gulielmus cognométo sectorferri Engolosinæ comes a Carolo caluo originé ducés:monasterio cartusiési reliqas sáctoꝝ:quæ icursiõis normánicæ tpe inde ablatæ fuerát:restitui mádauit.Videbat eni seditioné iter populos oriturá qescétibus iá normannis:nisi i loco pristino reliqæ collocarét̃.Qui fuerít normáni haud satis cõstat.Sũt tamé qui dicát eos ex Noruegia i Galliá descédisse.At Theodorus uigesimo põtificatus sui die morit̃:nulla magnopere de se relicta memoria:ob breuitaté temporis.

IOANNES.VIIII.

IOANNES Nonus:patria romanus:põtifex creatus:Formosi causá in integꝝ statim restituit aduersáte magna populi romani parte:qua ex re tãta seditio orta é:ut Paulum admodũ ab iusto prælio abfuerit.Is aũt Rauẽná ꝓfectus .iiii.&.lxx.epõꝝ habito cõuétu:& Stephani res gestas iprobauit:& Formosi acta restituit diiudicás ꝑperá a Stephano factũ:qui cẽsuit eos iteꝝ ordinádos esse:quos Formosus ad sacros ordines asciuerat.Hoc tñ accidisse putauerim ego:cũ quia pontifices ipsi a Petri uestigiis discesserát:tũ uel maxíe:quia respub.christiana ignauos & desides pricipes hébat:quoꝝ maxime intererat nauiculá Petri fluctibus exagitari:ne si gubernator aliquádo resipisceret:prĩcipes ipsos ut malos nautas e repu.deiiceret.Deditus erat uoluptatibus Arnulphus:nõ multũ distabat a suo cognométo Carolus rex Fráciæ:qué simplicé:uel potius stolidũ uocabát.Hac aũt opportunitate illecti ungari:gés quidé fera & idomita: hostili manu Italiá primo:mox Germaniá & Galliá ita iuadit nemine ꝓpe resistente:ut ferro ac fláma oía quoquo proficisceret̃ absumeret:nulli mortaliũ ætati:aut sexui parcés.Præterea uero aphri Calabryam igressi:cum iam magná prouinciæ partem cæpissent oppugnarentq;: Cosentiam eorum rege in oppugnatione ictu fulminis diuinitus mortuo:passim dilabuntur & ad suos redeunt.Deus enim populi sui calamitatem miseratus a principibus terræ de relicti:tum demũ telum suum in hostes christi

ftam nominis direxit : quod nisi fecisset de nomine italico de ecclesia actũ profectum tum putabatur. Adeo socordes & nullius pretii homines in principatibus tum erãt. Ioannes autem pontificatus sui anno secundo: die .xv. moriens: nil de se dignum memoria reliquit: nisi q̃ seditiones quasdam prope extinctas reuocauit.

BENEDICTVS .IIII.

BENEDICTVS quartus: patria romanus: pontifex creatur ob eius humanitatem & clæmentiam. Verum nil suo tpe gestum est: quod magnopere collaudari possit. Acciderat huic ætati: quod aliis interdum solet: ut hominũ industria in quouis genere uirtutis consenesceret nullis calcaribus adhibitis: quibus hominum ingenia ad laudem excitarentur: quod fieri a bene institutis populis optimisque principibus consueuit. Constat enim (ut antea dixi) Lodouicum Arnulphi filium imperium paternum repetere conantem: eo tpe Veronæ captum & interfectum a Beringario fuisse: atq; tum primum genus Carolimagni ignauia posteriorum principũ tã Franciæ q̃ etiam Germaniæ imperii titulos amisisse. Verum est certe quod Crispus ait: quæ orta sunt occidunt: quæ aucta senescunt. Imperium ipsum magnum habuit incrementum: uerum postea principũ ac populi romani ignauia splendor ille romani nois in obscuras tenebras conuersus est: tum uel maxime ubi remissa exercitatione uirtutis uoluptatibus se & thermis ad effœminãda corpora iuuentus tradidere. Idẽ et accidisse põtificali dignitati dicere possumus. Sãctitate .n. & doctrina: quæ nõ nisi magnis laboribus cõsũmataq; uirtute cõparant: põtificũ decus sine ullis opibus primo qdem auctũ ẽ inter tot hostes & obstinatos psecutores christiãi nois mox uero ubi cũ ipsis opibus lasciuire cœpit ecclesia dei: uersis eius cultoribus a seueritate ad lasciuiã: peperit nobis tanta licẽtia peccãdi nullo principe flagitia hoium tũ cohercẽte: hæc mõstra: hæc portẽta: a quibus ambitiõe & largitiõe sanctissima Petri sedes occupata ẽ: potiusq̃ possessa. Hæc tũ Benedicti laus est: q̃ in tã corruptis moribus grauiter & cõstanter uitã ducẽs põtificatus sui anno tertio: mense quarto moritur. Vacat tum sedes diebus sex.

LEO .V.

LEo quintus: cuius patriã historici: nõ ponũt põtificatũ adeptus a christophoro eius familiari dominãdi cupido capit: & i uincula cõiicitur: qd̃ qdem fieri nõ sine magna seditione & multorum interitu potuit. Quantæ .n. auctoritatis põtificatus tum esset uitio priorum põtificũ ex hoc uel maxime cõprehendi potest: q̃ uiro priuato tãta dignitas ui & factiõe uno fere momẽto occupata ẽ. Verum est certe qd̃ dici solet: plus auctoritatis dignitatis ex hoibus capere q̃ ex dignitatibus hoies: ut i cẽsura romana apparuit: quæ primo ut exiguus magistratus posthabita est. Verum ubi ciuitatis optimates obire munus illud dignati sũt tãtã ei auctoritatẽ tribuere: ut inter optimates ifœlix ppe haberet: q cẽsoriã dignitatẽ cõsecutus i uita nõ fuisset. Cristophorus itaq; sedem occupat .xl. Leõis ipõtificatu die: quẽ ego prædolore ai paulo post periisse crediderim: q̃ ab eo potissimũ honore spoliatus fuisset: quẽ ipse ut lupũ domi aluerat: ut illud Theocriti enutrito lupos qui te comedant:

CHRISTOPHORVS.

CHRISTOPHORVS: cuius patria & cognomentũ ob ignobilitatẽ ignorat: põtificatũ malis artibus adeptus male amisit. Septimo .n. mense dignitate ac merito quidẽ eiectus: mõasticã uitã unicũ calamitosorum refugiũ obire cogit. In mõasteria .n. tãq̃ in isulas clerici male de ecclesia dei meriti tũ relegabãt. Sũt qui scribãt Christophorum deiectũ põtificatu fuisse: Lodouico tertio ipante: alii hæc tpa Berẽgario ascribũt: quẽ diximus e duce Foro iuliano ipatorẽ creatũ: q̃ i Italia ortũdus eẽt e stirpe lõgobardorum regũ: q̃q; ẽt i eo solo spes unica iperii collocari tũ maxie poterat ob uirtutẽ & nobilitatẽ. Vt aũt credã Berẽgariũ tũ ipasse facit: & põtificũ q ante fuere breuis uita: quos tãq̃ mõstra quædã e medio breui deus sustulit: & ipsius ipatoris tẽpus: q supato Guidone duce spoletão: iterfectoq; Ambrosio comite bergomate quos prio hostes habuerat: accæpta a Formoso imperii corona annis .viiii. uixit. Quid uero postea Christophoro acciderit e pontificatu deiecto in Sergio dicetur.

SERGIVS.III.

SERGIVS tertius:patria romanus:patre Benedicto:pontificatum iniens:basilicam lateranensem quæ tum corruerat restituit.Cristophorum e monasterio tractum:in uincula coniecit.Rebus deinde confirmatis in Gallias profectus:Lotharii gratia & amicitia fultus:qui tum regnabat.in Italiá rediens.& Christophorum arctiore custodia reuinxit:& Formosi acta ita improbauit:ut denuo ad sacros ordines eos admittere necesse fuerit:quos Formosus antea sacerdotali ordine dignos censuerat.Neq; hanc quidem ignominiam mortuo intulisse contentus: eius cadauere sepulchro tractum capitali supplicio ac si uiueret afficit:corpusq; ipsum in tyberim proiicit:tanq̃ sepultura & honore humano idignum.Ferunt piscatores corpus ipsum iter piscandum repertum:ad basilicam Petri detulisse:atq; dum funus celebratur sanctorum imagines:quæ i templo locatæ erant:corpus ipsũ ueneratas fuisse:& ob eam ré creditũ esse . Formosũ iniuria quidem tali ignominia affectũ fuisse.Sed factum ne sit hoc a piscatoribus haud satis constat:uiuente præsertim Sergio: qui formosi factionem persequebat:q̄ antea ei impedimento fuerat:quominus pontificatũ cõsequeret. Vide quæso quantum isti degenerauerint a maioribus suis.Illi.n.utpote uiri sanctissimi dignitaté ultro oblatam cõtẽnebát:orationi & doctrinæ christianæ uacantes: ii uero largitione & ambitione pontificatũ quærẽtes:& adepti:posthabito diuino cultu inimicitias nõ secus ac sæuissimi quidam tyranni inter sese exercebát:suas uolptates postea securius expleturi:cũ nullibi extarent:qui eorum uitia cohercerét. Crediderim ego Sergiũ hoc facere a Lothario cõpulsũ:q̄ Formosi opera a gallis i alienigenas iperiũ tráslatũ sit.Sergius autem his artibus uitam ducens:septimo pontificatus sui áno:mẽse quarto:die.xvi. morit. Cũ paulo ante igneæ faces i cœlo & stellæ micátes:discurrẽtesq; præter cõsuetudinem sint uisæ. Vnde non ita multo post ungari Italiam cum exercitu ingressi:multas uicissim intulere accæpereq; clades.

ANASTASIVS.III.

ANASTASIVS tertius:patria romanus eo tpe põtificatũ init : quo Landulphus Beneuentanus priceps graui prælio in Apulia cũ græcis decertauit & uicit. Ná patricius Leonis Cõstátinopolitani iperatoris dux Italiá igressus:se oía breui euersurum minabaf:nisi Leoni ppere obtẽperarét. Verũ(ut dixi)Ládulphi uirtute ipetũ simul cũ loquacitate omisit:quáq̃ uero a Berẽgario iá parent copiæ quæ patritio obuiá fierét:plus terroris q̃ uiriũ secũ feréti. Anastasius aũt a quo nil memoria dignũ gestũ é:secũdo áno põtificatus sui morit :& i basilica Petri sepelit. Hũc tamé põtificẽ hac una i re laudare possumus:q̄ neminé eorum q áte se i põtificatu fuere ignoia aliq̃ notauerit:uel maledicẽtia psecutus sit. Modeste.n.& itegre uixit:nec i se qcq̃ hũit quo reprehẽdi possit.

LANDO.

LANDO patria rõanus : Anastasio successit:huius aũt uita ita obscura fuit:ut etiá sint q eũ iter põtifices nõ numerẽt:maxie aũt Vicẽtius historicus. Aliter tamen Martinus & Cusẽtinus sẽtiũt:horum de numero & Gothifredus é:q scribit Ládũ auctoritaté suá iterposuisse:quo minus Berẽgarius & Rodulphus comitis guidonis filius iter se decertarét. Sũt q scribát Rhodulphũ apd Veroná Berẽgariũ supasse ac iperio tribus ánis potitũ eẽ. Magna.n.tũ erat iter Italos germanos & frácos de possessiõe iperii cõcertatio. Vnde & grauissima bella orta sũt:nec extĩcta sine multorum iteritu oiumq; puiciarum calamitate. Annitebáf tamẽ romam Italiq; iperii nomẽ i puicia retinere obstátibus barbaris oibus:licet duce & auctore tá præclari facinoris idigerét:extinctis iá nõ solũ illis præclaris lumibus:quæ Italiá quõdá p totũ orbẽ terrarum illustrarũt:uerum ẽt sublato oío & exciso illo egregio seminario:unde tá præclare radices pullulabát. Ládus aũt sexto põtificatus sui mẽse:die.xxi. moriẽs i basilica Petri sepelitur.

IOANNES.X.

IOANNES decimus:patria romanus:patre Sergio põtifice:áno domini nonigẽtesimo nono põtificatũ init . præsul Rauẽnas is átea fuerat episcopatu deiectus populi tumultu. Verum Lando mortuo pontificatũ adeptus:spiritus

militares magis q̃ religioni deditos gessit. Indigebat huiuscemodi pontifice tum quidẽ & ecclesia & Italia. Nã græci (ut diximus) Lamdulphi uirtute superati: saracenos in Italia uocãt: qui ex calabris & apulis in lucanos & campanos mouentes: urbi Romæ exitium se illaturos ꝓpediem minabantur. Hoc autem periculo motus Ioannes: Alberico Hetruriæ marchione in auxilium accito: habito delectu cũ saracenis confligens & superans ab urbis finibus submouit. Verum nil actum ea uictoria existimans: nisi fugientes insequeretur: eos ad Lirim fluuium nactus (quem garighanũ uocant) apud minturnas tanta clade superat: ut de relinquenda oĩo Italia cogitauerint: locaq; oĩa ferme quæ in littore Italico obtinebant incenderint. Postea tamen mutata sententia occupato mõte Gargano: incursionibus loca circũquaq; posita uexabãt. Interim uero Ioannes triumphi modum Romam rediens: cum omnia sibi uendicaret: Alberici odium ita in se concitauit: ut ingens seditio fit orta: qua quidem marchio pulsus Ortam proficiscẽs oppido munito & arce: ungaros præmiis solicitatos in Italiam uocat: qui certe prouinciam ingressi: plus ꝓpe calamitatis Italiæ intulere q̃ olim saraceni. Pueros enim & uirgines abducebant: grandioribus natu necatis: neq; ipsis quidẽ hetruscis pepercere: quos ex fœdere alberici intactos esse oportebat: immo uero magis ĩ hos q̃ in ceteros italos sæuitum est: incensis & euersis fere omnibus oppidis quæ ipsi occupauerant. Crediderim ego Berengarium: qui tum Cisalpinam tantummodo tuebatur: hostibus iter ĩ Hetruriam dedisse: modo sine ullo suorum maleficio trãsirent. Hac autem dulcedine prædæ illecti ungari: frequẽter deinceps Italiam repetebant. Qua calamitate Romani permoti: cum sæuire in hostem præferocem & potentem non possent: Albericum capiũt & obtruncant. Ioãnes quoq; seditione militari: maxime uero a militibus Guidonis comitis captus: & in uincula coniectus: ceruicali in os coniecto necat̃ põtificatus sui ãno .xiii. mẽse secundo: die tertio. Cuius in locum alter Ioannes subrogat̃ ueꝝ quia ui sedẽ occupauerat: e loco statim deiectus cõnumerari inter pontifices non meruit.

LEO SEXTUS

LEO Sextus: patria romanus: legitimis suffragiis pontifex creatus: nil tyranni cum in uita præ se tulit: integre ac modeste uitam ducens: ac rei diuinæ cõsulens quantum illa tempora in tam corruptis moribus patiebantur. Reuocare enim ciues ad concordiam temeritate & stulticia priorum pontificum adhuc tumultuantes: componere res italas: pacare externum hostem: propulsare barbaros a ceruicibus Italiæ conatus est: quo certe nil melius aut laudabilius in tam breui magistratu fieri potuit. Septimo enĩ mẽse: die quintodecimo pontificatus sui morit̃: sepelit̃ que in basilica Petri magno sui apud romanos desiderio relicto.

STEPHANVS. VII.

STEPHANVS. Septimus: patria Romanus: eo tempore pontificatũ iniit (ut quidam scribũt) quo ungari Alemaniam Saxoniamq; populantes ab Henrico Germaniæ rege apud morespurgã ingẽti clade supati fũt. Ferũt tũ etiam Rodulphũ Burgundioꝝ regem in Italiam hostili manu contra berengarium secundũ descẽdisse: eũq; suoꝝ fraude regno spoliatũ ad ungaros cõfugisse: qui sũptis armis: tertio anno post pulsũ Berengariũ ĩ Italia cũ magno exercitu duce Salardo uenientes: Papiã ui captã: ferro & igne magna ex pte uastarũt. At uero itali cũ nõ satis uiriũ ĩ Rodulpho cernerẽt: Vgonẽ Arelatensem comitẽ in Italiã uocant. Hinc aũt nõ sine cõtentione tamen Rodulphus cedẽs cũ hostes acriter instarẽt ĩ Burgũdiã sese recæpit. Vgo uero non satis his fidens: qui se uocauerãt: multos in exilium pepulit: qui quidem ad Arnoldum Bauarorum ducẽ confugientes: hominem regnandi cupidum mouere copias in Italiã propellũt. Descendẽtem itaq; ex alpibus ueronẽses statim ĩtra mœnia benigne ac comiter recipiunt. Verũ Vgo in eum mouẽs cõmisso prælio hominem superat: Veronãq; statim recipit. Mortuo aũt apud Bauaros Berẽgario (ut alii uolunt) apud ungaros Berengarius tertius primi Berengarii ex filia nepos in Italiam ueniens: anno salutis

noningẽtesimo trigesimo quinto imperio potitur. Sũt autem qui hæc quæ scripsi huius pontificis temporibus ascribant. Ego uero & priorum quorundam & sequentium temporibus assignanda crediderim: cum ea quæ breuiter scripsi non sine diuturnitate geri potuerint. Sed satius fuit in tanta scriptorum uarietate & temporum omnino aliquid scribere q̃ quæ sunt aliquando gesta ob incertos auctores omittere. Consulimus posteritati: nec ita supsticiosi sumus: ut nolimus ea credere: quæ uarii auctores sparsim conscripsere. Huius quoq; pontificis tempori merito ascripserim: sanctum Vgibertum nobilem Lothoringiæ principem: qui Gemaltentense cœnobium propria impẽsa magnis operis breui extruxit. Ferunt & hac tempestate Spireneum Boemiæ ducem fidem christi tum primum recæpisse. Nam duces antea qui Boemiæ præerant: nunc demum reges appellantur auctis opibus & copiis. At Stephanus cuius uita mansuetudinis & religionis plena fuit: secundo pontificatus sui anno: mense uno: die duodecimo moritur: inque Petri basilica spelitur.

IOANNES.XI.

IOANNES undecimus: patria romanus: patre Sergio pontifice (ut quidam uolunt) eo tempore pontificatum iniit quo sanguinis fons (ut Martinus & Vincentius aiunt) Genuæ largissime effluxit: futuræ magnæ calamitatis indicium. Nam & Genua a saracenis ex Aphrica uenientibus tum capitur ac diripitur & ungari Italiam ingressi: longe omnia ac late populati sunt. Verum dum onusti præda Pelignorum fines attigissent: a Marsis qui repente arma cæperant opprimuntur: atque ita prædam omnem cum uita amisere. Scripsit tum multa Racherius ex monacho ueronensis episcopus factus: in exiliumq; Papiam ab Vgone rege missus: ꝙ aperte nimiũ in eius mores inueheretur. Ioannes autem pontificatus sui: anno quarto: mense decimo die .xv. moritur. Vacat tum sedes diebus duodecim.

LEO.VII.

LEO septimus: natione romanus: Vgone & Lothario in Italia imperantibus: pontificatum adeptus: nil dignum memoria gessit. Huius autem tempora illustriora fecere Spireneus Boemiæ dux (ut Martinus refert) iusticia & religione insignis: & eius filius Vinceslaus: nequaq̃ a patre degenerans: a fratre Boleslao ĩteremptus ob regni cupiditatem: qui quidem Vinceslaus postea in sanctos referri meruit: cõprobata eius uita & post mortem editis. Leo aũt põtificatus sui anno tertio: mẽse sexto: die decimo morit: & ĩ basilica Petri sepelitur. Vacat tũ sedes dies tres.

STEPHANVS.VIII.

STEPHANVS Octauus: natione germanus: pontificatum iniens: ita a romanis seditiõibus uexatus est ut nil memoria dignum ab eo geri potuerit: immo uero (ut Martinus refert) in tanta seditioue mutilatus turpiter aliquandiu uitam duxit: cum ob inhonesta uulnera prodire in publicum erubesceret. Parabat quidem rex Vgo tantam iniuriam ulcisci: sed in ipso apparatu moritur: cui quidem Lotharius filius in regno succedens: hac de re nullam mentionem fecit: uel ꝙ populi Romani amicus esset: uel ꝙ breui regnauit: biennio enim tantum post mortem patris superuixit. Otho autem germanorum rex Vincelai Boemiæ regis mortem ulturus ĩ Boleslaum qui fratrem per scelus interfecerat copias mouẽs: hoĩem tandem post multas illatas acceptasq; clades ĩ potestatẽ suã redægit. Stephanus uero põtificatus sui ãno tertio mense quarto:: diebus .xii. moritur. Vacat rũ sedes diebus decem.

MARTINVS.III.

MARTINVS Tertius: patria romanus: mansuetudinem & placabilitatem Stephani septimi imitatus est: pontificatum enim adeptus: bella omittens: religioni sese totum addixit: templa uetustate collapsa instaurans: pauperes eleemosynis pascens. Non caruit tamen huius temporibus Europa ipsa bellica rabie. Nam cum Otho anniteretur Italiam ingredi ad aduersante Lothario: magne cædes utrinq; commissæ sunt. Adhortante tamen eos Martino pontifice: ut ab armis discederent: tũ uel maxime cum ubiq; fame & penuria rerum omnium laboraretur: succisis undique

arboribus prostratis segetibus:& abductis grauissimo bello colõis ac pecoribus. Apud Constantinopolim quoq; tumultuatum uehemẽter est. Nam ciues ipsi Cõstantinũ imperatorem captum:abraso capite in ĩsulam relegarunt. Verũ nõ ita multo post Constãtinus Leonis filius imperium adeptus: seditiosos ciues eadem turpitudine tantum affectos:qua ipsi Constantinum notauerant in eadem insulam exulatum mittit. Martinus autem tertio pontificatus sui anno:mense sexto:die decimo moritur & in basilica Petri sepelitur. Eius autem in morte sedes romana diebus duodecim tum uacat.

AGAPITVS. II.

AGAPITVS, Secundus : natione Romanus : ardente tumultu bellico Italia pontifex creatur. Vngari enim tum ẽt hostili manu Italiam ingressi:iam fere oẽm oram trãspadanã occupauerãt cũ Henricus Bauariæ dux sumptis propere armis:cõparatoq; exercitu in prouĩciã mouẽs:non sine magno ĩcolarũ incõmodo duobus grauissimis prælus eos superat: ac prouĩciã oẽm ab Aquileia Papiã usq; occupat. Vnde nõ ita multo post propere in Austriã discessit:q iam aduentare Berẽgariũ cum magno exercitu intellexerat. Potitus aũt Italia Berengarius imperatoris nomen sibi indit. filiũq; Albẽrtũ regem Italiæ nũcupat:cõiecta in carcerem Alunda Lotharii fratris filia:ne Papiã urbem dotalem repeteret. Interim uero Agapitus põtifex:Italiæq; proceres cognita Berẽgarii superbia:q omnia sibi contra ius fasq; uendicaret: Othonẽ Germaniæ regem in Italiam uocãt. qui quidẽ per Forũiulii prouinciã cũ quinquagita millibus hominum ingressus: deturbatis statĩ e regno Berẽgario & Alberto : Aludam Lotharii filiam e carcere ductã ĩ uxorẽ accæpit:ex qua postea filium suscæpit. cui Othoni secundo nomen fuit. Otho tamen Italia decedens hac moderatione usus est. ut Berengario & Alberto gubernãdæ prouinciæ arbitrium permiserit:cõpositis inter pontificẽ & Berẽgarium rebus. Idem quoq; Otho Lodouicũ regem Frãciæ magnis eo propere deductis copiis iuuit:quẽ proceres prouinciæ adiuuante Vgone Parisiorũ comite ipsius Othonis sororio propere e regno depulerant. At uero Albertus Berengarii filius: qui tũ Rauẽnæ præerat:Comaclẽsium classe & auxiliis frætus:mercatores uenetos aduersante Agapito põtifice infestabat:unde ueneti ira incensi cõparatis propere quibusdã nauigiis Comaclũ expugnatum incẽdunt:Dum hæc itaq; hoc modo agerentur Agapitus põtifex uir innocens:& reipu. christianæ amator:pontificatus sui anno nono:mense septimo:die decimo moritur. Eo fere tempore:quo Oddo cluniacensis monasterii abbas in domino quieuit. Cuius quidem discipulus habitus est Domaielus uir miræ sanctitatis & mõasticæ disciplĩe restitutor.

IOANNES. XII.

IOANNES duodecimus:patria romanus:de uía lata patris Albrici potentia frætus pontificatũ occupat. Octauianus is quidem primo uocabatur:homo sane ab adolescentia oĩbus probris ac turpitudine cõtaminatus: uenationibus magis siquid tẽporis a libidinibus supererat:q orationi deditus. Erant tum Romæ duo annui cõsules:ex nobilitare præfectus unus:qui ius populo diceret. Ex plæbe autẽ decharcones. xii. creabãtur:qui uicem senatus gererent. Hõ carebãt aliqua ditiõe romani. Nam & uicĩna hetruriæ oppida:intra Vrbeuetanũ Tudertinũq; agrũ : & quicquid a Neapoli Beneuẽtoq; a marsis a reatinis ad urbẽ spectat rõanæ ciuitati obtẽperabat. Vlteriora partim græci: partĩ saraceni occupauerant. Quis tũ picenum spoletinũq; agrũ obtineret incertũ est: Octauianus itaq; patris potentia in satis libera ciuitare frætus:põtificium munus hũeris suis nequaq̃ conueniens sibi de sumit. Hac quidẽ ĩdignitate moti duo cardinales litteris Othonẽ obsẽcrant:ut clerũ populũq; romanũ e manibus Berengarii Ioannisq; duodecimi uẽdicare conetur:aliter christianam fidem una cũ imperio perituram. Otho. n. tum magno in pretio erat domito Bodeslao(ut dixi)Boemiæ regesuperatisq; tribus grauissimis prælus ungaris germaniã uastantibus: ac captis tribus eorum regulis:quos germani contradicente imperatore uitam finire laqueo coægere. Interim uero dum Otho expectaretur re per indices patefacta : Ioannes pontifex cardinales ipsos capit:& huic nasum:alii uero manum abscindit. Hanc ob rem Otho ĩ Italiã

moués:primo quidé Berégariũ & Albertũ filiũ ĩ potestaté suá redigit:alterũq; Cõstantinopolim:alterũ in Austriá relegat. Mox urbé ingrediens ab ipso Ioáne honorificétissime suscipit:coronatq;(ut quidá tradũt)accæpto Germaniæ Pãnoniæq; titulo: qđ reliqui íperatores deinceps obseruarunt. Translato tũ primũ ad Germanos imperio. Alii uero a Leone octauo:de quo paulo post dicemus hoc factũ existimát:quo℞ opinioné Gratianus ĩ decreto secutus est:prioré sententiá Ricardus & Cusentinus nõ improbát. Lateranensis auté Bibliothecarius Othoné Ioánis tpe Romá uenisse scribés:de coronatione eius nullá méthioné facit:adeo cõfusa sunt & pturbata hæc tpa scripto℞ negligentia & incuria. Otho auté cõposito aliquantulũ statu ciuitatis cũ Ioáne secreto collocutus:hoíem primo bláde appellãdo a flagitiis deterrés:ad uirtuté adhortabat: uerũ cum nequaq; moueri e sententia uerbis eũ cerneret:ad minas cõuersus conciliũ indicit:cõuocatis episcopis Italiæ:quo℞ iudicio uita sceleratissimi hoís diiudicaret. Is itaq; iudiciũ bene sentientiũ reformidás ĩ Hernicos aufugit:ĩ siluisq; more feræ aliquádiu delituit. Hác ob ré Otho persuadéte clero:Leoné Romanũ ciué lateranésis ecclesiæ Scriniariũ põtificé creat. Verũ abeunte íperatore Ioánis cognati & clientes pulso Leone Ioannem ipsũ reuocát:qué quidé diuinitus eisdé ferme diebus periisse creditũ est:ne ecclesia dei pniciosa seditione iá glíscescéte labefactaret. Sũt q scribát hũc sceleratissimũ hoíem uel hoc mõstrũ potius in adulterio deprehésum & cõfossum interisse. Ve℞ nõ ita quoq; leuata seditio é. Nam romani mortuo Ioanne in eius locũ Benedictũ subrogát:idq; ab imperatore qui tũ Spoleti erat cõfirmari cõtendunt. At íperator iratus:nõ solũ romanos utpore iniqua postulantes a se repulit:ue℞ etiá eosdé armis(ut postea dicet)coægit abrogato Benedicto Leoné suscipere. Ferũt multa pdigia tũ ĩ Italia apparuisse. Nam & lapis de coelo miræ magnitudinis cecidit:sæuiéte uero℞ atq; hymbriũ pcella:& ĩ uestibus multo℞ signũ crucis ac quidé cruéte diuinitus apparuit. Quæ quidé portéta indicare magnas clades & calamitaté ecclesiæ multi interpretabátur. Ioánes aũt uir oíum qui unq̃ ante se ĩ põtificatu fuere pniciosior & sceleratior:põtificatus sui áno nono:mése tertio:die qnto morit. Eius uero ĩ morte sedes in seditione dies duodecim tũ uacat.

BENEDICTVS.V.

BENEDICTVS quintus:patria romanus:ex diacono ĩ seditione põtifex creatur ab his potissimũ qui Ioanni cognatiõe factioneq; cõiuncti fuerát: ægre ferétes Leoné ab Othone Ioáni ante latũ. Ve℞ cũ íperator hác electionem nequaq̃ pbaret:romanos id maxime expetétes a se repulit:eosq; ferro & flãma uia circa urbé posita uastás:cõpulit pulso Benedicto uel dedito potius Leoné suscipere adactos sacraméto:nil se earũ re℞ imutaturos:quas ipse íperator ĩ re põtificia cõstituisset. Cõpositis aũt hoc modo rebus. Otho ĩ Germaniá rediés: secum Benedictũ ipsũ duxit: q nõ multo post dolore aĩ apud Haispurgá morit:ubi relegatus erat. Vixit aũt ĩ põtificatu mésibus sex:diebus quinq;. Sedesq; deinceps diebus uiginti uacauit.

LEO.VIII.

LEO octauus(ut áte dixi)proscrinarius:a clero populoq; Romano pulso Ioanne põtifex creatur. Ná cũ Ioánes flagitiose nimiũ & intéperátet uiueret:instarétq; romani apud íperatoré:ut al re℞ põtificé abrogatoq; Ioáne crearet:respõdit electioné ad populũ & cle℞ ptinere. Eligerét qué maxime idoneũ putarét se eũ statim approbatu℞. Vnde cũ Leoné elegissét qué ipse cõfirmauerat:deíde mutata sententia abrogato eodem Benedictũ suffecissét:iratus Otho eos ui & armis compulit dedito etiá Benedicto Leoné suscipere qui statim romano℞ ícõstantiá pertesus:auctoritaté oém eligédi põtificis a clero populoq; romano ad íperatoré trãstulit. Verũ Leo ĩ põtificatu nõ diu uixit. Anno ení primo:mense quarto moritur.

IOANNES.XIII.

IOANNES tertiusdecimus:narniensis epũs:patria romanus:patre Ioáne episcopo Leoni successit. Ve℞ romani inita iam cõsuetudine pellédi põtifices:hũc quoq; seditionibus fatigát. Accersito ení Iofredo cápaniæ comite lateranéses ædes ui irrũpentes Ioánem capiũt:captũq; primo in Hadriani molem pducũt:

mox inde hominem in Campaniam exulatum mittunt. Verum interfecto Iofredo eiusq; unico filio a Ioanne cāpano principe: pontifex undecimo mense sui exilii Romā prope rediit. Otho praeterea cognita pōtificis calamitate cum Othone filio ingentibusque copiis magnis itineribus Romā perueniens: cōsules & praefectum cum decarchonibus captos in uincula conicit: sciturus coniurationis capita. Quaestionibus autem re cognita: consules in Germaniam mittūtur. Decarchones uero laqueo suspensi poenas statim dedere. Petrus autem urbis praefectus maloꝶ omniū fons & origo: diu cum ignominia per publica urbis loca tractus ac uirgis caesus: ī Germaniam uinctus mittitur. Sunt qui scribant Petrum ipsum excarnificandū pontifici traditū abrasa barba: capillis suspensū ad caput equi Constātiniani aliquādiu stetisse: ut eius exemplo talia facinora malefici declinarēt. Inde autē ablatū asinoq; superim positū uerso ad clunes uultu & manibus sub cauda ligatis: atq; ita per urbē ductum: & uirgis caesum fere usq; ad īteritū fuisse: postea uero ī Germaniā exulatū missū. Hac etiā seueritate exempli gratia ī Iofredū a Ioāne pricipe campano (ut diximus) caesū Imperator usus ē: ut eius ac filii cadauera e loco sacro tracta ī pphanum pīici iusserit. Interea uero sclaui qui Hadriani tertii pontificis: & Sueropyli pricipis Dalmatiae tpe fidē christi suscaeperāt: ī Italiā traīciētes: saracenos ingenti clade superatos e mōte Gargano deiecerūt. Horum aūt exemplū & uirtutē imitati ungari reliquias saracenoꝶ ita attriuere: recuperata Cosentia iā ab hostibus capta: ut Othoni magni Othonis filio eo cū exercitibus misso: haud difficile fuerit reliquias belloꝶ absoluere. Nec cōtentus saracenos caedere: graecos quoq; qui cū mauris foedera inierāt grauissimis praeliis ita pdomuit: ut eos fere omni Calabria & Apulia eiecerit. Sūt qui scribāt iccirco Othonē graecos psecutū fuisse: quia Nicephorus Cōstantinopolitanus īperator filiā iam ei pactā in matrimoniū datuꝶ se negabat. Cōstat tamē Othonē ipsū adolescentem egregiū pulso Nicephoro: & Ioānem filiū in imperio cōfirmasse: & Theophaniā sororē in uxorē accaepisse: quā quidem Ioannes tertiusdecimus una cum marito apud lateranensem basilicā corona īperii exornauit annuēte Othone sene: qui filiū cōsortē imperii creauerat. In tāta aūt & tā publicā laeticia cāpania ecclesiae Metropolitanae nomē a Ioāne pōtifice cōsecuta ē. Otho uero ī Germaniā pficiscēs senio confectus Viennae moritur: quē nō ita multo post Ioānes pontifex sexto pōtificatus sui anno: mense. xi. die quinto subsecutus ē. Eius in morte dies tredecim sedes tū uacat.

BENEDICTVS. VI.

BENEDICTVS Sextus: patria Romanus: Ioanni in pontificatu & calamitatibus successit a Cynthio. n. romano ciue & quidē praepotēti captus: ī Hadrianā molē (quā sācti Angeli arcē nūc uocāt) custodiā noxioꝶ uel potius īnocētiū īcludit: eodēq; ī loco nō multo post strāgulatr: uel (ut Cosētinus refert) fame morit. De tanta iniuria nullā sūptā esse uīdictam: uel a ciuibus romanis aduersae factionis: uel ab Othone imperatore non possum ego non admirari: praesertim cum Otho ipse uir optimus sit habitus: & ecclesiae romanae defensor acerrimus. Sed uereor ne talia fuerint Benedicti merita: quale proemium a Cynthio consecutus est. Male tamē a Cynthio est actum: neq; enī ad se ptinebat etiā si Benedictus grauiter deliquisset: pontifici manus inicere. Sed heus ut rerum omniū uicissitudo est. Nā romani pōtifices nostra aetate romanos ciues: aut deliquentes: aut ob potētiā suspectos: eo loci tanq̄ in Tullianū carcerem includūt & macerāt. Crediderim ego Othonem aliis negociis implicitū: romano pontifici praestare auxilium nequiuisse: ob camq; rem anno primo: mēse sexto pontificatus sui mortuum esse.

DONVS. II.

DONVS Secundus: patria romanus: tantae modestiae fuit: ut si nihil ī pōtificatu gesserit quo magnopere laudaret nō tamē uel aliqua iniuria affectus uel ignominia ānotatus est. Huius autem tēpora: ne omnino obscura essēt: effecere res quaedam: tum a principibus quibusdam: tum a sanctis uiris gestae. Nam Baianus artis magicae peritus bulgarorum princeps ita Basiliū & filium Constantinū byzantinos principes bello uexabat: ut Paulum ab capienda urbe regia abesset negligētia

græcoꝝ prope derelicta. Inita tamen fuit inter eos foedera: licet non æqua: & pax cōposita ē. Adalbertus aūt Boemus pragensis episcopus tātæ sanctitatis tū habitus ē: ut diuino spiritu īpellente in Pānoniā descēdēs: & regē ungaroꝝ baptizauerit: & omēs prouinciæ episcopos ad bene de deo promerendum exemplo & uita instruxerit. Profectus deinde ī Prussiam dum fidem christi q̃ diligētissime prædicat martyrio coronat. Ferunt & beatū Eduardū Angliæ regem sanctitate in pretio tum habitū fuisse: quē certe nouercæ dolis & fraude interfectā cōstat. His addit & Ricardus scriptor sanctū Maiolum abbatem: qui in Cluniaco magnum sui apud posteros uita & miraculis exemplū reliqt. Donus aūt anno pontificatus sui primo moritur: & in basilica Petri sepelitur: diebus tātummodo duobus sedes tum uacat.

BONIFACIVS. VII.

BONIFACIVS Septimus: cuius cognomē & patria ob ignobilitatē credo reticetur: pontificatū malis artibus adeptus male etiā amisit. Nam inito magistratu cōspirātibus simul bonis ciuibus relinquere urbē coactus preciosissima quæq; e basilica Petri subtrahēs: Constantinopolim confugit ubi tandiu substitit. quoad diuenditis quæ sacrilegio abstulerat: magnā uim pecuniaꝝ comparasset: quibus tanq̃ adminiculis occupādæ tyrannidis fretus urbem repetit: ciues romanos largitiōe corrupturus. Obstabāt conatibus suis uiri boni: maxime uero Ioannes diaconus cardinalis: quem captum adiuuantibus quibusdam perniciosis hominibus: oculis statim priuauit. Atque ipse tantorum malorum auctor gliscescente maiorem in modum seditione: siue timore: siue poenitentia patrati sceleris turpiter uitā finiuit. Vide quæso quantum degenerauerint ii pontifices a maioribus suis: qui hāc rempublicā christianā tā amplam tamq; magnificā suo sanguine nobis reliquere. Pontifex romanus sacroꝝ pater & rex: sacra ipsa furto abstulit. & qui uindicare sacrilegia debuerat tanti sacrilegii factus ē auctor. Hoc aūt contingere ī quauis repu. cōsueuit: quādo plus maloꝝ ambitio & auaritia ualet q̃ bonoꝝ uirtus & grauitas. In cleꝝ igitur deligēdi essēt: quoꝝ uita & doctrina probata sit: nō aūt ii qui cū nil uirtutis & religionis habeant ambitione & largitione sibi potentiā quærunt. Vixit autem Bonifacius in pontificatu mensibus septem: diebus quinq;. Vacat tum sedes dies uiginti.

BENEDICTVS VII.

BENEDICTVS Septimus: patria rōanus: statim inito pōtificatu Arnulphū episcopū Remensem seditione quorūdam pulsum habita synodo in integꝝ restituit: eo maxime tempore quo Otho secundus & Henricum bauarorū ducem rerum nouaꝝ cupidum pdomuit: & ī Lotharium mouit: qui Lothorigiam romani imperii prouinciam occupauerat: Aquisgranēsemq; agꝝ populatus fuerat. Otho autem superato Lothario: uastatisq; suessionū agris: ac incensis Parisioꝝ suburbiis: dū in patriam copias reducit: apud Auxonam fluuium non nihil incōmodi accipit. Deide uero cōparato maiore exercitu in Italiam cōtra Basilium & Cōstantinum imperatores græcoꝝ ueniens: qui iam Calabriam & eam partē Italiæ occupauerant; quæ ad Siciliā uergit: apud Basente lum superatus: scapham cōscendens: salutem sibi fuga quærebat. A piratis aūt forte fortuna captus: in Siciliam defertur. Veꝝ siculi redempto homīe ac Romā misso: de piratis suppliciū sūpsere. Otho deide cōparato satis iusto exercitu animaduertere in romanos & beneuentanos constituerat: a quibus initiū fugiēdi factum fuerat: dum ad Basentellū contra græcos pugnaretur. Agere id in romanos minus tutū uisū est. In beneuentanos itaq; conuersus: urbem capit & incendit: translato inde sancti Bartholomei corpore: Romæq; in insula tyberina collocato: eo loci maxime: qui olim Iouis hostia lycaonia dicebatur: quiq; triremes puppim præ se fert. Nam īsula ut adhuc ex tyburtino lapide cernitur triremis formam habuit. Ad similitudinem illius credo: qua Aesculapius Romam auectus est: uisitur adhuc serpens lapidi insculptus: uisuntur transtra: adeo uiri illi excellentes studiosi erant: uel naturā in artem redigere: uel artem ad naturam. Ad Othonem redeo: qui non multo post translatum sancti Bartholomei corpus Romæ moritur: & ī uestibulo beati Petri (paradisū uocāt) labro porphyretico:

quod adhuc itroeuntibus ad læuam apparet honorificentissime sepelitur. Cum autem de creando nouo imperatore consultatio haberetur:& alii Othonem tertiũ secundi filium:alii uero Henricum Bauariæ ducem primi Othonis ex fratre nepotem exposcerent:instarentq; itali quidam:ut Crescentio nomentano uiro clarissimo res cõmitteretur. Germani statim:qui tum frequentes Romæ aderant. Othonem tertium delegere. Instabat Benedictus uir optimus unumquẽq; rogando:ut i creando imperatore reipu. christianæ cõsulerent:quæ tum maxime perito & solerti gubernatore indigebat. Tandem uero ne seditio aliqua oriretur germanorum sentẽtiam approbat:Moritur & ipse pontificatus sui:anno.viii.mense sexto. Vacatq; sedes diebus quinq; Valderico amburgensi episcopo tum maxime in pretio existente doctrina;moribus:& sanctitate uitæ.

IOANNES.XIIII.

IOANNES Quartusdecimus : patria romanus:uel(ut nonnulli uolunt) papiensis:post adeptum pontificatum mense tertio a romanis capitur : & in mole Hadriani ut in publica custodia inclusus:ibi tandiu pedore carceris inedia & molestia animi maceratur;quoad uitã turpiter finiuit . Sunt qui scribãt eum ui mortuũ fuisse a Ferrucio Bonifacii septimi parente magnæ potentiæ uiro ob eam rẽ credo:q; filio in pontificatu aduersatus fuisset. Vtcũq; est constat eũ i carcere mortuũ: & in basilica Petri sepultũ. Deiectus ne põtificatu fuerit;uel ob ĩpotẽtiam & tyranidẽ: ut quidam coniectant;uel ob inuidiam maliuolorum & seditiosorum quorumdã haud satis constat:adeo sunt confusæ istorum temporum historiæ. Fuisse tamẽ in pretio hac tempestate constat:& Odilum abbatem cluniacensem:& Berẽgarium turonẽsem uiros sanctitate & doctrina ĩsignes q̃q̃ sint qui dicant Berengariũ amplitudine doctrinæ cõfusum primo in fide errasse:cum de sacramento eucharistiæ male opinaretur: erroréq; suum postea publico concilio Romæ habito emendasse;ac statim omisso studio sophisticæ disciplinæ : cum esset archidiaconus ãdegauensis omnia pauperibus erogans labore manuum suarum uictum sibi quæsiuisse .

IOANNES.XV.

IOANNES quintusdecimus:patre romanus: patre Leone presbytero e regione gallinæ albæ:pontificatum adeptus miro odio in clericos exarsit; unde merito & ab ipsis clericis odio habitus est;maxime uero q; diuina humanaq; omnia cognatis & affinibus suis elargiebatur:post habito dei honore & romanæ sedis dignitate:quem certe errorem ita posteris tradidit:ut ad nostram quoq; ætatẽ peruenerit. Qua quidem consuetudine nil certe dici perniciosius potest;cum non ob religionem & dei cultum appetere pontificatum nostri sacerdotes uideantur;sed ut fratrũ uel nepotum uel familiarium ingluuiem & auaritiam expleant . Apparuisse cometentum ferunt futuræ calamitatis inditium;nam & fame & peste diu laboratum est:& terræmotu Beneuentum:ac Capua concussa;eaq; mala ob superbiam & rapacitatem pontificis:contemptumq; dei & hominum accidisse putatum est. Moritur tamen deo uolẽte octauo pontificatus sui mense:sepeliturq; in basilica Petri.

IOANNES.XVI.

IOANNES Sextusdecimus:patria romanus:pontificatum iniit Othone imperante:sed nondum coronam imperii adepto. Fuit autem Ioannes uir tantæ doctrinæ:ut multa & quidem eleganter ediderit; quemadmodum Martinus scribit. Agitatus deinde seditionibus a Crescentio consule romano imperium urbis sibi uindicare conante;cupiditati hominis cedens: exulatum ĩ Hetruriam abiit . At uero Crescentius cognita Ioannis indignitione:qua percitus Othonem contra se: cum exercitu in Italiam uocabat:ipsius pontificis cognatos & amicos qui in urbe remanserant ad hominem mittit rogatum;ut omissa accersendi Othonis cura ad urbẽ cum potestate redeat:polliceturq; se ei rebus in omnibus obtemperaturum. Precibus autẽ suorũ motus Ioannes:ueritus etiam ne si Otho cum exercitu Italiam ĩgrederetur plus maleficii q̃ beneficii secũ afferret:ad urbẽ ueniens ꝓdeunte obuiam Crescentio cũ omnibus magistratibus & urbana multitudine in ædes lateranenses magno comitatu intro-

ducitur:quarum in uestibulo eius pedes Crescentius & omnes seditionis auctores petita uenia exosculati sunt. Atq; ita inconcordiam redacti uitam simul quiete traduxere. Ferunt tum Henricum abbatem lobiensem ĩ Lothoringia:& Adeoboldum episcopũ ultraiacensem: qui multa in laudem beatæ uirginis:sanctæq; crucis scripsit:& Albonẽ abbatem floriacẽsem:qui postea ĩ Vasconia ob fidem christi martyrium passus est doctrina:religione:sanctitate magno in pretio habitos.Moritur autem Ioannes pontificatus sui anno decimo:mense sexto:die decimo. Vacat tum sedes diebus sex.

GREGORIVS.V.

GREGORIVS Quintus:natione saxo:patre Othone:Bruno ãte uocatus: Othonis tertii auctoritate ob affinitatem pontifex creatur. Verum abeunte in Germaniam Othone seditionibus romanoꝝ exagitatus:in hetruriã primo:mox in Germaniam ad imperatorem confugit.Interim uero romani Crescentium denuo cum summa potestate consulem decernũt:qui statim Ioannem quendam natione græcum episcopum placentinum non minus pecuniosum q̃ doctum põtificẽ creat: cuius certe nomen inter pontifices quidam supprimunt:utpote minus legitime creatũ. Alii uero decimumseptimũ hunc uocant:ꝙ populi cleriq; romani cõsensu:ad quos electio spectabat pontificatum iniisset.At Crescentius cognito Othonis cum magno exercitu ad urbem aduentu urbis mœnia & portas q̃ diligentissime firmat.Molẽ Hadriani munit:positis ĩ unaquaq; statione firmissimis præsidiis.Hinc est ꝙ postea moles Hadriani Crescentii arx appellata est:sumpto nomine ab ipso munitore Crescentio.Superueniẽte deĩde ĩpatore:urbẽq; oppugnare adorto : populus rõanus cũ nequaq̃ tãtis copiis par eẽ posset:clemẽtia Othonis frætus:germanis portas aperit.Tũ Crescẽtius & Ioãnes cõsiliũ & auxilii ĩopes:ĩ arcẽ Hadriani cõfugiẽtes:se se acriter cõtra hostes tuebãt̃. Veꝝ ꝓposita spe ueniæ: dũ ex arce ad ĩperatorẽ se cõferũt:multis uulneribus a multitudĩe Crescẽtius cõfodit̃.Ioãnes aũt:effossis prius oculis:põtificatu simul & uita priuatur: in pristinãq; sedem Gregorius undecimo mense posteaq̃ pulsus fuerat restituit̃. Is aũt cognita ĩperii ĩbecillitate uarietateq; fortunæ:quo diutius apud germanos sũma potestas remaneret:illeq; cæteris præesset:qui uirtute & dignitate cæteris præstaret:sanctionem retulit haud abnuente Othone de ĩperatore eligendo anno christi millesimo ac secundo:quã usq; ad tẽpora nostra seruatã uidemus:uidelicet solis Germanis licere prĩcipem deligere:qui cæsar & romanoꝝ rex appellatus:tũ demũ ĩperator & Augustus haberet̃: si eũ romanus põtifex cõfirmasset.Hos aũt ĩperatoris eligẽdi auctoritatẽ primo habuisse Ptolemæus refert:Archiepũm magũtinũ Germaniæ: archiepũm. Treuerẽsẽ Galliæ: archiepũm coloniẽsem Italiæ noĩe.His additi:& q̃ttuor prĩcipes:marchio brãdeburgẽsis ĩperatoris post electionẽ camerarius:comes palatinus q dapes:dux Saxoniæ qui ensẽ fert.Sũt qui scribãt Boemiæ regẽ septimũ electorẽ ĩperatoris pĩcernã eẽ:hisq; ĩ eligẽdo additũ eẽ ad tollẽdã discordiã ꝑtiũ:ad utros.n.ĩclinasset ea ꝑs certe potior habebat̃. Tulisse hoc iniquo aĩo frãcos aiũt. Veꝝ q̃a in lodouico Lotharii filio genus Carolimagni defecerat:regnũq; illd̃ ad Vgonẽ ducẽ cognomẽto capuriũ uenerat(nã a regibus ad duces res aliquãdiu trãslata ẽ)repetere ĩperiũ destitere:maxĩe uero ꝙ ipsi duces uoui hoĩes illa fortuna tũ cõtẽti:moliri maiora nõ sũt ausi:quippe qui nondũ bene regni fũdamẽta iecerãt.Laudat̃ tamẽ & merito quidẽ Rhobertus magni Vgonis filius regnũ a patre accipiẽs fortitudine:iusticia:modestia & religione.Hic enĩ & si rei militaris admodũ studiosus erat:tamẽ ubi per otium licebat: ita dei templa frequẽtabat:diuinaq; officia celebrabat:ac si sacroꝝ oĩum initiatus fuisset. Ferũt cantũ illum eius iuentũ fuisse:sancti spiritus assit nobis gratia.His artibus aũt nõ minusq; armis crediderĩ ego Rhobertũ cõciliasse sibi aĩos uulgi:eosq; a prima illa Carolimagni stirpe ad genus suũ nouũ trãstulisse.Ferũt eũ quoq; magno ĩ pretio fuisse Rhobertũ quẽdã carnotanũ epũm doctrĩa & sãctitate uitæ.multa enĩ scripsit:& canẽdi modũ ĩ sacris meliusculũ reddidit. Gregorius autem secundo pontificatus sui anno: mense quinto moritur. Vacat tum sedes diebus xv.

¶ IOANNES.XVII.

IOANNES Septimuſdecimus:placẽtinus epiſcopus(ut diximus)potẽtia Creſcẽtii rõani cõſulis fraetus quẽ pecunia corrupiſſe creditũ ẽ tpe Gregorii gnti p factionẽ põtificatũ occupat. Tantũ enĩ pecuniaꝝ ex Conſtãtinopoli ad urbẽ ſecũ detulerat:ut cõſtãtes ẽt ſua largitione ad maleficiũ ĩpelli potuiſſẽt:ne dũ Creſcentius hõ auariſſimus & regnandi cupidus. Miror ego hiſtoricos Ioãnẽ ipſũ ĩter põtifices numeraſſe:cũ uiuẽte adhuc Gregorio ſedẽ occupaſſet:niſi forte ĩ cõſcribẽdis põtificũ uitis ita faciẽdũ cenſent:ut ĩ ppetua hiſtoria fit. Nam & tyrãnoꝝ puerſe facta optimorũ prĩcipũ rebus geſtis ãnumerãtur:ut quãtũ inter ſe boni & mali diſſideãt a legẽtibus cognoſci poſſit:quo maloꝝ exẽplo a uitiis deterreanẽ:& bonoꝝ ad uirtutẽ impulſi uitã ducãt in terris foelicẽ & beatã:qua quidẽ beatitudine Ioãnes:caruit fur certe ĩ põtificatu & latro:nõ enĩ ut par fuerat p oſtiũ intrauit. Moritur aũt atq; cũ ignominia quidem decimo uſurpati pontificatus mẽſe. Vacat tum ſedes dies uiginti.

¶ SYLVESTER.II.

SYLVESTER Secundus:Gilbertus antea uocatus:natõe gallicus:malis artibus(ut aiũt)põtificatũ adeptus eſt Adoleſcẽs enĩ & floriacẽſi coenobio ĩ aureliana dioceſi poſito dedicatus monachus & addictus:relicto monaſterio diabolũ ſecutus:cui ſe totũ tradiderat. Hiſpalim ciuitatẽ Hiſpaniæ bonaꝝ artiũ cã puenit. Erat enĩ admodũ doctrinæ & litteraturæ cupidus. Qua in re tãtũ pfecit: ut breui ex diſcipulo optimus præceptor fit habitus. Diſcipulos aũt eius hos fuiſſe Martinus teſtatur : Othonẽ ĩperatorẽ:Rhobertũ Frãciæ regem:Lotheriũ uirũ nobilitate & doctrina inſignẽ:qui poſtea ſenonenſis archiepũs creatus fuit. Gilbertus igiẽ ambitiõe & diabolica dominãdi cupiditate ĩpulſus:largitione primo quidẽ archiepãtum Remẽſe:inde rauẽnatem adeptus:põtificatũ poſtremo maiore conatu adiuuante diabolo cõſecutus eſt:hac tamẽ lege:ut poſt mortẽ totus illius ẽet:cuius fraudibus tãtã dignitatẽ adeptus erat. Nã cũ Gilbertus regnãdi cupidus diabolũ ſciſcitaretur:q̃diu ĩ põtificatu uicturus ẽet. Reſpõdit humani generis hoſtis ambigue ut ſolet ſi nõ attigeris hieruſalẽ diu uiues Dũ itaq; põtificatus ſui ãno quarto:mẽſe uno:die decimo ĩ baſilica ſanctæ crucis ĩ hieruſalẽ Romæ ſacrificaret:fato morituꝝ ſe ſtatim cognouit:unde poenitẽtia motus : & errorẽ ſuũ corã populo faſſus:oẽs primo poſt habita ambitione & diabolitis fraudibus ad bene & ſanctæ uiuẽdũ adhortatus ẽ:deinde uero unũquenq; rogauit:ut poſt mortẽ truncũ corporis ſui laceri & diſiecti queãdmodũ merebaẽ bigæ ſupimponerẽt: eoque loci ſepelirẽt:quo ſpõte ab equis uectũ foret. Ferũt itaq; dei nutu & puidẽtia:ut ſceleratı ſciant apud deũ locũ ueniæ ſibi relictũ eſſe:ſi ĩ uita aliquãdo poenituerit:equos ipſos ſpõte ad lateranẽſẽ baſilicã pueniſſe:eoq; loci ſepultũ eius corpus fuiſſe. Scribit idẽ Martinus tã ex colliſione oſſiũ q̃ ex ſudore ipſius ſepulchri uel humectatione potius deinceps morituri põtificis ſigna & quidẽ manifeſtiſſima colligi:idq; ipſius ſepulchri epitaphiũ ĩdicare. Veꝝ ne ſit an ſecus ipſi põtifices uiderĩt ad quos ptinet.

¶ IOANNES.XVIIII.

IOANNES Decimuſoctauus:cuius cognomentum:& patria ob ignobilitatem ignoratur:quarto menſe: die uigeſimo poſt initum pontificatum moritur . Vnde ob breuitatem pontificatus nil ab eo:uel a quopiam alio geſtũ memoria dignũ ſcribiẽ:niſi q; illo quinquemeſtri pontificio multa prodigia apparuere futura mala indicantia ; uiſus & cometes & terræmotu multæ urbes concuſſæ . In his autem malis unicum leuamen Vgo præfectus Othonis in Italia : & Hetruriæ gubernator eſt habitus. Adeo enim iuſte & integre prouinciam ſibi creditam rexit:ut optimi principis deſiderium nemini prouincialiũ reliquerit. Quem poſtea piſtoriı mortuum hetruſci omnes non ſecus ac publicum parentem luxere:nullo non genere honoris funeri eius adhibito. Placuit hoc loco Vgonis laudes commemorare:ut gubernatores prouinciarum intelligant ſatius eſſe bene & integre uiuendo laudem & gloriam q̃ male agendo diuitias male partas cum ignominia & nota ſempiterna reportare.

❡ IOANNES.XVIIII.

IOANNES decimusnonus: patria romanus: e regione portæ Metropolitanæ põtificatũ iniens: ad ocium cõuersus nil dignum memoria gessit. Laudari uel maxime Rhobertus rex Frãciæ potest: qui ea tẽpestate nõ minus piã q̃ regalẽ uitam ducebat. Nã & doctrina & sanctitate oẽs reges christianos: ita antei bat: ut disputationibus nulli secundus haberetur: longe aliter sentiens: q̃ q̃ nostrorũ tẽporum reguli arbitrãtur: nequaq̃ prĩcipe dignũ eẽ dictitantes scire litteras: cũ eos maxime deceat: qui populos regũt bene gubernãdi rationẽ ex aliorũ præceptis colligere: q̃d fieri sine doctrina & lectiõe nõ põt. Quid enĩ aliud ẽ prĩceps illitteratus: q̃ imago Leonis cæteris feris imperantis. Sedent affectus tum suos tum populorũ necesse est: qui digni haberi uolunt ut aliis imperẽt. Merito igitur Rhobertũ laudamus: cuius præterea tanta fuit religio: ut quotiẽs sibi per occupationes bellicas liceret: horas canonicas una cum sacerdotibus caneret. Hac aũt pietate hoc meritum ferũt: ut cũ oppidum quoddã ex hostibus obsideret: neq; horas suas intermitteret: mœnia hostiũ diuinitus corruerẽt: statimque irruentibus suis oppidũ caperetur. Ioannes uero (ut quidam auctores ferũt) pontificatus sui anno quarto: mense item quarto moritur: sepeliturq; in basilica Petri. Vacat tum sedes diebus undeuiginti.

❡ SERGIVS.IIII.

SERGIVS Quartus: patria romanus: patre Martino: uir sanctissimæ uitæ grataeque consuetudinis: & ante põtificatum & in ipso magistratu fuit. In pauperes liberalis: ĩ amicos & familiares iocũdus: in delinquẽtes clemens: in cõtumaces modestus. Tantæ præterea prudentiæ fuit: ut toto suo pontificatu nil commissũ sit: quo merito repræhendi gubernantis neglegẽtia posset. In deũ. n. mentẽ oẽm conuertẽs: quod facere põtifices oẽs deberent: iuste atq; integre oĩa ex animi sui sententia bene natura & moribus instituti gubernabat. Interea uero huius consilio & monitionibus principes Italiæ cõposito fœdere: consilia ineunt pellendi saracenos e Sicilia. Idq; moliri paribus aĩs & copiis instituunt. Erãt tum in Italia Tancredi magni normandiæ ducis filii plæriq;: quorũ de numero Gulielmus cognomẽto Ferrebach: tanti animi fuit: ut assũpto in societatem expeditionis Malocho Michaelis Catalaici Constantinopolitani imperatoris copiarũ duce: saracenos e Sicilia breui expulerit: adiuuãtibus etiam cãpano & salernitano prĩcipibus. Verũ cũ postea Malochus prædã malignæ diuideret: Gulielmus dissimulandũ esse ad tẽpus ratus: in Italiã rediens cum quadragita millibus normannorũ militum: qui tũ ab expeditione hierosolymitana redierant Apuliã græcis obtẽperãtẽ occupat. Ad Melphiã Malochũ cũ exercitu occurrentẽ fundit fugatq;. Atq; ita uirtute Gulielmi a græcis ad normãnos regnũ Apuliæ trãsit. Verũ postea mortuo sine hæredibus Gulielmo Drogus frater. Drogo aũt Hunfrædus iunior successit: unde postea Rhobertus Guiscardi & Rogerius frater originẽ habuere. Dũ hæc aũt ĩ Apulia agerẽt: laborãte Italia ac fere toto orbe terrarũ fame ac peste: Sergius uir sciẽtissimus secũdo põtificatus sui ãno: die. xv. morit: sepelit ĩ basilica Petri. Vacat tũ sedes diebus octo.

❡ BENEDICTVS.VIII.

BENEDICTVS Octauus: patria tusculanus: patre Gregorio: inito põtificatu indemortui Othonis tertii locũ Henricũ primũ e gẽte Bauara iperatorem secũdũ istitutionẽ Gregorii quinti creatũ corona iperii donat. Sũt qui scribãt Othonẽ ipsũ Romæ mortuũ: eiusq; corpus ĩ Germaniã delatum fuisse: alii autẽ in basilica Petri sepultũ affirmãt. Vtcũq; est constat Henricũ bauarorũ ducẽ uirũ optimũ ac sãctissimũ iperatorẽ creatũ: habuisseq; uxorẽ quæ nequaq̃ mariti laudibus: pietate: religiõe: humanitate cederet. Verũ dũ is res Germaniæ cõponit: saraceni Italiã ingressi Capuã occupant: Barũ obsidẽt. Barẽsibus aũt fame laborãtibus ueneti ãnonã classe importãt. At uero dũ nihilominus ciuitas ipsa obsideret: idẽ ueneti adiuuãtibus græcis saracenos aggressi: multis iterfectis Barũ obsidiõe liberãt: ãno salutis octauo & millesimo: quo quidẽ tẽpore Thurci hierosolymis captis: nõ tamẽ sepulchrũ domini: ecclesiasq;

nctis syon aut Bethleē uiolauere. Laborātibus hierosolymis succurrere uenetis erat ī afo:nisi hiadrenses hostes eos distinuissent:quos quidē ueneti apud Lauretū tanta clade pdomuere:ut nūq̄ postea inferre bellū finitimis sint ausi. Hēricus aūt cōpositis Germaniæ rebus Romā ueniens:accæpta imperii corona Capuam mouēs. saracenos ide expulit:ac Bubaganū græco℞ ducē:qui mauris fauerat: acerrimo bello adeo persecutus est:ut eū quoq; Troia eiecerit:quæ in finibus Apuliæ a se eo loci cōdita fuerat: ubi olim Hannibalis castra sūt habita. Sūt aūt qui scribāt Henricū cū uxore Simegunda ita caste ac sancte uixisse:ut uterq; ī morte miraculis claruerit. In uita eni prætermisere q̄d ad honoré dei ptineret. Nā & bambergēsem fundauit episcopatū:& sororē suam regi ungaro℞ ī uxoré collocauit:cuius opera rex ipse & populi oēs imperio eius subiæcti:integrā christi fidē accæpere. Moritur aūt Henricus octauo īperii sui anno magno de se relicto apud suos desiderio. Benedictus uero mortuo Henrico:quo defensore rebus ī oībus utebatur:p seditioné alio in locū eius suffecto pellitur. Ve℞ postea inita cū inimicis suis cōcordia pulso adulterino pontifice:ī urbem cū dignitate rediēs:undecimo pōtificatus sui anno:mēse uno:die. xiii. morit̄:sepeliturq; in basilica Petri. Sūt etiā qui referāt episcopū quēdā die ī solitudine uidisse Benedictū equo nigro īsidentē: eumq; interrogasse:quid causæ esset:cur mortuus equo nigro ueheretur. Tum Benedictū hominem rogasse:ut pecunias quas occultauerat locum īdicat pauperibus suo noīe erogaret:quæ antea datæ fuerant elemosyna℞ noīe nil ei pfuisse:quia ex rapinis partas constabat. Facit mādata episcopus:ac statim episcopatu se abdicat:& uitā monasticā amplectitur. Scribit Vīcentius Gerardū Canadiensem epūm doctrina & moribus eisdē téporibus magno ī pretio fuisse:huic addit Guthet episcopū Pragensem doctrina & sanctitate uitæ tū precellētem & ob eā rē ab hostibus orthodoxæ fidei martyrio coronatū. Tāta præterea eodē tpe peste laboratum est ut plures mortui quam superstites sint habiti:quam quidem calamitatem in Lothoringia fons saluberrimæ aquæ indicauit ī sanguineum tum uersus.

IOANNES. XX.

IOANNES Vigesimus:patria romanus:patre Gregorio episcopus portuēsis:ut quidam uolunt:ut aliis placet nullis sacris ante initiatus pontificium munus suscæpit: eo tempore quo Corradus sueuus indemortui Henrici locum triēnio post legitimis suffragiis īperator creatur. Hoc autem interregno crediderim ego multas Italiæ ciuitates spe libertatis errectas ab imperio defecisse. Hanc ob rē Corradus uir ī re militari præstans quippe:qui apud Henricum diu ordinum dux fuerat coactis propere copiis in Italiam descendens:primo in mediolanēses ducit tantæ defectionis auctores:eos obsidet:suburbia īcedit: excidiumq; & interitum urbi minatur. Mutata deinde sententia obsidionem soluit:coloniensi antistite id ei suadente:q̄ diceret beatum ambrosium ei intermissarum solennia apparuisse:exitium omnibus minitantem nisi ab urbe discederent:cuius patrocinium ipse sumpserat. Romam itaq; Corradus proficiscens accæpta a Ioanne pōtifice imperii corona:in sclauos & ungaros ducit:qui rebellantibus italicis auxilia præstiterant:eosq; breui perdomint. At uero Rodulphus Burgundionum dux suorum seditionibus uexatus: Corradi fidei & patrocinio se commisit. Quam ob rem Burgundia deinceps imperialis prouincia aliqua ex parte habita est. Ferunt Corradum ipsum leges multas ac perutiles quidem tulisse: hanc præcipue:ut cuius principi capitale esset pacem & quietem prouīciarum turbare. Hac itaq; ratione motus Lapuldū comité Germaniæ acerrime persecutus est:q̄ ab eo turbandi ocii & quietis initium ortum fuerat. Nuncios præterea misit:qui græcis & normannis inter se de regno Apuliæ concertantibus imperarent:ut ab armis discederent. Romanis quoq; exitium interminatus est:si diutius quemadmodum cœperant pontificem seditionibus uexassent:cuius tempore quorumdam abbatum sanctitate & uita monastica religio in Gallia præcipue floruit:& Himericus beati Stephani ungaro℞ regis filius sanctissimus ob miracula est habitus Ioānes aūt cuius uita mirifice laudatur: undecimo pōtificatus sui āno;die nono morit̄. Vacat tū sedes diebus octo.

BENEDICTVS.VIIII.

BENEDICTVS Nonus:ut quidã uolũt Iohannis nepos :patria tusculanus: parte Alberico:eo tempore pontificatum iniit:quo Cunitus anglo℞ rex uoti & religionis gratia romam uenit:qui uoti cõpos factus ĩ patriã rediẽs filiã suã Henrico Corradi filio ĩ matrimoniũ locat. Ve℞ nõ ita multo post Corrado uita fũcto:Henricus filius eiusdẽ nõis secũdus patri succedẽs:cõparato stati exercitu cũ Olderico Boemo℞ rege dubio marte decertat. Repetito deĩde certamine Oldericũ superat & capit:uectigalẽq; factũ ĩcolumẽ dimittit. Mouẽs deĩde ĩ ungaros de regno iter se dissidẽtes:petrũ ab Albo[i]no pulsũ ĩ regnũ restituit. Interĩ uero rõam benedictũ hoĩem ignauũ & nullius pretii perosi e sede deiciũt:ĩ eiusq; locũ sufficiũt Ioãnẽ sabinũ episcopũ:Syluestrẽ tertiũ appellãtes:quo post nouẽ &.xl.dies pulso denuo Benedictus restituit̃. Is aũt cũ cerneret se ite℞ subitu℞ eadẽ discrĩa:Ioãni archidiacono sãcti Ioãnis ad portã latinã: qui postea Gregorius sextus appellatus est: põtificiũ munus libere cessit:uel(ut quidã affirmãt)uẽdidit. Hãc ob rẽ merito ab oĩbus Benedictus ipse accusatus est:& iudicio diuino damnatus. Cõstat enĩ simulach℞ eius admodũ mõstruosũ post mortẽ cuidã apparuisse:ĩ terrogatũq; quid illa horrida imago præ se ferret:cũ ãtea põtifex fuisset. Quia ĩqt ĩ uita sine lege & ratiõe uixi:ideo uolẽte deo & Petro:cuius sedẽ oĩbus probris fœdaui: simulach℞ meũ plus feritatis q̃ humanitatis ĩ se habet. Nam cũ ãnis decẽ:mẽsibus quattuor:diebus nouẽ per ĩterualla sedẽ Petri occupasset:tãdẽ moritur. Nec uacasse tum sedes dici potest:cũ põtificatũ uẽdiderit. Sũt qui scribãt hoc tẽpore Gerardũ uenetũ unga℞ episcopũ:ui℞ optimũ & doctissimũ ab hostibus christianæ fidei martyriũ æquissimo aĩo passũ. Ad currũ enĩ ligatus ex altissimo mõte ĩpræceps demittitur ac laceratur.

SYLVESTER.III.

SYLVESTER Tertius:patria romanus:patre Laurentio:in locũ pulsi Benedicti subrogatus:nõ diu ĩ põtificatu mansit. Nono eni & quadragesimo die factione suo℞ Benedictus restituitur. Eo enĩ tum pontificatus deuenerat: ut qui plus largitione & ambitione:nõ dico sanctitate uitæ & doctrina ualeret: is tantũmodo dignitatis gradũ bonis oppressis & reiectis obtineret:quẽ morem utinam aliquãdo nõ retinuissent nostra tempora. Sed hoc pa℞ ẽ:peiora(ni deus caueat)uisuri aliquando sumus. Ad Syluestrũ redeo cardinalem Sabinum pontificem creatum: non dico a collegio patrum:quod tollerabilius fuisset:sed largitione:ut quidam tradunt:quo quidem pulso ac merito:cum nõ per ostium: sed per posticum intrasset ut fur & latro. Benedictus denuo restituitur:tumultuante urbe & nunc unum nunc alium appetente:quod fieri ab his populis consueuit:qui duce & recto℞ carent:quiq; malos plurisq̃ bonos faciunt.

GREGORIVS.VI.

GREGORIVS Sextus:sancti Ioannis ad portam latinam archidiaconus:põtificatum(ut diximus)a Benedicto nono accæpit. Has ob res Henricus secũdus in Italiam cum magno exercitu ueniens habita synodo: cum Benedictum nonum:Syluestrem tertium Gregorium sextum tanquam tria teterrima monstra abdicare se magistratu coægisset: Syndegerum bambergensem episcopum:cui Clemeno secundo appellatio fuit:pontificem creat. Gilbertus tamen historiarum scriptor affirmat Gregorium bene de ecclesia dei meritum esse:cum sedis apostolicæ dignitatẽ negligentia priorum pontificum labefactatam sua auctoritate & animi magnitudine breui restituerit. Nam & ditionem ecclesiæ recuperauit:& latrones circa urbem positos:quorum sæuitia peregrini ad urbem religionis causa accedentes necabantur:e medio sustulit prius execrationibus & interdictis admonitos:deinde ui & armis domitos. Hanc ob rem ferunt a perniciosis hominibus uulgo homicidam:simoniacũ & sanguinis humani appetentissimum habitum:adq; a cardinalibus quibusdam prædicari solitũ. Motũ itaq; Gregoriũ ipsũ in ea ægritudine:qua postea morit̃:cardinales ad se uoca-

tos uerbis castigasse: quodq; iuste & sancte fecisset: ipsi liuore moti reprachéderét. Et ut íquit scire possitis: ubi mortuus fuero: recte ante ppera fecero: corpus meú ante fores ecclesiæ sistite nec̄tibus obsecratas: si diuino nutu aperient cēsetore me dignú christiana sepultura: sin secus corpus meú una cō aīa damnatú quo uolueritis eicitute. Fecere mádata cardinales: atq; ita portæ coborto graui uéto apertæ sút: & corpus cú admiratione oíum & opíone magnæ sáctitatis ítrolatú é. Hæc fere sút quæ a uarus auctoribus de Gregorio scribútur: qué quidé cōstat í pōtificatu sedisse annis duobus: mensibus septem durante scismate.

CLEMENS. II.

CLEMENS Secúdus: Syndegerus antea uocatus: Bābergēsis epūs in synodo pōtifex creatur: annuéte Henrico secúdo uel iperáte & cogéte potius. Verú Henricus accæpta a Clemēte íperii corona: romanos í uerba sua iurare coægit pontificum electioni se nequaq̄ íterfuturos: nisi iussu íperatoris id facere cogerent. Videbat.n. íperator eo licētiæ factiosú quéq;: & potétem quáuis ignobilē deuenisse: ut corruptis suffragiis tantá dignitaté consequeret: que certe nisi sáctitate & doctrina benemeritis uoléte deo demádari cuipiá nō deberet. Inde uero Capuá pfectus: rebus í puincia bene dispositis: cōductisq; eo loci militibus: qui saracenis hostibus resisterét. Romá deiceps í Germaniá iter facit. Abeunte itaq; íperatore: ut quidá scribút: romani pōtificé in iussu suo creatú ueneno e medio sustulere: pōtificatus sui mése nono. Scribút auctores uenenú ipsú í hos usus a Stephano paratú: qui ei í pōtificatu successit: Damasusq; secúdus appellatus é: eo maxime tépore: quo Odiloni abbati cluniacensi í magna sáctitate mortuo Vgo abbas substituit: uir genere: pietate: religione: clemétia: doctrina ísignis: regnáte altero Henrico í Frácia: Alphōso í Hispania: Michaele cú filio Cōstátino Byzátii. qđ quidé íperiú iá tú maxíe labefactatú erat.

DAMASVS. II.

DAMASVS Secúdus: natione Bauarus: cognométo Bagniarius uel pepon(ut quidá uolút) pōtificatú per uim occupat: nullo cleri populiq; cōsensu. Adeo ení inoleuerat hic mos: ut iá cuiq; ambitioso liceret Petri sedé iuadere. Sed obstitit deus iustus uídex; ut is cæteris exéplo esset: neq̄ uirtus dare cōsueuit ambitione & largitōe quæreret. Ná tertio & xx. pōtificatus sui die morit. Cēsent nōnulli húc inter pontifices nequaq̄ numerádú esse: cú nō recte pōtificatú adeptus sit. Miranť q; cur romani táta rei ídignitate moti cōtra iusiurádú Henrici iussu habitú abdicare se magistratu hoíem statim nō coægerint. Sed cú breui admodú tépore uixerit: cúq; uix sui colligédi romanis facultas data sit: nequaq̄ eos aliqua censura dignos putauerim. Ad leonem deinceps transeamus.

LEO. VIIII.

LEO nonus: natione Alamanus: Anno domini millesimo q̄dragesimo nono pontificatum hac rōne iniit. Ná cú Romá legatos ad íperatoré misisset oratú: ut optimú pōtificé sibi daret. Is statim Brunoné epūm Tubléfem uiq; bonú & simplicis ígenii legatis & ecclesiæ romanæ obtulit: cui quidé Romani pōtificio habitu petéti: abbas cluniacensis & Ildebrádus monachus Soana oriúdus: obuiá facti psuasere: ut deposito pōtificali ornatu Romá priuatus ígrederet: q; diceret Héricú nullá creádi pōtificis potestaté a deo habere: sed ad cleq; populúq; romanú id ptinere. Motus his uerbis Leo: cú etiá uocé e coelo ítereundú audiuisset: ego cogito pacis cogitatiōes nō afflictionis: deposito pōtificio apparatu priuatus urbé ígredit; seipsú accusás: q; íperatori maluerit q̄ deo obtéperare. At uero Romanus clerus suadéte Ildebrádo eundem Brunoné í pōtificé eligút: eo libétius q; oém auctoritaté eligédoq; pōtificú ab iperatore (ut par erat) ad cleq; trástulisset. Fecerát tamé mina quorúdá pōtificú quéadmodum scripsimus: ut merito ipsi clero sublata potestas uidereť dei iudicio: quo í melius coq; mentes flagitiis contaminate aliquando uerterentur: ne christiana respu. malis rectoribus commissa pessundaretur. Pontificatum itaque hoc modo Brunou adeptus: ac mutato nomine Leo nonus appellatus: Ildebrandum ipsum statim sanctæ romanæ ecclesiæ diaconum cardinalem creat: eidemque sancti Pauli ecclesiam guberna-

dam committit:ut quasi consors pontificii muneris secum uideretur. Cum alter Petri alter Pauli templú tuereť & regeret. Interim uero Drogone normánoꝝ comite í Apulia mortuo. Gisulphus frater regnum adeptus. Beneuentum urbem romano pontifici deditá ꝑ uim occupat. Nam cú Henricus imperator in honoré beati Gregorii templú Bambergę cõdidisset:cuperetq; id in cathedralem ecclesiam cõsecrari:annuente Benedicto octauo quotannis census noíe daturam ecclesiam ipsam romano pontifici centú argenti marchas cú equo albo ac phalerato Leo nonus dono beneuétum ab imperatore accipiens:Bãbergensis ecclesiæ tributú remisit. Hanc itaq; ob ré Leo suo iure & copus íperatoris fractus:cú in Gisulphum in cõposito agmine mouisset:ab eo superatur & capitur. Nec ita multo post Romam incolumis cú magno comitatu remittitur. Sunt qui scribant Rhobertum Guiscardi e Gallia in Italiá cum exercitu profectum:fugatis græcis & aphris Apuliam occupasse:statuáq; reperisse circa caput æneú circulum habenté his litteris notatum:Calendas Maii orięte sole aureum caput habebo. Vnde saracenus quidam magicæ obseruationis peritus:a Rhoberto Guiscardi captus: notato termino umbræ ipsius statuæ calendis Maii oriente sole effosso loco thesaurum inuenit:quo se a Rhoberti manibus liberauit. Ad Leoné redeo:uirum certe pietate:innocentia:benignitate:gratia:hospitalitate adeo insignem:ut eius domus peregrinis & pauperibus semper patuerit. Nam cum semel ante fores suas leprosum paupere íuenisset:eúq; præ misericordia collocari in lecto suo mandasset:apertis mane a ianitore foribus nusq̄ pauper inuentus est: christum pauperis nomine eo loci recubuisse creditum. In rebus præterea ad religioné pertinétibus táta diligentia & solertia usus é:ut & í cõcilio uercelensi Berengariú hæreseos auctoré dánauerit:& Cõstantinopolitanú imperatoré suis monitionibus impulerit sepulchrú domini hierosolymis a barbaris diruptú restitueret eo maxime tempore quo & Theobaldus nobilis Francus sanctitate uitæ apud uicentinos in pretio fuit:& Vincentius Franco Leodiésis episcopus doctrina & moribus insignis ad Hermanum præstantis ingenii uirú de quadratura circuli docte multa & acute scripsit. Moriť autem Leo pontificatus sui anno quinto:mense secundo:die sexto.

VICTOR.II.

VICTOR Secundus Glebardus antea uocatus:natione Alemanus ex Bauaria pontificalem dignitatem post Leonem adeptus est: magis Henrici gratia q̄ liberis suffragiis. Verebatur enim clerus populusque romanus Henrici potentiam:quem in creandis nouis pontificibus aliquando leserant. Ne itaq; contra iusiurandum moliri aliquid uiderentur:Victorem ꝓponunt:legato Ildebrando ad Henricum ob eam rem misso:qui omnia ex senténtia romani cleri imperatoris q; perfecit. At Victor í sede omnium consensu consũmatus magnam synodum abnuente imperatore Florentiæ habuit:in qua quidem multos episcopos:tum simoniæ:tum fornicationis causa episcopatu priuauit:clerumq; admonuit quid maxime ad se pertineret proposita poena his qui leges canonicas transgrederentur. Sunt qui scribant Victoré ad Henricú profectú:magnificentissimeq; ab eo habitum. Sed ego solum Ildebrandum eo profectú puto:qui auctoritate legationis fractus:Henricum tertium Henrici filium Cæsaré crearet. Interim uero dum Capua a saracenis obsideretur:trepidarentq; omnes finitimæ ciuitates:Rhobertus Guiscardi sumptis armis:fugatis saracenis:& cápanos obsidione:& finitimos omni formidine uno impetu liberat. Vnde auté originem habuerit Rhobertus ipse haud satis constat cum alii normannum: alii francum fuisse existiment: utcúq; sit: cõstat eum magni animi excellentisq; ingenii fuisse:& ob eam rem merito Apuliæ regnum adeptum. Victor autem pontifex:de quo núc sermo fit secundo pontificatus sui anno, mense tertio:die quartodecimo moritur. Vacat tum sedes diebus undecim.

STEPHANVS.VIIII.

STEPHANVS Nonus:Foedericus antea uocatus:natione lothoringus:cassinensis abbas pontificatum adeptus statim curauit: ut mediolanésis ecclesia quæ a romana ducentis fere annis se subtraxerat: nunc demú eidé obtéperaret:ut ueræ oíum ecclesiaꝝ paréti & altrici:quá postea nõ secus obseruauit:ac ueræ

filiæ pientissima matrem facere consueuerunt. Hoc fere tempore & Henricus tertius i locum Henrici patris indemortui sufficitur: & Alexius Nicephoro imperatori constantinopolitano succedit. Et Rhobertus Guiscardi græcos magno prælio superatos e Calabria omnino expulit: relictis tantúmodo græcis sacerdotibus: qui usq; ad nostrá ætatem linguam seruant cum moribus: Adeo enim constantinopolitanum imperium iam erat imminutum a saracenis: ut ægre Thraciá: Gallatiam: Pontú: Thessaliam: Macedoniam. Achaiam obtineret: e quibus prouinciis nunc thurci: nunc saraceni quotidie aliquid subtrahebant. Stephanus autem septimo pontificatus sui mense: die octauo Florétiæ moritur: eo quoq; in loco honorifice sepelitur: ut Martinus scribit. Sunt qui dicát Stephanum pontificem in Henricum imperatorem hæreseos nomine inuectum esse: q summoꝝ pôtificú auctoritaté diminueret contépta religione: spretoq; imortali deo.

BENEDICTVS.X.

BENEDICTVS Decimus: natiõe cápanus: qui prius nuncius dicebatur: uellitensis episcopus factione quorundá nobiliú eo maxime tpe pontifex creat: quo Agnes Henrici tertii mater Gibertum parmensem uirum insignem regni italici gubernatorem instituit. Erat & tum in Italia Gothifredis Mathildis comitissæ fœminæ nobilissimæ maritus uir sane potens. Ná Mathildis mater Beatrix Henrici secundi imperatoris soror fuerat: nupseratq; Bonifacio cuidam uiro potentissimo ac nobili Luca urbe Hætruriæ oriundo: quo mortuo omnis potétia primo ad Beatricem: postea ad Mathildim & maritú Gothifredum peruenit. Ná & Lucá & Parmá & Rhegiú lepidi & Mantuam & eam ptem Hætruriæ possidebant: quá núc patrimoniú sancti Petri uocamus. Ad Benedictú redeo ab Ildebrando pontificatu pulsum: q non p hostium quéadmodum decebat: sed p uim & largitione intrasset. Fidé.n. dederat clerici omés Ildebrando archidiacono nõ prius se habituros suffragia noui pontificis creandi: q ipse Florentia: quo tum proficiscebatur ad urbé reuerteretur. Rediens itaq; cum Gerardo episcopo florentino in omnes acerbissime inuectus est: tum uel maxime i eos qui fidé dederát se eius aduentú expectaturos. At uero cú hac de re magna cõtétio esset: pbarétq; nõnulli Benedictú ipsú ut uiꝝ optimú & sapiétissimú: cõtra aút eá electioné plæriq; magnis clamoribus iprobarét: utpote minus canonice & legitime factá: tandé plurimoꝝ cõsensu Ildebrando instante Gerardus uir tanto magistratu dignus eiecto Benedicto pontifex creat. Sút tamé qui scribát hanc electioné Senis factá: cú libera suffragia Romæ ob factioné quorúdá potétum haberi non Possent. Benedictus itaq; mense nono; die.xx. pontificatu deiectus: Velitras exulatum abiit.

NICOLAVS.II.

NICOLAVS Secundus: natiõe allobrogus: Gerardus antea uocatus: epús Florétinus ob uirtuté & animi præstátiá abrogato Benedicto: haud legitie creato põtifex maximus Senis decernit: q statim inito põtificatu Sutriú cõcessit: ibiq; áno domini millesimo qnquagesimo nono cõcilio habito: cui nõ solú episcopi ueꝝ multi Italiæ pceres iterfuere: Benedictú abdicare se põtificio munere & habitu coegit: & Velitras exulatú abire. Inde uero Romá pficiscés: secundo apud lateranú cõcilio habito legé tulit: ut in decretis legit Romanæ ecclesiæ admodú salubré quæ talis é. Si quis pecunia uel gratia húana aut populari militariue tumultu sine cõcordi & canonica electiõe cardinaliú fuerit i trono Petri collocatus: is nõ apostolicus: sed apostaticus.i.a ratione deficiens merito uocetur: liceatq; cardinalibus clericis & laicis deum colentibus: illú ut prædoné anathematizare: & quouis humano auxilio a sede apostolica propellere: atq; quouis in loco si in urbe non liceat catholicos huiusce rei causa cõgregare. In codé quoq; cõcilio reuocatú ab errore suo Berégariú diaconú Andegauésis ecclesiæ ferút: qui arbitrabat i sacraméto eucharistiæ & calicis nõ eé ueꝝ christi corpus integrumq; sanguiné: nisi ut in signo & figura mysterioue: qué qdé erroré istáte & urgéte Nicolao & Alberico diacono uiro doctissimo publice cõfessus est: affirmás illud esse uerum christi corpus: integrumq; sanguinem. Scripsimus hunc errorem a Leone nono damnatum: non tamen emendatum fuisse. Quæ certe laus tota Nicolai est: ut La

francus scribit:uir ea tēpestate doctissimus:qui errores eiusdē Berēgarii præclaro opusculo notauit. Dum hæc a pontifice Nicolao Romæ agerētur:Gothifredus normanus qui Drogoni fratri i Apuliæ Calabriæq; comitatum successerat:moriens Bagelardum filium comitatus hæredem īstituit:uerum Rhobertus Guischardi frater(ut quidā uolunt)hoc ægre ferens:pulso nepote:Apuliam & Calabriam occupat adiecta troia:quæ pōtificibus romanis parere consueuerat. Hanc autē ob rem indignatus pontifex: non nihil Rhoberto succensuit. Is uero cum postea rogatu Rhoberti in Apuliā profectus fuisset:receptis quæ de ecclesia amiserat:nō solū hominem in gratiam accepit:uerum etiā uectigalē ecclesiæ factū:Calabriæ & Apuliæ ꝓuincias romanæ ecclesiæ censuarias ducē creat. Accepto deīde magno a Rhoberto exercitu ab urbē rediēs:prenestinos:tusculanos:nomentanos romanæ ecclesiæ rebelles perdomuit. Tybrim quoq; traiciens: direpta gallera aliisq; Gerardi comitis Sutriū usq; castellis expugnatis:ditionē romanā tutiorē reddidit. Sūt qui scribāt Henricum tertiū a Nicolao secūdo coronā īperii accepisse totoq; tpe pōtificatus sui ob beneficiū acceptū:nil cōtra ecclesiasticos molitū eē. Nicolaus aūt uir oī uita ꝓbatus:tertio pōtificatus sui anno:mēse.xi.die.vi.&.xx.moritur. Vacat tum sedes diebus.xii.

ALEXANDER.II.

ALEXANDER Secūdus:Anselmus antea uocatus:patria mediolanēsis:epūs lucēsis:mortuo Nicolao ob humanitatē benignitatē & doctrinā absens etiā pōtifex creat. At uero cisalpini episcopi arbitrati ob dignitatē ꝓuinciæ suæ par ēe:ut e suo numero aliqs eligeret Giberto parmēsi uiro potētissimo admodū ānitēte ab Hērico īperatore obtinuere:reclamāte eius uxore Agnete:ut alter quoq; pōtifex eligeret. Quare episcopi ipsi habito cōcilio Cadolū parmēsem epūm pōtificē creāt. cui statī Cisalpini oēs obtēpauere:præter Mathildim optimā fœminā:& cū ecclesia romana bene sentientem. Supueniente deinde Cadolo ab his qui alexandro aduersabantur accito in pratis neronianis sub radicibus aurei montis graue prælium committitur:in quo multi utrinq; cecidere:Alexandro & Gothifredo Mathildis uiro sese ad ædes lateranensium continentibus. Incerti enī erāt qbus potissimum se tuto committerēt:adeo oīa īfida & fluxa uidebāt. Sunt qui scribant Alexandrum ante prælium cōmissū:Lucā ꝓfectū uitādæ cædis causa:eoq; loci quiete aliquādiu uixisse. Neq; ingratū tantæ erga se Lucensiū beniuolētiæ ecclesiā & ciuitatē multis priuilegiis:ut in eorum annalibus apparet īsigniorē reddidisse. Repulsus tādē ab urbe Cadolus nō diu i ꝓuīcia quieuit:accitus.n.a romanis quibusdā:quorum maxīe intererat oīa Romæ pturbari explēdarum uoluptatū causa:cōparato maiore exercitu q̄ antea Romā uenit:ac urbē Leoninā ecclesiāq; beati Petri ui occupat. At uero erumpētibus romanis cum Gothifredi copiis tātus terror repēte hostes īuasit:ut & effusa fuga oēs abierint:& paulū abfuerit: quin Cadolus capet a suis derelictus: quē Cincius rōani præfecti filius facto cū suis cuneo per media ciuiū agmina ægre in arcem Hadriani perduxit:ubi aliquamdiu obsessus: cum nullam libere abeundi subesse spem uideret : trecētis argenti libris ab his se redimens: qui arcem obsidebant:conscenso strigosissimo equo inde solus aufugit. At uero Otho coloniensis archiepiscopus apud Henricum adolescentem Agnetem criminatus:q cōtra maiestatem imperii christiana respu. mulieris nutu gubernaretur:accepta potestate componendæ ex arbitrio ecclesiæ dei Romam ueniens:Alexandrum primo quidē grauissimis uerbis increpat:q sedem romanam iniussu Cæsaris:& contra atq; consuetudo & lex ipsa iubebat occupasset. Tum Ildebrandus archidiaconus : qui forte tum aderat : partes pontificis acerrime tutatus:q diceret electionem ad clerum pertinere : si ius:si antiquam consuetudinem uellet inspicere:facile Othonem in sententiam traxit. Quare Henricus cognito errore ad se postremo rediens Alexandrum rogat : ut concilium quo se peruenturum pollicetur indicat. Vrbs Mantua ad eam rem potissimum idonea uisa est:eo proficiscuntur omnes : ad quos pertinere uidebatur ecclesiæ salus & tutela:ubi compositis rebus omnibus imperator ipse non solum in gratiā pōtificis redit : uerum etiam precibus ab eo impetrauit : ut & Cadolo ueniam petenti

ignosceret:& Gibertũ tanti mali(ut diximus)auctoré Rauẽnatis ecclesiæ archiepiscopũ crearet. Primũ haud grauate fecit:saluatoris nostri exemplũ imitatus:qui nouit etiã p psecutoribus exorare. Secũdũ inuitus cõcessit:& nõ nisi precibus Henrici fatigatus: q uerebatur sicuti postea accidit:ne ea res ecclesiæ romanæ magnas calamitates afferret. Abiens Mãtua põtifex ac Luca iter faciens:ecclesiã maioré:cuius epũs antea fuerat:sacris solẽnibus adhibitis cõsecrat:tãdiu ibi imoraturus quoad ab Ildebrãdo archidiacono res in Apula pacatiores redderent. Is eni acceptis a Mathildi comitissa auxiliaribus copiis:non solum Ricardi & Gulielmi impetus repressit:uerum etiam eos coegit:quæ de ecclesia cæpisset restituere. Veniens itaq ad urbem Alexander pontificatus sui anno undecimo:mense sexto moritur:in basilicaq lateranẽsi sepelitur nullo genere honoris quod impendi sũmo pontifici potest non adhibito & a clero & a populo. Ferunt tum magno in pretio fuisse Ioannem gualbertum monachum uallis umbrosæ:& illius ordinis auctorem uirum sanctissimum ac miraculis insignem.

GREGORIVS. VII.

GREGORIVS Septimus:Ildebrandus antea uocatus: natione hetruscus: patria Soanensis patre Bonicio:omnium bonorũ cõsensu pontifex creatur. Ipsius aũt electionis uerba ita annotata fũt. Nos sanctæ romanæ ecclesiæ cardinales:clerici:acolythi:subdiaconi:presbyteri: præsentibus episcopis abbatibus multisq tum ecclesiastici tum laici ordinis eligimus hodie.x.calendas maii in basilica sancti Petri ad uincula anno salutis Millesimo.lxxii.in uerũ christi uicarium Ildebrandum archidiaconum uirum multæ doctrinæ magnæ pietatis:prudentiæ:iusticiæ:cõstãtiæ: religionis:modestum:sobrium:continentem:domum suam gubernanté:pauperibus hospitalem:ĩ gremio sanctæ matris ecclesiæ libere a teneris annis usq ad hanc ætaté educatum:doctum: qué quidé cum ea potestate ecclesiæ dei præesse uolumus:qua Petrus dei mandato quondam præfuit. Adeptus pontificatum Gregorius statim Henricum ĩperatorem admonet:ne deĩceps largitione corruptus: episcopatus & beneficia alicui p simoniacam cupiditatem cõmittat:aliter se usurum ĩ se & delinquentes censuris ecclesiasticis. His admonitionibus & quidé sanis non modo nõ obtemperauit Henricus:uerum etiam Agnetem imperatricem bene admonenté:quid fieri cum religione oporteret omni administratione depulit:quæ Romã profecta non diu superuixit:dolore animi iram cum morte permutans. Tandem uero multis legationibus ultro citroq missis imperator in gratiam cum Gregorio redit:eundemq ĩ pontificatu confirmauit:ut tum imperatorũ mos erat. At uero cum Henricus in bono leuis:ĩ malo pertinax simoniam nequaq̃ omitteret:sæpius admonitus omnes illos anathematis censura pontifex notauit:qui episcopatus & beneficia largitione adepti erant. Et ne id temere fecisse uideretur:concilio apud lateranũ habito:in quo multi episcopi interfuere:maxime uero Gibertus parmensis archiepiscopus Rauennas ratione reddidit. Quam ob rem cẽsuris ecclesiasticis simoniacos notasset:factumq quoq id imperatorem crebro dicebat:nisi sententiam mutaret. Tum uero Gibertus soluto concilio:& criminandi Gregorii occasionem nactus:ad põtificatum uiã quærens:Cincium Romanum ciuem Stephani præfecti urbis filium:hominem temerariũ & seditiosum in pontificem animat:magna ei pollicitus imperatoris nomine:si tantum facinus ex sententia confecisset: Structis itaq ĩsidiis Cincius dum pontifex media nocte natalis domini nostri celebrat in templo beatæ Mariæ ad præsepe:quæ maior nũc dicitur:irrumpens cum satellitibus & coniuratis dum hostiam sacrificii cõminuit hominem capit: & in regionem Parionis secum trahens:in turri quadam munitissima eum collocat. Sequenti uero die populus romanus cognito facinore in Cincium arma suscepit:pontificem liberat:ædes ac turrim scelerati hominis a fundamentis euertit:familiam eius uares mutilatam ab urbe pellit. Ipse uero Cincius tanti mali auctor:fuga salutem quærens:in Germaniã uariis itineribus ad imperatorem tandem peruenit. Gibertus autem tanti doli machinator: cum insidiæ ex uoto non successissent: simulata beniuolentia a pontifice dimissus: Rauennam peiora moliturus se contulit. Nam Theobaldum mediolanensem archiepiscopum:&

plærosq; alios Cisalpinæ antistites coniurare in Gregorium pollicitationibus perpu-
lerat. His addidit Vgonem candidum sanctæ romanæ ecclesiæ cardinalẽ: qui etsi ante
idem fecerat: in gratiamq; simulato animo redierat: nunc malum animum: malam men
tem præ se tulit. Is enĩ uiribus oĩbus ãnixus ẽ imperatorẽ & normannos inter se de im-
perio dissidentes: composita pace: initisq; fœderibus in pontificẽ concitare. Quod ubi
Gregorius resciuit congregata ad lateranum synodo propositis rationibus quare id fa-
ceret: Gibertum & Vgonem dignitatibus priuatos anathemate notat. Dũ hæc Romæ
agerentur Henricus cum saxonibus hostibus fœliciter pugnans: adeo fœlicitate illa ela
tus ẽ: ut habito cõuentu apud Vormatiam Sigifredo archiepiscopo maguntino negoci
um procurante: interdicere omnibus ausus sit: ne ulla in re pontifici romano obtempe-
rarent: ex illo autem conuentu mandato Henrici Romandus clericus parmẽsis Romã
ueniens: & Gregorio publice ĩterdixit: nequid ageret deinceps quod ad magistratũ pon
tificis pertineret: & cardinalibus ipsis mandauit: ut relicto Gregorio alium habituri põ-
tificem ad se proficiscerentur. Tum Gregorius tantam iniuriã diuinæ maiestatis causa
non diutius ferens: & Sigifredum aliosq; clericos cum Henrico sentientes dignitatibus
ac beneficiis priuauit: & imperatorem ipsũ anathemate notauit: priuatũ prius omni re-
gia administratione. Abrogationis autem pontificiæ habita fere hæc formula est: Beate
Petre princeps inclina quæso aures tuas: & me seruum tuũ exaudi: quem & ab infantia
educasti: & usq; adhunc diem ab iniquorum manibus uendicasti: qui me pro mea in te
fide oderunt & persecuti sunt. Tu mihi testis es optimus: & pia iesu christi mater: & fra-
ter tuus Paulus tecum martirii particeps me non sponte: sed iuitũ pontificatus guber-
nacula suscæpisse. Non q; rapinam arbitratus sim sedem tuam legitime cõscendere: sed
mallebam uitam meam in peregrinatione degere: q̃ locum tuum pro fama & gloria tã-
tum occupare. Fateor ego ac merito quidẽ mihi tua gratia: nõ meritis meis populi chri
stiani curam demandatam esse: concessãq; ligandi & soluendi potestatem. Hac itaq; fi-
ducia fr̃etus pro dignitate & tutela ecclesiæ suæ sanctæ omnipotẽtis dei nomine patris:
filii: & spiritus sancti: & Henricum regem Henrici quondam imperatoris filium: qui au
dacter nimium & temerarie in ecclesiam tuam manus iniecit: imperatoria administra-
tione regiaq; deiicio: & christianos omnes imperio subiectos iuramento illo absoluo:
quo fidem ueris regibus præstare consueuerunt. Dignum est enim: ut is dignitate care-
at: qui maiestatẽ ecclesiæ imminuere conatur. Præterea uero quia mõita mea immo tua
ad sui ipsius populorumq; salutem pertinentia contempsit: & se ab ecclesia dei: quam
seditionibus pessundare cupit separauit: eum anathematis uinculo colligo: certo sciens
te esse Petrum in cuius petra ut in uero fundamento rex noster christus ædificauit ec-
clesiam suam. Fuere tum multi post execrationem qui pacis mentionem facerent. Qui-
bus ita Gregorius respondit: se pacis conditiones nõ abnuere: modo Henricus ipse pri-
mo cum deo pacem ineat. Non ignoratis inquit: q̃ diu & quantis malis Romanam affe-
cerit ecclesiam: quotiensq; a me sit admonitus: ut meliorẽ uitam moresq; probatõres in
dueret. Hoc tribuimus beniuolentiæ & charitati: qua Henrico patri cõiuncti olim fui
mus. Sed nil profecimus: adeo mores a patre auersos imbibit. Instabant tamen ex his q
aderant nonnulli regem non ita cito anathematizandum esse. Quibus ita pontifex re-
spondit. Quando inquit christus ecclesiam suam Petro cõmisit & dixit: pasce oues meas
excepit ne reges? Nam cum eidem ligãdi & soluendi potestatem daret: nullũ excæpit uel
neminem eius potentiæ subtraxit. Hanc ob rem qui dicit se uinculo ecclesiæ ligare nõ
posse: restat ẽt ut fateatur se absolui ab eius potestate nullo modo posse: & qui hoc im-
pudenter negat: a christo & ecclesia eius se omĩo seiũgit. At Henricus cognita Gregorii
censura: multas litteras ad gentes & nationes conscripsit: quibus se contra ius fasq; dam
natum a pontifice ostendebat. Gregorius autem id a se iure factum non uerbis tantum
& litteris: uerum etiam ratione & testibus comprobabat: re ipsa ante oculos omnium
proposita. Interim uero cum pars regni ab Henrico defecisset: & iam saxones bellũ con-
tra Henricum q̃ diligentissime pararent: alamani principis ueriti: ne quid mali in prouin
cia nasceretur: conuentu habito decernunt: ut si Gregorius ĩ Alamaniam pergat: Hen-

ricus supplex ueniam errati petat.Quod se facturum rex ipse interposito iuraméto pollicitus est:Motus itaque pontifex his pollicitationibus & precibus treuerensis archiepiscopi Henrici oratoris:augustam prætoriam petiturus:uercellas usq; iam peruenerat: ubi ab episcopo loci ipsius regni Italiæ cancellario clam resciuit Henricum hostili in se animo cum exercitu aduentare.Tum uero pontifex omisso instituto itinere Canossiũ se recæpit oppidum agri regiensis ditioni Mathildis comitissæ subiæctum. Venit & eo propere cum omnibus copiis Henricus:qui statim deposito regali ornamento nudis pedibus ut oppidanos ad misericordiam commoueret:portæ oppidi appropinquãs suppliciter intromitti petebat denegatum ingressum æquo animo tulit:aut tulisse dissimulauit:quamuis aspera esset hyems:& gelu cuncta rigescerent. In suburbio quidem oppidi triduo immoratus:continuo ueniam petens:tandem rogatu mathildis: & Adelai Sabaudiensis comitis:& cluniacensis abbatis introductus absoluitur:& ecclesiæ reconciliatur.pace iureiurando confirmata: & integra obedientia promissa.Regii autem iurisiurandi hæc formula est:Rex Henricus composita pace ex sententia domini nostri Gregorii septimi affirmo me pacta & fœdera conseruaturum curaturumq;:ut quoquo uoluerit idem pontifex sine ullo discrimine sumpsius & comitatus proficisci possit: maxime autem per loca imperio nostro subiæcta:neq; p me statuq; quo minus libere põtificio munere ubique locorum uti possit: & hæc obseruaturum me iureiurando addico.Actum Canossiũ.v.calendas februarii indictione.xv.Tum uero rebus ita ex sentẽtia peractis:dilabentibus inde omnibus uariis itineribus:dum Hẽricus Papia iter facit: Cincium amittit subita febri correptum:non tamen mortuo tam pernicioso homine Henricus rebus nouis studere destitit.Pacis enim fœdera abrumpens:eo alamanos pricipes indignitate rei motos perpulit:ut Rhodulphum Saxoniæ ducem regem prouinciæ crearent posthabito Henrico.Petiit primo quidem Henricus a põtifice:ut Rhodulphum execrationibus ab occupatione regni depelleret. Id uero cum impetrare nequiuisset:sumptis armis magna clade & incerta uictoria utrinque dimicatum est. Missi tũ quidem ab utroq; legati ad pontificem rogatum:ut in partes suorum declinaret: quibus nil aliud ipse respondit:q̃ ut ab armis discederent. Pugnarunt iterum simul æquo marte Henricus & Rhodulphus. Verum cum tertio prælium iniissent magna cæde utrinque commissa:ac superior aliquantulum Henricus uideretur:Rhodulphi legatos pacem petentes audire noluit:ad pontificemq; denuo scripsit:ut Rhodulphum regnũ occupare conantem execratione anathematis notaret.Quod cum facere Gregorius recusaret:tanta ira pcitus Henricus est:ut die noctuq; nil aliud cogitaret:q̃ quod ad pontificis perniciem & exicium uergeret.Interea uero ne quid in orbe christiano deesset quod seditionibus non agitaretur:Michael cum Andronico filio a Nicephoro cognomento Bucamor ui ab imperio cõstantinopolitano deiæctus ad Gregorium confugit: qui & Nicephorum excommunicauit:& Rogerio romanæ ecclesiæ feudatario negocium dedit:ut Michaelem quo cum Ceperani locutus est in imperium restitueret. Is itaque mandato pontificis compata classe Rogerio minore natu in Italia dimisso: Boemundum alterum filium secum ducens:Auleon primo adnauigat:& ad Dyrachiũ castra facit:urbem tãto bello pernecessariam primo occupaturus.Sed Dominicus syluius dux uenetus cum Nicephoro sentiens:Rogeriũ ab obsidione repellit: magno illato accæptoq; incommodo.Verum non ita multo post Nicephorus ab Alexio cognomento mega copiarum suarum duce decæptus:libertate simul & ciuitate priuatur:quã triduo Alexius militibus diripiendam ex pacto concessit.Captus ipse Nicephorus in templo sanctæ Sophiæ uita donatur:hac conditione tamen ut monachi habitum cum uita susciperet. At uero Gregorius cum uideret Henricum contra ecclesiam dei a quibusdam seditiosis episcopis concitari:habita ingenti synodo Giberto Rauneati archiepiscopo ob superbiam & malitiam iterdicit sub anathematis pena: ne episcopali & sacerdotio munere fungatur.Vocatus præterea ad sedem apostolicam scelerum suotum conscius parere desierat:q̃ ex re tantũmodo poenã anathematis merebat:Rolandũque Taruisinum censura notauit:q; legatus ad res cõponendas inter Henricum & se factus

cōsequēdi episcopatus causa semina discordiaꝝ non pacis seuerat. Nec Vgoni quidem
tituli. S. Clemētis cardinali pepcit: ꝙ cū Cadolo parmēsi epō ī seditionibus & hæresi sen
sisset. In eodē postremo cōuētu tres legatos delegit: Bernardū diaconē alteꝝ Bernardū
massiliensem abbatē: Odonē treuerensem archiepiscopū: q de latere sedis apstolicæ ad
cōponendas res iter Henricū & Rhodulphū ꝓficiscerent. Videbat. n. sapiētissimus pō-
tifex eam discordiā nisi sædata foret: magnas aliquādo calamitates populo christiano
parituram. Veꝝ quia certo sciebat non defuturos perniciosos quosdam: qui id quo mi-
nus fieret īpedire conarent. ꝙ eoꝝ maxime intererat discordias augeri non tolli. Litte-
ras apostolicas ī hūc modū cōscriptas legatis ad prīcipes & natione dedit. Cognita ibe-
cillitate cupiditate & ambitione hūani generis. mādamus ne quispiā cuiussuis cōditiōis
sit: uel rex: uel archiepiscopus: episcopus: dux comes: marchio: siue miles aliqua elatione
temerariove ausu: fraude: dolo. cupiditate ductus legatis nostris resistere audeat: ne pa-
cē & concordiam ex æquo & bono componere possint. quicūq; aūt temeritate ductus:
quod non optamus: huiusce nostræ cōstitutionis uiolator extiterit legatisq; nostris ī-
pedimento fuerit quominus pacem cōponāt: eum anathematis uinculo alligamus: &
non solum ī spiritu: ueꝝ etiam in corpore: atq; in omnibus fortunæ bonis apostolica
potestate colligamus: uictoriāq; in armis partam ei auferimus: ut saltem confundatur:
ac duplici pœnitentia conuertat. Mandatum præterea legatus est: ut in alamania con-
uētu habito: maturæ decernant utri duoꝝ regum ex æquo & bono ius competat: eidē
que cōsensu bonorum regnum decernant: cuius causa iustior & potior uidebitur. Se ue
ro postea re cognita quod egerint confirmaturum: interposita omnipotentis dei & bea
ti Petri auctoritate: qua nulla potest esse maior. Interea uero Gregorius ne Romana ec
clesia ob largitionem & simoniacam cupiditatem aliquid incommodi caperet. conuen
tu habito: maiorum decreta ad rescindendam hanc labem pertinentia confirmauit his
uerbis. Sanctorum patrum instituta nunc sequentes quēadmodum in prioribus con-
ciliis fecimus: auctoritate omnipotentis dei decernimus ac confirmamus: ut qui dein-
ceps episcopatū uel cœnobium uel aliquod aliud ecclesiasticū beneficium a laico accæ-
perit: nullo mō in numero episcopoꝝ abbatū uel clericorū is censeatur: neue idem sub
censura anathematis limina apostolorum attingat: priusq̄ locum ambitione & contu-
matia conquisitum: quod est idolatriæ scelus resipiscendo cōmutauerit. Eisdem quoq;
censuris teneri uolumus & alligari reges duces & principes: qui episcopatus ecclesiasti-
case dignitates quod contra ius fasq; est: demandare alicui fuerint ausi. Confirmamus
præterea anathematis sentētiam merito latam in Theobaldum mediolanensem: Giber
tum Rauennatem archiepiscopū: in Rolandum taruisinum præsulem: & Petrum olim
Redonensem episcopū: nunc aūt inuasorem narbonensis ecclesiæ: pari censura damna
mus. Præterea uero gratiam sancti Petri & ingressum ecclesiæ his interdicimus: quous-
que pœnituerint satisfecerintq;: siue Normāni sint: siue Itali. uel cuiussuis nationis: qui
aliqua ex pte læserit: aliquoue īcōmodo affecerit Marchiā. Firmanā ī picētibus: ducatū
spoletini Cāpanā ī Hernicis: Agꝛ Sabinū: Tyburtinū: Prænestinū: Tusculanū: Albanū:
& qcq̄d ī uolscis & herruscis ad mare uergit. His addo monasteriū scī benedicti & qcq̄d
ī Cassinatum agro positum est: nec Beneuētum in Samnitibus excipio. At si quis istoꝝ
auferendi res repetitas & nō redditas habere iustam causam se dixerit prius a nobis uel
a magistratibus nostris iusticiam requirat: ꝙ si eis noti fuerit factum abunde satis con-
cedimus: ut ad res suas recuperandas inde tantum auferāt quantū sat est: nec more præ
donum modum excedant. sed agant ut christianos decet: & eos maxime qui sua magis
repetunt q̄ aliena percupiant: quique & iram dei & execrationem beati Petri reformi-
dant ac timent. Præterea uero execrationem in Henricum his uerbis denuo confir-
mauit. Beate Petre apostolorū princeps: & tu Paule gentium doctor: uestras quæso au-
res mihi paululū præbete: meq; clementer exaudite: nam ueritatis discipuli estis & ama
tores: que dicam uera sunt. Hanc causam suscipio ueritatis gratia: ut fratres mei quorū
salutem exopto mihi obsequentius acquiescant: sciant: intelligant ꝙ uestro auxilio fræ-
tus post christum & matrē eius semper uirginem flagitiosis & iniquis resisto: fidelibus

aūt præsto adsum & auxilium fero. Nō enī uolens & libens hāc sedem cōscendi: sed inuitus & lachrimās: q; me indignū iudicabā qui in tam excelso trono sederem. Hæc autem dico: quia non ego uos: sed uos me elegistis: & grauissimū pondus humeris nostris imposuistis. In me autem uestro iussu montem ipsum conscendentē clamantē & ānunciantem populis eoꝝ scelera: & filiis ecclesiæ peccata: mēbra diaboli consurrexere: & ad sanguinē usq; manus suas in me cōiæcere. Astiterunt enim reges terræ & principes sæculi: cū his cōiurarunt ecclesiastici quidam & uulgares in dominū & nos christos eius: dicentes: dirumpamus uincula eoꝝ: & proiiciamus a nobis iugum ipsoꝝ: hoc aūt fecerunt ut me uel morte uel exilio mulctarēt: quoꝝ de nūero fuit Hēricus: quē regē uocāt. Henricus inquā Henrici īperatoris filius: qui cornua & calcem contra ecclesiam dei superbe nimium erexit: facta coniuratione cū multis episcopis Italici Gallici Germanicique nois: cuius superbiæ uestra adhuc restit auctoritas: qui fractus potiusq̄ ad sanitatē redactus: ad me in Cisalpinam pueniens: absolutionē anathematis suppliciter quæsiuit. Hunc ego quem ad pœnitentiam uenisse credideram: in gratiā recæpi: huicq; tantummodo cōmunionem reddidi: non tamen in regnum e quo eū in Romana synodo merito depuleram restitui: nec uectigalibus regni. ut ad fidem redirent cōcessi. Hoc ideo feci: ut si redire in gratiam cum finitimis suis: quos semper uexauerat differret: reddereque res tum ecclesiasticas tum prophanas ex fœdere abnueret: cogi ad officiū execrationibus & armis posset. Hac oportunitate adiuti quidem germaniæ episcopi: & principes ab hac fera bestia diu uexati: in locum Henrici suis flagitiis e regno cadentis: ducem suum & regem Rhodulphum deligunt. Qui regia modestia & integritate usus: statim nuncios ad me misit: a quibus intelligerem. se coactū regni gubernacula suscipere. non esse tamē adeo regnandi cupidū: ut nō malit nobis q̄ regnum pollicētibus obtemperare. Futuꝝ se in dei potestate semper ac nostra: idq; ut arbitremur nos facturos filios obsides pollicitus est. Stomachari tū Henricus cæpit: & nos primo quidē ptecari: ut Rhodulphū ab occupatiōe regni execrationibus ꝓpelleremus. Dixi me uelle uidere: cui ius competeret & eo missurum nuncios: qui rem omnem resciscerent: meq; deinceps iudicaturum uter ipsorum in causa potior habendus esset. Vetuit Henricus quominus res a legatis nostris decernetur: multosq; tū seculares tū ecclesiasticos interfecit: ecclesias dirripuit & prophanauit: atque hoc modo sese anathematis uinculis illigauit. Hanc ob rem fidens in dei iudicio & misericordia: inq; patrocinio beatæ uirginis: fultus etiam auctoritate uestra ipsū Henricum eiusq; fautores uinculo anathematis colligo: atq; iterū regiā ei potestatē adimo: interdicoq; christianis oībus illo iuramēto absolutis: quo fides regibus dari consueuit: ne Henrico ulla in re obtēperent: Rhodulphum in regem suscipiant: quem multæ prouinciæ principes abrogato Henrico in regē optimum sibi delegere. Eteni par est: ut sicuti hæreticus ob superbiam & contumaciam facultatibus suis priuatur: ita Rhodulphus oībus gratus pro sua pietate & religione regia dignitate & potestate donet. Agite igitur apostoloꝝ sanctissimi principes: & quod dixi uestra auctoritate interposita confirmate: ut oēs nunc demum intelligant si potestis i cœlo ligare & soluere: in terra quoq; imperia: regna: principatus: & q̄cquid habere mortales possunt auferre & dare nos posse. Si enim quæ ad deum pertinent iudicare potestis: quid de his inferioribus & prophanis censendū est? Etsi angelos dominantes superbis principibus uestrum est iudicare: quid in seruos illorum facere uos decet? Ediscant nūc reges huius exēplo & omnes sæculi principes: quid in cœlo possitis: quantiq; apud deū sitis: ac deinceps timeant sanctæ ecclesiæ mandata contemnere. Hoc aūt iudicium cito in Hēricum exercete: ut intelligāt oēs iniquitatis filium nō fortuito. sed uestra opere regno cadere. Hoc tamen a uobis optauerim: ut pœnitentia ductus: i die iudicii uestro rogatu gratiam a domino consequatur. Actum Romæ nonis martii in dictione terna. Ad hoc uero Gibertum discordiaꝝ omniū & hæresium quæ tunc erāt: auctorē ab ecclesia Rauennate deiiciens: sacerdotibus oībus eidem ecclesiæ obtemperantibus mādauit: ne Giberto facinoꝝ oīum auctori: & ob eā rem execrationis uinculo illigato ulla ī re obedirēt: & ne populi illi gubernatore īdigerēt: Petrū imitatus: q Apollinarē

quasi supplementum mittere consueuerat: ubi oportebat: eo alterum archiepiscopum proficisci iubet cum integra potestate qui & hæresim Giberti auelleret: & mẽtes hominum in fide confirmaret. Tum uero Henricus irritatus magis his censuris q̃ monitus: capto hostiensi episcopo e legatione redeunte: habitoq; episcoporum secum male sentientium conuentu: Gibertum olim Rauennatem archiepiscopum pontificem creat: Clementemq; appellat. Verum cum a saxonibus premeretur: relicto ad tempus nouo pontifice in eos mouet: ac cõmisso prælio magno suorum incommodo superatur. Victor Rhodulphus accepto uulnere paululum abscedens mortuus inuentus est. Ferunt Hẽricum ea clade adeo perterritum fuisse: ut uix decimoseptio die repertus sit: quo quidẽ tempore germani Henricum eius filium eiusdem nominis q̃rtum in locũ patris suffecerant. Qui simul postea coniunctis copiis in Italiam uenientes Clementem suũ in pontificatũ collocaturi pulso Gregorio: Mathildim obuiam cũ exercitu factã leui prælio superant. Quæ quidẽ mulier primo marito mortuo pauloante Azonem marchionẽ estensem prioris uiri consanguineum: ac tertio gradu affinitatis sibi coniunctum in cõiugem accepit. Verũ re postea cognita suadente Gregorio diuortiũ cũ Azone fecit. Henricus itaq; superata apud Parmã Mathildi eiusq; marito Azone: Romã hostili animo proficiscens: in pratis neronianis castra collocat: urbẽ Leoninã ingreditur: sancti Petri basilicã cũ suo Clemente prophanat: porticusq; demolitur. Idem quoq; factũ de basilica Pauli constat. At uero cũ urbẽ ingredi non posset Tybur concedẽs: inde tanq̃ ex arce belli in romanos quotidie incursiones faciẽs: uastatis rebus oĩbus eo inopiæ eos redegit: ut pacem quauis conditione expeterẽt. Admotis itaq; copiis Henricus re p̃ transfugas cognita: urbẽ ingreditur. Tum pontifex haud satis populo fidens ĩ molẽ Hadriani se confestim recepit: ubi aliquãdiu obsessus est: acriter qui ĩ præsidio erant arcẽ ipsã defendentibus. Non est usus ea fortuna Gregorii nepos ex fratre: qui eo tumultu ad septem solia Seueri Aphri opus confugiẽs: cũ ferre oppugnationẽ non posset: deditionẽ turpiter fecit. At uero Henricus cognito Guiscardi aduentu: Apuliæ ducis in auxilium Gregorii non amplius morandũ ratus: ad dolos cõuersus: cluniacensẽ episcopũ ad Gregoriũ in arcem mittit: q̃ diceret se in Germaniã propere cũ exercitu rediturũ: si ab eo ĩ laterano coronaretur: populus quoq; romanus: ut idem fieret precibus instãbat. Facturum se id Gregorius dicebat: si errata sua Henricus corrigeret: ueniãq; peteret: qđ cũ facere recusaret: & iam aduentare cũ exercitu Guiscardum sentiret: Clemẽtẽ antipapã ĩ lateranẽsi basilica corona pontificia publice donat: eã rem procurãtibus bononiẽsi: ceruiensi: mutinẽ episcopis: quo facto statim Senas proficiscit: Clemẽte secũ ducto. Guiscardus autẽ per portã flamineam irrumpens resistentibus ciuibus usq; ad triunphalem Domiciani arcum urbẽ incendio cõsumpsit. Munierant capitolium ciues: & se acriter contra Guiscardum defendebant: qui lateranum iam cæperat. Vnde cũ multa crebro utrinq; cõmitterentur certamina: & illa pars urbis euersa est que lateranũ & capitoliũ ĩteriacet: & ipsũ capitoliũ postremo ui captũ fere usq; ad solũ æquatur. Inde uero superata iam & capta Roma: fortunisq; ciuiũ militibus in prædã datis: ad molẽ Hadriani profectus: ubi põtifex obsidebatur: hominẽ multis calamitatibus uexatũ: tandẽ e manibus hostiũ liberat: secũq; Cassinũ ac salernũ perducit. Vbi non ita multo post pontificatus anno. xii mense uno: diebus tribus sancte & pie moritur. Vir certe deo gratus: prudẽs: iustus. clemẽs: pauperũ. pupillorũ: uiduarũ patronus: atq; unicus ecclesiæ romanæ fortissimus & acerrimus defẽsor contra hæreticorũ ĩprobitatẽ & malorũ pricipũ potẽtiã res ecclesias p̃ ui occupare conãtiũ.

VICTOR. III.

VICTOR Tertius: Desiderius ãtea uocatus: Mõtis Cassini abbas: põtifex creatus stati Gregorii pres suscæpit. Hãc ob rẽ crediderĩ cũ quoq; Hẽricũ regẽ hostẽ hũisse: cuius fraude (ut Martinus scribit) ueneno ĩ calicẽ iecto dũ sacrificat necat. Vicẽtius tamẽ lõge aliter sẽtit cũ dysẽteria pisse hoĩem dicat: qđ a suspiciõe dati ueneni nequaq̃ alienũ ẽ: ũde ĩ dysẽteriã ueneno petiti ĩterdũ uertũt: corruptis & labefactatis ĩtestinis. Vĩdicasset aũt tãtã ĩiuriã Guiscardus. ni ei mori p̃pe nimiũ cõtigisset. Supatis. n. græcis ĩ Cassiopã ĩsulã delatus morit: cui absente Boemũdo Rogerius natu minor in

Apuliæ ducatu successit. Ferút & eodé tépore í toto fere orbe terraꝝ fame laboratum
esse:qua quidé occasione Auful Gallatiæ rex Tolletú multis annis obsessú de saracenis
cæpit:eádéq; urbé christianis ícolendá tradidit.Héricus præterea in Germania sinistro
marte cú saxonibus dimicás:quattuor millia militú amisit deo uolente ut tandé desi-
steret ecclesiam suam persequi:& calamitatibus uexare.Sút qui hoc tépore multa pro-
digia apparuisse scribát:ꝙ & aues domesticæ:utpote gallinæ:anseres:columbi:pauones
ad loca mótana cófugerint:siluestresq; sint factæ:& pisces tú fluuiales tú marini magna
ex pre perierint. Terremotu etiá quædam urbes a deo cócusse sút:ut syracusis maior ba
silica corruens:dú uespere celebrarent:oés qui tú í téplo aderant cótriuerit:duobus tá-
tum diuinitus supstitibus:diacono scilicet & subdiacono.Sút qui dicát hoc tépore cor-
pus sancti Nicolai Baꝝ translatú a mercatoribus esse:ibiq; í pretio habitú:ut Martinus
scotus uir magnæ doctrinæ singularisq; uitæ í sua historia conscribit. Victor aút:cuius
gratia Deus dedit librú canonú in ordiné redægit:anno uno:mense quarto pótificatus
sui non sine suspitione dati ueneni moritur.

¶VRBANVS.II.

VRBANVS secúdus otto uel oddo antea uocatus : monachus ebomacensis
primo:deinde cardinalis Hostiésis:postremo quinto mése post morté uicto-
ris pótifex creatur:ac merito quidem.Doctrina ení & sáctitate uitæ quouis
gradi magistratus dignus erat.Tú uero Rogerius opportunitatem nactus : ꝙ mortuo
Gregorio res ad urbanú nouú hominem deuenisset:Capuam urbem & quicquid inde
usque ad thyberim pertinet de Romanis & pontifice ui cæpit. Hanc ob rem urbanus
non etiam Romanis iam pridem rebus nouis studenti bus fidens Melphim se con-
tulit:ibi uero synodum habiturus: quo tutius eo ꝓficisci liceret.Rogerio & Boemun-
do inter se de ducatu Apuliæ contendétibus imperat:ut ab armis discedát : hac tamen
códitione:ut Rogerius permissa Boemúdo Apuliæ parte:ipse reliquá patris ditioné ha-
beret.Tum pontifex ex sententia animi sædatis rebus Italicis:cópositoq; rei ecclesiasti-
cæ statu quátum in tanta perturbatione licuit:Troiá proficiscitur recogniturus : quid
maxime clerus eo loci ageret:correcturusq; errores quorúdam male uiuentium. Inte-
rim uero Boemúdus fratre Rogerio in Sicilia cótra saracenos bellú gerente Melphim
furto occupat.Hác aút ob rem Rogerius e Sicilia rediés uigíti millibus saracenoꝝ bel-
lo coductis:fratrem Boemúdum melphi obsidet acriter ciuitatem qui in præsidio erát
defendétibus.Pótifex itaq; cú in italia nullibi quietis locum cerneret in Gallias profe
cturus:Placentiæ synodum habuit : in qua licentiá quorúdam ecclesiasticoꝝ mirifice
cópescuit.Inde uero in Gallias abiens ré memoratu digná aggressus est. Concilio enim
apud clarúmontem habito:ita princeps Galliæ ad recuperandam Hierosolymá a sara-
cenis iam diu occupatá animauit:ut anno salutis millesimo & octuagesimo quarto tri-
centa millia hominú nomé in militiam christi dederint:signúq; crucis suscæperint:quo
facto Romá statim redut ut cópositis in Italia rebus:italos ad eá quoq; rem animaret .
Non destitit interim henricus rex homo perniciosus Rhobertum Flandriæ comitem
proelio lacessere:quo eum a sancta expeditióe auerteret. Multi tamen Petrú quendam
eremitam uirú incóparabilis sanctitatis secuti p Germaniá & Pannonias iter facientes
Cóstantinopolim cómuné belli sedé puenere:quos nó ita multo post secuti duo fratres
sút:Gothifredus Eustathius & Balduinus cognométo bolioni Galatiæ comites uiri &
animi constantia & corporis robore ísignes. Præterea uero & podiensis episcopus &
Raimundus sancti Egidii comes:& Hugo magnus Philippi regis Francorum frater : &
duo Rhoberti:quorum alter Normandiæ alter Flandriæ comes erat:& Stephanus car
noti comes transmissis alpibus magnis copiis iter per Italiam facientes primo Romam
peruenere. Vnde recognitis prius sanctorum locis:sacellisq; inuisis:accæpta a pontifi-
ce benedictione : Brundusium peruenere.inde in Epirum traiecturi. Verum quia non
omnes idem portus capiebat tanta erat multitudo : pars Barum: pars Idruntum petiit.
Boemundus autem(quem diximus Melphim occupasse)cupiditate gloriæ incensus re-

licta Melphi: cum duodecim millibus delectorum hominum italicæ iuuentutis i eandem expeditionem proficiscitur. Huius autem uirtus & animi præstantia adeo fratrem Rogerium permouit: ot positis armis dixerit sibi omnia cum fratre communia deinceps fore: ac statim Tancredum filium pugnandi cupidum belli comitem fratri tradidit. Peruenerat iam Constantinopolim Petrus eremita: & in suburbus castrametatus tot mala ciuibus inferebat: non sponte sed militum licentia: ut omnium interitum græci peroptarent. Permotus itaque suorum malis Alexius imperator Petrum compulit: negato commeatu ante tempus Bosphorum traiicere: qui Nicomediam primo: mox Niceam peruenientes ciuitatem ipsam natura & præsidio saracenorum munitam oppugnare adorti sunt. Verum cum obsidentibus commeatus deficerent: dilaberenturque passim milites christiani eius rei causa a saracenis insidiis oppressi: ac relinquere obsidionem coacti tantum in fuga detrimentum accæpere: ut & Reinaldus dux Alemanorum abnegata christi fide cum aliquot militibus dedinonem fecerit: & Petrus legationis nomine sine militibus Constantinopolim redierit. Quæ res Alexio grata admodum fuit: q speraret christianos tanto accæpto incommodo eam expeditionem omissuros. Interea uero superuenientibus aliis copiis: cum eos aperto marte re repellere Alexius non posset: clam noctu in suburbus Constantinopolitanis castrametantes aggreditur: sed nil est actum acriter qui in statione erant castra defendentibus: donec reliqui milites somno excitati arma caperent. Pugnatum est item sequenti die paruo utrinque accæpto incommodo. Tum Boemundus exercitus nomine ad Alexium missus hominem partim minis: tum pollicitationibus ad pacem ineundam compulit his fœderibus: ut & iter tutum per loca imperio eius subiæcta facere liceret: & commeatum ac supplementa præberet: utique quod e saracenis caperetur eius imperio subiceretur excæpta hierosolyma. Peractis his rebus ex sententia transmissoq; bosphoro: primo nicomediam: inde Niceam uentum est: a Thorcis qui in præsidio erant acriter defensam. Saraceni enim & thurci paribus copiis auspiciisq; bellum contra christianos tum gerebant. Ad sexaginta enim thurcorum millia qui proximos montes insederant: signa eruptionis oppidanis præbentes christianorum castra adorti: magno accæpto incommodo ad mootes ipsos re infecta rediere. Difficile tamen erat urbem oppugnare: quia comitatus & supplemēta militum submitti per lacum urbi adiacentem continuo poterant. Verum superuenientibus e Constantinopoli lembis non paucis: in lacumq; missis rerum omnium inopia oppidani pressi dies post duos & quinquaginta ab initio obsidionis deditionem fecere thurcis: qui in præsidio erāt cum rebus suis & armis abire permissis. At uero christiani munita Nicea: inde abeuntes cum iter per loca deserta facere necesse esset: bissariam copias diuisere. Cum autem Boemundus herbidum solum ad riuum quendam iouenisset: castris positis reficere militem labore in itineris fessum instituerat: cum subito eum saraceni & thurci Solimanno duce adorti sunt: quem certe oppressissent abundante undique multitudine: ni Hugo & Gothifredus cum quadragintamillibus equitum & confestim re per nuncios cognita opem tulissēt. Pugnatum est utrinque acriter & diu: nec dirimi nisi noctis interuentu certamen potuit. Eo autem proelio quo Medi thurci Syrii Caldæi saraceni arabes iterfuere: ad quadragintamillia hominum cecidisse: sequenti die cognitum est. Solimannus autem effusa fuga inde abiens: ac ubique prædicans se uictotem fuisse: decemmillia arabum ad exercitum uenientium obuiam habuit: quos statim secum in Lycaoniam duxit: christianis eo proficiscentibus commeatus & iter intercæpturus. At christiani segetibus iam maturescentibus adiuti sine ullo incōmodo Iconium primam Lycaoniæ ciuitatem peruenere: qua in potestatem dedentibus ciuibus redacta pari fœlicitate Heracleam Tarsumque cæpere. Tum Balduinus præstantis animi & ingenii uir primus omnium in Asia dominatum adeptus est: Tarso donatus & quicquid in ea regione caperet: qui quidem paulopost Edessa & Manista urbibus potitus est. Flexit inde in Ciciliam maior exercitus: quæ nunc minor Armenia uocatur: quam quidem

primo impetu captam Palinuro Armenio cum nostris militare solito regendam commisere Capta deinde Cæsarea Capadociæ in Antiochiam mouere transmissis altissimis montibus. Antiochiæ uero Cassianus rex tum præerat : quæ urbs antea Reblata appellata est. Hanc autem duplici muro circundatam de suo nomine : rex ille quondam Asiæ dominator appellauit : ductis circunquaque quadringentis & sexaginta turribus. Hæc item quondã Petri apostoli sedes fuit. Hic Lucas euangelista: & ille Teophilus originem duxerunt: ad quem Lucas Euangelium & actus apostolorum scribit. Hic tum primum baptismatis fonte renati christianos se appellauere: in eaque sub christiano imperio mille annis floruere. Centum etiam ac quadraginta episcopos sub patriarcha Antiocheno fuisse constat : ante urbem a barbaris captã: i qua ad tricentas :&.xl.ecclesias fuisse legimus. Anno igitur salutis nostræ millesimo nonagesimo septimo : urbs Antiochia magnis operibus obsideri cœpta est. Quo quidem tempore Vrbanus maximis seditionibus exagitatus: in domo Petri leonis potentissimi ciuis biẽnio se cõtinuit apud ecclesiam sancti Nicolai in carcere Tulliano. Verum mortuo Ioanne pagano seditiosissimo homine: liberior factus ad componendum ecclesiæ statum animum adiiit. Nam & archiepiscopum Mediolanensen iam antea magistratu pulsum: q ab uno tantũ episcopo contra ius diuinum consecratus fuerat in gratiam recæpit: cum antea mutato habitu eius rei causa in Cœnobio sponte ac sanctissime uixisset: & eidem palium suppliciter petenti cum integra potestate transmisit his uerbis Litteris tuis exorati cum apostolicæ sedis beneditione pallium fraternitati tuæ mittimus: quod quidem dignitatis genus nulli ante nisi præsenti concessum est. Præterea uero Tolletano archiepiscopo: q Romam ueniens de more in uerba pontifitis iurauerat: palium & priuilegia quædam concessit: eundemq; totius Hispaniæ primatem instituit. Regem autem Gallatiæ cum omni diocesi sancti Iacobi anathematis uinculo illigauit: quia ꝓuiciæ episcopũ ĩ carcerem inaudita causa coniæcerat. Eodem fere tempore Henricus Suessionensis episcopus Romam ad Vrbanum ueniẽs episcopatu: quem a rege Francoꝝ accæperat: libere se abdicat sine ulla restitutionis spe. Hanc ob rem Vrbanus cũ necessitas prouĩciæ ita exigeret: nolenti & recusanti episcopatum restituit accæpto iureiurando. His tamen uerbis ĩ restitutione hominem usum ferunt. Excommunicatis ab hac sede deinceps sciens & uolens non communicabo. Similiter uero consecrationibus eoꝝ: qui episcopatus uel cœnobia a laicis contra ius fasq; accæperint nunquam interero: & ita me deus adiuuet ; & hæc sancta dei euangelia: ut nunquam de sententia cedere instituerim. Idem quoq; ĩ beluacensem episcopum actum ferunt. Nec est cur eum ob has res pertinacem quispiam fuisse putet. Didicerat enim ubi erat opus mutare sẽtẽtiam: quod est uiri boni proprium. Nam cum clericum quẽdam a Giberto antipapa ad ordinem subdiaconatus antea prouectum iterum ad sacros ordines admisisset , sententiam mutauit: q ea res mali exempli uideretur: pariturаq; aliquando esset ingentia mala. Cistercienſem autem ordinem primo in Burgundia excitatum sua auctoritate confirmauit . Sunt etiam qui scribant Carthusienses religiosos huius pontificis tempore originem habuisse. Alii autem temporibus Victoris tertii hoc scribunt. At uero cum Vrbanus sanctissimus pontifex non opere solum & exemplo: uerum etiam scriptis cõtra hæreticorum dogmata ecclesiam dei confirmasset: duodecimo pontificatus sui anno: mense quarto: die.xviiii. apud sanctum Nicolaum carceris Tulliani in edibus Petri Leonis ciuis egregii moritur quarto Calendas Augusti : cuius corpus per transtyberinam regionem ad uitandas inimicorum insidias qui etiam mortuum Lædere connabantur : ad sanctum Petrum in Vaticano delatum est : ibiq; honorificentissime sepultum.

PASCHALIS.II.

PASCALIS Secundus Rainerius ante pontificatum uocatus natione Italus e Flamminia ; pare Crescentio matre Alfacia : eo fere tempore pon-

tifex creatur: quo christiani in Asia dimicantes Antiochiam cæpere: Pyrrho Antiocheno ciue admodum potente urbis ingressum præbente. Qui Boemundi uirtutem admiratus: dediturum se illis urbem spopondit: si reliqui christiani eidem cum imperio præesse Boemundum paterent. Ingressi urbem christiani omnibus fere pepercere: in præsidia saracenorum tantummodo sæuitum est. Cassianus autem rex ad loca montana confugiens ab Armenus trucidatur. Sola arx supererat: quã dũ Boemundus acerrime oppugnat femur sagitta traicitur: adeo grauiter: ut per aliquot dies ab oppugnatione destiterit. Verum superuenienti Corbane Persarum regis militiæ principi: cum Sensadolo cassiani filio Antiochiam recuperaturis: Boemundus iam ex uulnere integer obuiã cũ exercitu factus statim pugnandi copiam facit. In montibus se hostes continebant: nec elici ad certamen ullo modo poterant. Quare Boemundus penuria rerum omnium urgente decertare omnino instituit etiam iniquo loco: prælata itaque lancea illa tanquam uexillo optimo: qua christi latus transfixus a Longino fuit: nuper in Basilica sancti Andreæ Antiochiæ reperta: hostes primo acriter resistentes superat & cedit: quorum de numero ad centum millia perisse constat. Præterea uero in eorum castris ad quindecim millia camelorum capta traduntur: indeque tanta præda auecta: ut ab extrema inopia ad summam rerum omnium ubertatem uentum sit. Præfectus autem arcis cognita suorum calamitate & arcem Boemundo tradidit: & christi fidem suscæpit: permissum & his qui in præsidio erant: ut si christi fidẽ amplecterẽtur eis abire cum rebus suis liceret: quoquo uellent. Magna deinde inter Boemundum & Raimundum concertatio orta est: cum Boemundus sibi Antiochiam deposceret: & Raimundus instaret: ut imperatori Constantinopolitano ex fœdere prius inito sine ulla controuersia traderetur. Sacerdotes autem quibus eius rei arbitrium commissum est: Boemundo Antiochiam statim adiudicãt. Interea uero mortuo Hugone magno: qui cõponendarum rerum causa Constantinopolim ierat. Reliqui duces: Raimũdo excæpto qui cæsariam Cappadociæ obsidebat: proficisci Hierosolymam cum exercitu instituere: in Lyciam simul conuenientes. In itinere autem Tortosam oppugnate adorti tribus mensibus frustra consumptis soluta obsidione Tripolim mouere: cuius regulus pecunia commeatu armis benigne præbitis pacem hac lege impetrauit: ut si Hierosolymæ caperentur christianum nomen amplecteretur & fidem. Inde uero mouentes ac Cæsariam palestinæ prætereuntes quinis castris Hierosolymam tandẽ peruenere: in arduo mõte sitã: ac pluribus conuallibus distinctam: adeo ut non nisi a maximis exercitibus obsideri urbs posset. Adde ꝙ aquis fõtanis & fluuialibus caret: quæ exercitibus permaxime necessariæ sunt. Solus enim Siloe amnis: & is quidem æstate pertenuis: ac interdum nullus per montem Sion in conualle Iosaphat delabitur. Sunt tamen permultæ in urbe & in agris cisternæ: quæ solis ciuibus aquam: præstent non etiam magnis exercitibus & iumentis militaribus. Christiani tamen comparato omnifariam commeatu quattuor locis oppugnare urbẽ magnis uiribus adorti eam hierosolymitanis acriter defendentibus idibus Iulii ui cæpere trigesimonono die posteaquam obsideri cæpta est: anno salutis millesimo nonagesimo nono. Anno quadringentesimo nonagesimoque posteaquam imperante Heracleo a saracenis occupata fuerat. Præcipua tamen in recuperanda tanta urbe laus Gothifredi fuit: qui partem muri ei ac fratribus ad oppugnandum assignatum primus cõscendit: Balduinoque potestatem fecit: ut in urbem descendens christianis portas recluderet: quibus certe irrumpentibus tanta cædes facta est: cum in urbe tum uel maxime in templo: ut morientium cruor talos hominum supergrederetur. Cæpissent eadem quoque die templum: nisi nox superuenisset. Verum sequenti die repetita oppugnatio est: & his uenia cõcessa: qui positis armis suppliciter salutem petiere. Christiani autem tanta uictoria potiti: ubi & diebus octo a bellicis rebus quieuissent: & san

cta urbis loca ac domini sepulchrum de morte uisum iuissent : uno omnium consen-
su Gothifredum humeris etiam in regiam delatum regem decernunt. Qui regni qui
dem titulum non abnuit : coronam uero auream reiecit : indignum arbitratus illic au
reo diademate hominem uti:ubi rex regum Christus spineam coronam pro redempti-
one humani generis tulisset. Præterea uero Arnulphus presbyter patriarcha creatus
ab episcopis : qui tum aderant consecratur. Perterriti autem hac uictoria Neapoli-
tanæ urbis Asyriæ ciues legatos ad Gothifredum misere:qui se ac sua omnia illi dede-
rent. Verum cum non ita multum post nunciatum fuisset : Solimanni Babylonis re-
gis ingentem exercitum Scalonem peruenisse : urbem uiginti millibus passuum a Hie
rosolymis distantem Hierosolymitanoque populo semper infensam : occurrere hosti
Gothifredus statuit : Petro heremita ad custodiendã urbem relicto : reuocatoque Eu-
stathio & Tancredo : quos Neapolim cum duabus legionibus miserat. In hostem ita-
que profectus cum ex captiuis comperisset Clementem esse regis Babyloniorum So-
limanni militiæ principem : quo cum quinquaginta millia hominum militarent:eun-
demque habere classem frumento & machinis onustam : decertare omnino instituit.
Vnde pugna commissa uictoriæ compos ad.xxx.millia hominum interfecisse tradi-
tur. Clemens autem hostium dux naui fugiens salutem sibi quæsiuit.Ascalonitæ ue-
ro tanto accepto incommodo urbem statim Gothifredo tradidere:in qua tantum au-
ri & argenti deprehensum est : quantum alio unquam in loco. Recuperatis itaque
Hierosolymis multi principes uoti compotes facti redire in Europam ad suos institue-
re. Inter quos sancti Egidii Trandensique comites sunt habiti. Gothifredus autem
cum fratribus mira fœlicitate uictoriæ usus & Ioppem Maritimam & Ramulam ur-
bem expugnauit : quæ ĩpedimentũ christianis erat : quominus tuto ab Ascalone Hie-
rosolymam proficiscerentur. Obsedit & Caipham : quæ alio nomine Prophoia dici-
tur ad Carmeli radices sitam : & quattuor millibus passuum ab Accon semotam. Vege
durãte adhuc obsidione Tyberias Galileæ ultro sese obtulit : Caipha nõ ita multopost
ex foedere recæpta. Sed nihil in humanis rebus quod ad fœlicitatem pertineat diutur
num est. Anno enim uno post captam tot laboribus Hierosolymam Gothifredus fe
bri correptus moritur : cui statim christiani ne ob inter regnum aliquid detrimenti ca
perent : Balduinum fratrem in regnum sufficiunt Anno salutis nostræ centesimo-
primo : ac millesimo. Ad Paschalem autem redeo : quem quidem Gregorius septi-
mus ob uirtutem & doctrinam sancti Clementis præsbyterum creauit:in quo quidem
loco clerus ipse post Vrbani mortem : eundem paschalem uita priuata contentũ:quip-
pe qui antea monachus fuerat etiam nolentem & latitantem pontificem creat : q̃ di-
cerat humeros suos nequaquam tanto oneri suffecturos : sed expectente populo : eli-
gente clero : collaudante cardinalium senatu pontificum munus suscæpit : maxime ue
ro cum ter acclamatum esset. Sanctus Petrus Rainerium uirum optimum pontifi-
cem elegit:cui postea primi scrinii & Scribæ regionarii Paschalis nomen indidere. In-
dutus deinde coccineam clamidem tiaraque capiti eius imposita: comitante populo &
clero ; equo albo ad Lateranum perducitur : maxime uero ad eam porticum quæ ad
austrum uersa in basilicam Saluatoris ducit : quam Constãtinopolitanã uocant : ubi
cum in sede ad eam rem de more parata aliquandiu quieuisset:atrium lateranense con-
scendens Balteo succingitur : unde septem claues septemque sigilla pendebant : ut
intelligeret se secundum septifariam sancti spiritus gratiam sanctarum ecclesiarum:
quibus deo auctore præerat : claudendi: sigillandi : aperiendi recludendique ratio-
nẽ habere. Inuisit sceptrũ p̃otificiũ manibus gerẽs: ea quoq; loca quæ solis p̃otificibus
sũt adiudicata. Sequẽtibus uero diebus cõsecrationẽ accæpturus ad Basilicã beati petri
p̃ficiscit̃: ĩ qua chrismate iunxere oddo Hostiẽsis epũs: Mauritius portuẽsis: Gualterus
Albanus Bono Lauicanus: Milo Prænestinus: Offo Nepesinus. Oddoni Hostiẽse primæ

partis quas adhuc retinet obtigere. Post unctionem uero in urbem rediens coronam de more accæpit. Hoc ita futurum Albertus Alatrinus episcopus aliquando diuinauit. Nam cum ab amico interrogaretur: quem urbano successurum putaret. Rainereum inquit: propter fidem & constantiam deus eliget. Ferunt & eundem Albertum tempus ipsum quo in pontificatu uicturus erat prædixisse. At uero paschalis ecclesiæ dei prope labenti quorundam seditionibus consulturus: copias suas in Gibertum antipapam mittit malorum omnium caput. Vt autem tanto bello sufficere pontifex posset: Rogerius Siciliæ comes ei turmas aliquot & mille auri uncias auxilio misit. Albæ marsorum Gibertus homo perniciosus tum degebat: qui ubi intellexit hostes aduentare haud satis copiis suis fidens a Ricardo campano comite acceptis: relicta Alba in Furconensium montana: quæ nuuc Aquilanorum mutato nomine habentur se se proripuit. Vbi non ita multo post subita morte correptus sui scæleris poenas luit. A malis tamen ecclesia dei non statim tam pernicioso homine sublato quieuit. Ricardus enim quem diximus Giberto copiis & opibus fauisse ī locum demortui Albertum quendam sufficit Attellanum ciuem: quæ urbs auersa nunc dicitur inter Neapolim & Capuam posita: qui statim a bene sentientibus abdicare se magistratu coactus relegatur. Cauerses autem agri. Prænestini incolæ Ricardi stulticiā & arrogantiam imitati: Theodoricum quendam pōtificem creauere: uerum ii quoque poenitentia ducti quinto & centesimo die e pontificatu deiæctum Anachoritæ habitum induere cogunt: & uitam ducere priuatam. Tertius præterea Maginulphus Romanus ciuis apud Rauennam pontificatus titulum usurpare ausus est: quem quidem & Romani exilio: mulctarunt: & Rauennates omni humana ope destitutum ab urbe sua pepulere. Pacata autem hoc modo Romana ecclesia Paschalis uir magni ingenii atque animi a regione ad arma conuersus: adiuuante Rogerio urbem castellanam & Beneuētum ab hostibus occupatum recipit. Interim uero Petrus columna Romanus ciuis impellente Ricardo Campano comite: cuius maxime intererat copias pontificis distrahere cauas: occupat pontificiæ ditionis oppidum. Hanc ob rem pontifex in eum mouens non solum cauas recipit: uerum etiam zagarolum & Colum: nam paternæ hæreditatis castella ei abstulit: ex columna hanc familiam cognomentum duxisse certe putauerim. Erat & alia familia. Romæ admodum potens Corsi ii sunt appellati: Gregorio septimo adeo fideles: ut eorum domus sub Capitolio positæ ab Henrico tertio sint exustæ & solo æquatæ. Verum postea mutato cōsilio Stephanus eiusdem familiæ princeps absente Paschali sancti pauli basilicam & castellum eo loci ædificatum furto occupat: unde incursionibus mirumimmodum urbem Romam continuo uexabat. Hanc ob rem omissis rebus externis pontifex ad urbem propere rediens Stephanum inde ui deiicit; quem ideo incolumem abiisse credimus: q̄ monachi habitum indutus irrumpentes decæpit. Apparuisse tum multa prodigia auctores plæriq; scribūt: q̄ & mare quibusdā ī locis littus præter solitū uiginti passibus occupauerit: in quibusdam uero a littore in altum centum excesserit. Hoc ego quoque superiore anno apud Puteolos uidi: exesis quibusdam columnis marmoreis usque ad tris cubitos quas mare (ut incolæ dicebant) triennio ante abluere consueuerat. Apparuisse & cometem miræ magnitudinis tam affirmat: q in occasu cadente sole statim apparebat. Nō mouebatur his prodigiis Paschalis quippe qui fieri hæc natura cernebat. Verum cum intellexisset Florentinum episcopum affirmare solitum Antichristum natum esse: eo statim proficiscitur: conciliooque habito re ipsa admodum discussa cum leuitate: quadam ut alicuius magnæ rei auctor uideretur motum episcopum cerneret hominem uerbis castigatum dimittit: atque inde in Cisalpinam proficiscitur. Vbi ad Guardastallum conuentu multorum principum & episcoporum habito: de homagiis de pheudis de sacramentis episcoporum laicis antea exhibitis exhibendisue magna est habita ratio. At uero cum intelligeret Gallos sacerdotes: nō ita integre (ut dicebat) uitā

ducere eo profectus : apud Trecas cōuentu habito : redactis ad laudabiliorem cul-
tum ecclesiis : earumque præsidibus partim pulsis : partim castigatione emendatis in
Italiam propere redut:q̄ intellexerat omnia seditiosorum quorundam factionibus per
turbari. Stephanus enim corsus montem altum & ponticlum de ea parte Hetruriæ :
quam nunc principis apostolorum patrimonium uocant cæperat: præsidiisque muni-
uerat:unde frequenti incursione omnia circunquaque uexabat:quem pontifex insecu-
tus ex altero castello deiæcit:alterum ui capere non potuit:natura loci obstante & hye
me quæ iam appetebat.Iturus itaq̄ in Apuliam componendarum rerum Italicarū gra-
tia Lauicano episcopo ecclesiam:Petro Leonis & Leoni Fregepam urbē urbanaq̄ oīa :
Ptolemæo.Sublacensi domino quæ circa urbem sunt q̄ diligentissime commendauit:
relicto Gualfredo nepote militiæ principe:qui unam cum his ditionem ecclesiasticam
tueretur.Verum absente pontifice:quem ferunt Ptolomæum tanti mali auctorem di-
cere solitum:nunquā amplius ad urbem rediturum:ab ecclesia dei ii omnes defecere :
Petrus columna quem pontifex in gratiam recæperat:Pharfensis abbas cum Anagnis
Prænestinis Tyburtinis Tusculanis Sabinis . Ausus & idem Ptolemæus comparato ex-
ercitu Albam latinam oppugnate:ciuibus ipsis acriter urbem defendentibus. Verum
superueniente pontifice cum principe Caietano:cūq̄ Ricardo Aquilano egregiis copi-
arum ducibus pulsis tyrannis ecclesiam dei occupare conantibus:& Albam obsidione
liberat & reliqua oppida quæ iam defecerant in deditionem recipit. Tybur obstinate
resistens expugnat non sine magno utriusq̄ partis incōmodo montem:altum deiæcto
inde Stephano recipiēs:totū patrimoniū breui pacatum reddidit.Pace deinde compo-
sita ad bellum Asiaticum animum adiicit:princeps christianos litteris & nunciis ad eā
rem q̄ diligentissime animat:q̄ intellexerat Gothifredo hierosolymis mortuo:Sarace-
nos recuperandæ hierosolymæ causa magnos exercitus eo duxisse:superatisq̄ christia-
nis ingenti clade: & comitem Burgundiæ in ipso prœlio cecidisse:ipsum uero Baldui-
num regem Gothifredi fratrem ægre ex tanta clade se se proripuisse: nec paulū abesse
quin urbs caperetur.Veruntamen barbari tanta uictoria potiti obsidere hierosolymas
nequaq̄ sunt ausi.Tancredus autem egregie defensa Antiochia Laodiceam urbem im
perio Constantinopolitano subiæctam ui cæpit:q̄ intellexerat Alexium imperatorem
christianorum clade delectatum:militibus quoq̄ nostris impedimento fuisse : quomi-
nus supplementi causa ex Europa in Asiam traiicerent . Fœlicitate & audacia Tancre-
di Balduinus rex precitus comparato propere exercitu in Accon ducere statuit:uocatis
in auxiliū Genuēsibus & Venetis : qui eo propere cum octuaginta rostratis nauibus ac
triremibus plerisq̄ profecti sunt:quare & urbs terra mariq̄ acriter oppugnata uigesima
die tandem capitur : & saraceni qui eo uenerant tuendæ urbis causa fusi fugatique sūt.
Tancredus autem tantæ fuit pietatis in patruum Boemundum ab hostibus triennio
in uinculis detentum:ut ei magna ui auri redempto Antiochiæ principatum restitue-
rit. Postea uero idem Boemundus Antiochiam ipsam Tancredo cōmittens:in Ita-
liam primo:mox in Galliam profectus:Constantiam Philippi regis Frācorum filiam
in uxorem accæpit. Cognito deinde Alexii imperatoris Constantinopolitani conatu:
qui maritimas Antiochiæ urbes infestabat ; in Italiam rediens parata classe in Dalma-
tiam nauigat : Dyrachiumque obsidet:ut ea ratione Alexium a bello Asiatico reuocet :
quod etiam breui factum est. Pacem uero petenti Boemundus hac lege dedit:ut bello
antiocheno omisso militibus Francis nullo maleficio per sua loca trāseuntibus iter in
Asiam tuto facere liceret.Composita autem pace cum ea classe quam in Alexium para-
uerat in Asiam Boemundus contendens : adeo christianorum animos recreauit : ut
Balduinus rex Beritum urbem maritimam rex Phoeniciæ inter sydonem & Biblum
positā:ac Tyro Metropoli obtēperātem obsessā duobus mensibus ui tandē cæperit:nō
sine magno suorum incommodo. Hanc ob rem & passim in omnes sæuitum est : &
urbs ipsa tanquam colonia christianis omnibus concessa est. Eodem quoque tempo-
re capta & sydon est. In tanta uero christianorum fœlicitate Boemundus clarissimus

princeps morte sublatus luctu omnia cōpleuit: qui Boemundum filium paruulum admodum ex Constātia uxore suscæptum principatus Antiocheni successorem reliquēs: Tancredo nepoti donec adolesceret cōmandauit. Interea uero Henricus quartus mortuo patre quem apud Leodium bello superauerat: compositis in Germania rebus: ī Italiam ueniens apud Sutrium substitit. q senserat eius aduentum Paschalis parum admodum gratum esse: quippe qui & ecclesias multas in bellis euerterat & episcopatus cōtra ius fasq ꝑ libidine animi: cui placuisset demādauerat. Verū missis ultro citroq legatis: cum imperator iureiurando interposito polliceretur se: & pacato agmine urbem ingressurum: & coacturum suos episcopos ut se a possessione episcopatum abdicarent: quos largitione accæperant: & potentia portæ repente apertæ sunt. Nam Sutrio mouēs Henricus ad montem guadii: uel (ut alii uolunt) ad montem malum: sunt etiam qui montē aureum hunc appellent: castra posuerat. Vnde postea annuente populo prodeūteq obuiam honorato quoq urbem Leoninam primo ingreditur: praecedentibus sacerdotibus cum infulis & reliquiis sanctorum a molle Hadriani. Nam per eam portam urbem Leoninā ingressus est usq ad Basilicā sancti Petri: cuius in gradibus pedes pontificis eo usq cum cardinalibus prodeuntibus exosculatus est. Positis deinde militibus suis in stationibus una cum pontifice: ad dextram tamen templum ingreditur: in quo post orationem ad altare factam a pontifice petit: ut illos confirmet: quibus ipse episcopatus dederat: licet iusiurandum antea interposuisset se nunq̄ id a pontifice petituꝝ. Paschalem uero id facere recusantem intromissis militibus dato signo una cum cardinalibus statim capit: eūq cum magna parte cleri spoliati prius in castra perducit. Permotus tam īsigni iniuria populus Romanus sūptis armis Teutonicos ex urbe Leonina pellit: portasq omnes claudit. Tum uero imperator ad Soractis montem perueniens: quem nūc sancti Syluestri uocant: in loco excelso & munitissimo pontificem & cardinales collocat: dispositis circūquaq custodibus & praesidiis: ne inde aufugere uel retrahi ab aliquo possent: quo facto statim reliquas copias urbem oppugnaturus mouens Anienem peruenit. Vnde occupato prius ponte mammeo a Mammea matre Alexandri imperatoris nomen ducente ac tanti operis auctore: īcensis circunquaq uillis: incursiones continuo in Romanos faciebat. Quare pōtifex īcōmodis ciuium & precibus motus ad pontem Salarum perductus accitis ex urbe notariis: qui pacta conscriberent: eos omnes (licet īuitus) in episcopatu cōfirmauit: quos antea Henricus delegerat. Hoc itaq modo compositis rebus: dimissis captiuis omnibus imperator a pōtifice coronatur in basilica sācti Petri clausis prius urbis portis: ne populus erumperet: firmataq stationibus ipsa ab Henrico basilica. Vnde non ita multo post uoti compos factus in Germaniam redit. Pontifex uero pacata aliquantulum Italia. Pisanos nauali gloria admodum potentes adhortatur: ut ex insulis Balearibus: quas iam antea occupauerant ī saracenos moueant: mare nostrum & littora christianoꝝ infestantes: quare pisani cupiditate gloriæ capti comparata ingenti classe: impositaq maiore iuuentutis suæ parte in hostem proficiscuntur. Verum dum apud uada Volaterrana uentum expectant: Lucenses eorū urbem defensoribus uacuam inuadunt: quam quidem Florentini Pisanorum precibus moti, repulsis lucensibus acerrime tutati sunt. Ob quam rem Pisani de saracenis uictores domum redeuntes: Florentinos duabus porphyreticis colūnis donant: quæ adhuc ad portā sacelli beati Ioānis baptistæ uisunt. Interim uero paschalis cōcilio apud lateranum habito: omnia quæ Henrico promiserat: reuocatq coactus non libens in eius sententiam armis: non rationibus munitam descendisset instantibus cardinalibus: qui in uinculis erant: populoq Romano qui ab Henrico bello uexabatur ut quauis conditione pacem componeret. Satius itaq uisum est retractare maleacta uiolanter presertim: q̄ pati exemplo pernicioso: ut id quoq reliquis principibus licere uideatur: quod Henricus ab inuito pontifice extorserat. Hoc autem tempore Mathildis comitissa admodū senio confecta moriens Romanæ ecclesiæ ex testamenta reliquit: quicqd a Pissia amne & sancto Quirico agri senensis usq ad Ceperanum inter apeninum & mare pertinet: addita Ferraria quæ adhuc Romanæ ecclesiæ uectigalis est. Sunt qui scribant quorum

de nűero Vincentius ē auctor egregius: hác mulierem Florētiæ mortuā esse eo incēdio: quo & magna pars urbis consumpta est. & ad duo millia hominum cōbusta traduntur: eiusq; corpus postea in Cisalpinā translatū esse: & in monasterio sancti Benedicti qđ ab urbe Mantua .xii. millibus passuum distat sepultū. Crediderim ego mulierē ipsum Mātuæ diem extremum obiisse: suoq; iussu ad sanctum Benedictum sua impensa ædificatū translatam & sepultā: procurāte eam rem Anselmo uiro sanctissimo ac tanti monasterii auctore: quippe qui operam dederat Mathildis impensa: ut Cœnobium tam amplū tanquam magnificum ædificaret. Eodem quoq; in loco sepultum fuisse eundē Anselmum episcopū lucensem comperi: ac Mantuam deinceps translatum ī ecclesiā cathedralē: ob eam rem credo ne a uicinis furto subriperet cum miraculis cōtinuo clarior fieret. Affirmāt lucenses corpus Mathildis apud se esse: quod (ne credam) facit Guidonis Gonzagæ auctoritas: qui dum monasterium sancti Benedicti restitueret: inuentum corpus honestiore loco ut par erat; collocauit. Aliū quoq; Anselmum fuisse his temporibus quidam auctores scribunt uirum doctissimum: & apud Anglos tanti precii habitum: ut breui ex monacho abbas: deinde cantuariensis archiepiscopus sit factus: qui etiam libros de meditationibus: cur deus homo: de libro arbitrio: de similitudinibus: de cruce: de beato Ioāne Baptista cōscripsit. Fœlicia certe hæc tempora fuere: quæ & Sigibertum monachum celbatensem uirum spectatæ doctrinæ: & Bernardū ex castilione Burgundiæ nobili genere ortū protulere. Is .xxii. annum attingēs sub abbate Stephano: qui tertius fuerat inchoato cisterciensi monasterio: una cum triginta sociis monachi habitū suscipiēs: tanti precii ob doctrinā & sanctitatem est habitus: ut breui abbas clarauallensis monasterii: tum primum Roberti uiri illustris īpēsa ædificati creatus sit: cui certe loco cū maxima gloria ad annos sex & trigīta præfuit. Moriens deīde Bernardus præter sanctitatem: multa quoque scriptis ingenii sui monumenta reliquit: maxime uero cōmentarios in cantica canticorum: considerationes diuinæ cōtēplationis ad Eugeniū pontificem: unde pontificii muneris ratio duceret: scripsit & uarias epistolas: unam potissimā ad romanos: qua eos uehementer carpit: scripsit & Apologeticū & sermones in solemnibus habitos. Ad paschalem redeo qui in cōcilio apud Guardastallum habito decreuit: ne urbes Aemyliæ Placentia Parma Rhegum Mutina Bononia Rauennati ecclesiæ antea metropoli subiectæ amplius essent: ꝙ sæpius ob superbiam ī Romanam sedem præsules Rauennates cornua erexerant. Pontificem uero ad urbem redeuntem rogarunt ciues quidam. ut in locum Petri præfecti urbis demortui filium subrogaret: quod cum facere pōtifex negaret propter ætatem pueri: qui uix decimum attigerat annum tanta repente seditio exorta est: ut ei abire ex ciuitate necesse fuerit: ne magna aliqua cædes inter ciues committeretur: cum multi inessent: qui nequaquam tantum magistratum puero committendum dicerent. Neque ita quoque seditionis semina abstulit. Nam cum Albæ esset; intellexissetque Petrum Leonis ecclesiæ fauorem in ædibus suis ab aduersa factione oppugnari; eo propere Ptolemæum mittit ab Aricia arcitum cum satis ualida manu: qui pulsos in transtyberinam regionem aduersarios partim interfecit: partim capit: ac per municipia custodiendos diuidit. Sed magna repente in Ptolemæo inconstantia apparuit. Nam quos ipse pauloante ceperat: eosdem postea suo quoque nutu ad municipia proficiscentes: dum iter per algidum faciunt ex insidiis obortus capit & lariciam secum ducit: inter quos & demortui præfecti filius erat. Non contentus autem tanti admissi facinoris Ptolemæus Sarminetum Nymphæum Tyberiam oramque maritimam occupat. Interim uero Henricus e Germania in Italiam cum exercitu descendens magno terrori omnibus fuit. Verum cum is Romam uenisset absente pontifice: qui tum in Apulia concilium habebat: eumque se priuatum dignitate imperii putaret: una cum potestate dandorum episcopatuum a Barcharensi archiepiscopo patria exule iterum coronatus ante Beati Gregorii corpus: in patriam abiit. Paschalis autem absoluto conuentu ex apulia Romam cum copiis Normannorum rediens: & multa oppida ab hostibus occupata recepit: & Præneste Caloioannis imperatoris Constantinopolitani:

qui patri Alexio successerat oratores libenter audiuit:eisdéq; in mandatis dedit: ut Ca-
loioánem suo nomine cõtra saracenos animarét. At uero Farfensis abbas & Ptolemæ-
us qui nullum sibi uenie locum apud pontificem ob sua maleficia reliquerant:latebris
delitescentes tandem per amicos in paschalis uiri mitissimi gratiá redeunt. Pacatis hoc
modo rebus dedicataq; præneste Agapiti basilica Romá effusa obuiam urbana multi-
tudine honoris causa tandem rediit:qua quidem ex frequentia in ualitudiné incidens
se paulopost moriturum cognouit:quare accæptis ecclesiæ sacramentis : cohortatusq;
clerum ad pacem & concordiam:pontificatus sui anno.xviii.mense.vi.die.vii.moritur
quintodecimo calendas Februarii:sepeliturq; honorificentissima pompa í basilica Cõ-
stantiniana. Suo aũt pontificatu facta potestate sacrorũ ordinũ pres byteros quinquagi-
ta:diaconos.xxx.episcopos centum creauit. Romæ præterea ecclesias.xv. consecrauit:
maxime uero basilicam sancti Hadriani in tribus foris ꝓfanatá quorũdá factiosorum
scelere:ecclesiam sanctæ mariæ Monticelli in regione Arcolæ:postremo uero restituit
& consecrauit basilicam sanctorũ coronatorũ:eo tempore dirruptá:quo Robertus Gi-
uschardi Salernitanus princeps eam partem urbis incendit:quæ a Laterano ad capito-
lium uergit:ut in uita Gregorii septimi diximus.

GELEASIVS.II.

GELEASIVS Secũdus Ioánes antea uocatus:patria Caietanus:patre Crescen-
tio nobili genere natus:ingenueq; a teneris annis educatus & doctus:í mõ-
te Cassino religionis fundaméta ꝑdidicit sub Odrisio abbate uiro sanctissi-
mo. Hanc ob rem ab Vrbano secundo Romam accitus cognita hominis uirtute & fi-
de semꝑ í precio est habitus. Verum in primis eius fides perfecta eo tépore est:quo ur-
banus põtifex a Germanis:& Giberti antipapæ factioné sequentibus í insula lycaoniæ
Romæ inter duos pontes obsessus est. Solus enim una cũ Petro Leone uiro illustri ho-
minem sanctissimũ nunq̃ deseruit. Hanc ob rem postea cũ Vrbanus meliore fortuna
uteretur:tanti beneficii memor Gelasium primo quidem secretis suis admouet ob fidé
& doctriná:eiq; negocium dedit ob elegantiam cõpositionis suæ:ut Romanæ curiæ sti-
lum negligentia & ignorantia maiorũ labefactatum in meliorem formá & ornatum re
digeret. Postea uero cognita hominis amplitudine eundem referre in cœtũ cardinaliũ
instituerat:eaq; de re sæpius in senatu locutus fuerat:assentientibus omnibus . Verum
mortuo nõ ita multopost Vrbano Paschalis meritorũ tãti uiri nõ ímemor statim eũ dia
conũ cardinalem decernit. Mortuo deinde Paschali cũ de creando nouo põtifice ratio
haberetur:ob eãq; rem cardinales oẽs in monasterio ad palladiũ Paulũ ĩfra ædes Leo-
nis & Cincii Fregepanes congregati essent uno omniũ cõsensu Ioannes Caietanus Ge-
lasius pontifex creatur. Verũ Citius Fregepanis ira ob hanc electionem ꝑcitus:q̃ unũ
ex suis cardinalibus collegio proposuerat qué pontificem eligerent:in monasteriũ pal-
ladii cũ armatis satellitibus irrumpens refractis foribus obuiũ quéq; percutit : põtificé
obtorto collo in terram deiæctũ calcibus contentit:in uinculaq; coniicit. Cardinales au
tem fugam parantes ex mulis & equis deiicit:nullũq; genus contumeliæ prætermittit:
quo affici tantus senatus posset. Non tulit autem tãtam iniuriam populus Roma-
nus. Ad ædes Cincii Fregepanis armatus concurrit:eiq; ac familiæ interitũ minatur:ni-
si propere Gelasium incolumen reddat. Faciunt mandara Fregepanes:maxíe uero Leo
qui pontificis pedes uidentibus omnibus sæpius exosculatus ueniam supplicitur pete-
bat. Equum itaq; Album conscendens põtifex uia sacra in Lateranum ducitur comitã
te clero populoq; romano:ibique de more coronatur. Interea uero Balduinus qué sta-
tim litteris & nunciis pontifex adhortatus est: ut barbarorum impetum tandiu susti-
neret : quoad in Asiam noua supplementa mitterentur . Castellum in Syria Sobal uo
citatũ occupat & munit:ut christianis contra barbaros continue dimicantibus recæ-
ptaculum esset. At uero Boemundo adolescente mortuo : Tancredus tutor Anti-
ochiæ princeps ab omnibus christianis declaratur: quem quidem confirmato prius
principatu Balduinus Hierosolymitanus rex ad se cum militibus suis uocat:dimicatu-
rus cum hostibus thurcis saracenis Arabibus:qui cum magno exercitu prouinciam

Hierosolymitanã ingressi erant. Eo itaq; ueniens Tancredus cognita christianorũ paucitate: frustra Balduino dissuasit ne collatis signis cum hoste decerneret: neue rem christianam in summũ discrimen adduceret. Nam cum hostibus ipsis pugnandi copiam fecisset ingenti clade superatus: ægre cum paucis Hierosolymã se recæpit. Diuersis præterea tramitibus Tãcredus Antiochiã ꝑueniẽs fuga salutẽ sibi quæsiuit. Elati aũt tãta uictoria hostes montẽ Tabor conscendentes monasterium eo loci positum diruunt: monachis ad unũ omnibus interfectis. Nec interim quietus ab externo hoste Gelasius fuit: qui Henrici imperatoris furorẽ Italiam uastantis: ianuaq; urbẽ hostili animo ĩgressuri deuitans ad ædes Vulcamini potentissimi ciuis primo cõfugit: uerũ cum ibi quoque nequaq̃ tutus uideretur una cum suis triremes conscendens: duæ enim iam ad id instructæ parataeq; erãt. Hostiam Tiberi delabitur: insequẽtibus Germanis mihobus: & pontificem telis ac sagittis petentibus. Cum hostiam uero peruenisset: neq; ingredi mare propter instantes procellas liceret: terræstri itinere Ardeam ꝓficiscitur: Hugone xii. apostolorũ cardinali uiro amplissimo semper eum comitante. Cadentibus aũt fluctibus Hostiam reuersus Tarracinam primo mox Caietam adnauigat: ubi ꝑbenigne a ciuibus suis suscipitur. Cõuenere eo statim & Gulielmus Apuliæ dux. & Robertus Cãpanus princeps ac Ricardus aquilanus: pollicẽtes se in eius potestate semper futuros: ut ueros decet ecclesiæ dei uectigales. Cum igitur parari exercitũ contra se Henricus intellexisset: Mauritium Bracharensem archiepiscopũ antipapam creat: quẽ potissimũ Gelasio obiiceret: eũq; Fregepanũ familiæ cõmendauit: Gregorius is appellatus est. Non contentus aũt tam ꝑnicioso exemplo Henricus in Anagnium agrum copias suas mouens omnia hostilẽ in modũ diripit & capit Turriculum quoq; munitissimũ locum iã oppugnabat: cum subito nunciatum est Gelasium cũ proceribus Apuliæ magnoq; cũ exercitu aduentare: quare motis castris Italia cedẽs cuncta cædibus & rapinis cõpleuit: Gelasius autem remissis in Apuliam proceribus Romã uenit: arbitratus ob discessum Hẽrici omnia deinceps pacata fore. Verum longe secus q̃ putarat accidit. Nã cũ intellexisset antipapam Frigepanũ auxilio fretum Romæ mansisse: potentiam istius familiæ ueritus apud amicos quosdam prius delituit. At uero cũ postea in ecclesia sanctæ Praxedis misteria celebraret instantibus hostibus cum factione sua uix se se eorum manibus fuga subtraxit. Corsis Normannis familiis ægregiis ac Cresentio nepote acerrime defẽdentibus. Sequenti uero die a suis armis & clientelis bene munitis in urbem uocatus ad sanctum Paulum confugerat: habito cardinalium conuentu discedere ab urbe ĩstituit. ne crescente in dies magis magisq; seditione magna aliqua clades orriretur. Relicto itaq; Petro Portuensi episcopo: qui uices eius quantum ad rem sacram pertinebat Romæ gereret: cõmendataq; Beneuentanæ ciuitatis cura Hugoni cardinali. xii. apostolorũ: Pisas primo adnauigat: cũ terræstre iter nequaq̃ sibi ac cardinalibus quos comites sociosq; habebat tutum uideretur. Exceptus itaque perbenigne a Pisanis cum rationem discessus sui ab urbe audientibus omnibus reddidisset: inde soluens in Galliam ad portũ sancti Egidii peruenit: ubi cum ab abbate Cluniacensi uiro optimo: tũ a monachis: & oĩbus fidelibus qui eo eius rei gratia undique conuenerat: magnifice ac splendide suscipitur. Deinde uero per continentem honesto comitatu magis q̃ splendido ut nunc fit incedens. Intereundum basilicam sanctæ Ceciliæ in stagello ecclesiam sancti Syluestri in Tillano ecclesiam sancti Stephani in Tornaco dedicat: lapidibusq; ecclesiarũ terminos notat. Tandem uero ad Cluniacense monasterium perueniens pleuresi correptus pontificatus sui anno primo die quinto moritur uir sanctissimus & omni laude dignus: si uitam continentissimam: si mores: si doctrinam ĩspicis: quibus ex rebus fit ut facillime credam eum qui ita constanter & sancte in tantis procellis humanarũ perturbationum uixerit: nunc beatam & sempiternam uitam in coelo ducere. Sepelitur aũt eius corpus intra limina Cluniacẽsis Coenobii. Sũt qui scribãt huius põtificatu incohatã esse tẽplariorũ militũ originẽ: qui nõ longe a sepulchro domini habitantes peregrinos suscipiebãt: eosq; ꝑ loca sacra armati ducebãt ac reducebãt: quo eis sine ullo maleficio inuisere loca sancta liceret. Hos uita fide gratia mirũmmodũ Crescẽtinus cõmendat.

CALISTVS.II.

CALISTVS.Secundus Guido antea uocatus:natione Burgundus Viēnensis
archiepiscopus:originem a regibus Franciæ ducens ab his cardinalibus pō-
tifex creatur:qui mortuo Gelasio Cluniaci tum aderant. Verum his nō pri-
us pontificium habitum sibi desumpsit:q̄ intellexit se ab his quoque cardinalibus con
firmari:qui Romæ & in Italia remanserant.Re itaq; litteris & nunciis cognita Romā
ueniens populo obuiam prodeunte ac honorato quoq; urbem ingreditur.congratulā-
tibus omnibus:tum pontifici:tum ciuitati Romanæ:q: hunc quietis & pacis auctorē
futurum cernebant.Rebus autem ex sententia Romæ compositis Beneuentum profi-
ciscitur.quo & principes omnes statim cōuenere:salutandi(ut mos est) pōtificis causa:
maxime uero Gulielmus Apuliæ dux:Iordanus Campaniæ comes: Arnulphus Ariola:
Robertus Lorotelli comes:uiri insigues & sine contētione illius partis Italiæ facile pri
ceps:qui etiā polliciti sunt adhibito iureiurando se ī potestate Pontificis semp futuros.
Calistus autem qui nil aliud meditabat̄ q̄ bellū Asiaticū: in quo de christianis ægre tot
barbaras gentes sustinentibus addubitabatur Romā rediens:Lambertum hostiensem
episcopū Saxonē sancti Stephani in Coelio monte presbyterū Cardinalem : Gregoriū
sancti angeli diaconū legatos ad imperatorem mittit:qui pace sine ulla contentione cō
posita:ad urbem redeuntes tabellam pacis ad Lateranensem basilicam suspēdere. Qua
quidem perlecta tanta repente lęticia publica exorta est:ut passim cōgratulantium coe-
tus audirentur. Verum ne diuturnior hæc lęticia uideretur effecit Rogerius Siciliæ co
mes:qui Calabriam & Apuliam absente Gulielmo comite occupat.Gulielmus enī Ale
xii imperatoris Cōstantinopolitani filiam in uxorem ducturus:abiens Calabriā & Apu
liam pontifici cōmandauerat.Hāc ob rem Calistus ab urbe discedens Beneuentū per-
uenit:indeq; Vgonē cardinalem ad eum misit arcem Nicephorim tum in Calabria ob-
sidentem.Monitus autem Rogerius ut ab armis discederat nequaq̄ pontificis ædicto
obtemperat: imo acrius instabat:ne Gulielmus consobrinus rediens ei impedimēto fo
ret:quo minus Apulia & Calabria potiretur.Parabat iam arma pontifex cū subito una
cū magna parte Senatus febri correptus redire ad urbem re infecta compellitur. Hanc
ob rem Rogerius nemine aduersante Apulia& Calabria potitur. Atq; hoc modo Guli-
elmus uxore frustratus ac principatu deiectus:apud Salernitanum principem uitā de-
gens sine hæredibus breui moritur.Rogerius itaq; tanto aduersario sublato:regem Ita
liæ se nuncupat.Calistus aūt recuperata ualitudine apud Lateranū noningentorum pa
trum concilium habuit;in quo deliberatum est ut primo quoq; tempore supplementa
militiæ iam deficientis christianis in Asia bellum gerentibus subministrarentur . Qua
spe erectus Balduinus Hierosolymitanus rex Gazin regem thurcorum minorem Asiā
incolentium cum magno exercitu in se mouentem superat & captum in carcerem cou
iicit.Eadem quoq; fortuna usus Damasci regem Hierosolymas cū exercitu hostili ani-
mo petētem fundit;fugatq; duobus millibus hostium cæsis:milleq; capti . Verum su-
peruenīete cū magnis copiis Balahac parthorum rege:cui statim nullis expectatis auxi-
liis cōgredi ausus est. Tanta clade superat̄ Balduinus:ut etiā ipse una cū pceribus mul-
tis captus & in uincula cōiectus sit.Quare Calistus pōtifex maturādū ratus : ne reliqui
christiani amisso rege opprimerent̄:instante Veramundo hierosolymitano patriarcha ui-
ro optimo ac doctissimo:uenetos spe gloriæ & præmii concitos in hostē magna classe
permouit:Dominico Michaele duce:millesimo centesimo ac uigesimosecūdo salutis
nostræ anno:qui quidē ad Ioppē classe delati:quā saraceni Babylonis terra mariq; obsi-
debāt:supatis barbaris īgēti clade obsidionē soluūt.Itū ē & ī Tyꝝ quā diu obsessā haud
icruēta uictoria cæpere:pacti tamē prius ut Tyri & Ascalonis dimidiū obtinerēt:si eo-
rū opa ī christianoꝝ potestatē deuenirēt. Veꝝ Hemanuel græcoꝝ īperator Calo ioā-
ni suffectus tātā uictoriā latinis īuidēs:uel latina litteratura utētibus:uenetis mādat ut
classis suæ pfectū reuocēt: q certe eoꝝ dicto obtēpans:ita icēsus rhodū chiū unde cor
pus btī Theodori martyris Venetias trāslatū tū ē:Samū:Mitylenē:Androū:ipatoris īsu
las diripuit:Motonū spoliatū icolis muniuit. Tragurū ex ungaris captū ditōi uenetæ

subiecit.Lapidam præterea secum in patriam detulit:super quo apud Tyrum christus sedisse fertur:At uero Balduinus:quem diximus ab hostibus captum : pretio redéptus hierosolymas rediens:christianá remp.iam labentem aliquádiu sustinuit.Hanc ob rem Calistus aliqd quietis a rebus externis nactus:& cardinales.xii.creat:& basilicas multas uetustate collapsas reficit.Mœnia urbis istaurat:aquá in urbê íducit:arces ecclesiæ munit:donaria plurima argenti auriq; basilicis diuidit.Fúdos plerosq; coéptos beato Petro donat. Ecclesiá beati Nicolai in palacio ædificat. Verũ ne táta fœlicitas sine aliquo incõmodo diutius i terris eét:Gregorius antipapa Burdinus antea uocatus:nomé pontificis usurpare conatus:Sutrii se continens auxilio quorumdam tyránorũ fretus : & romanos incursionibus uexabat : & peregrinos negocii ac religionis causá ad urbé accedentes spoliabat.Quare Calistus comparatis repéte copiis:præmissoq; cũ expeditissimo quoq; Ioáne creméśi sancti Chrisogoni pres bytero cardinali subsequens ipse hosté uincunt : Sutriú capiút:Burdinũ camelo impositũ:i triumphi specié Romá ducút:qué põtifex uita donatum cauensi monasterio íclusit.Calistus autem de deo deq; hominibus benemeritus : pontificatus sui anno quinto:mése decimo:die sexto i domino moritur. Vacat tum sedes dies.viii.

HONORIVS.II.

HONORIVS secũdus:qui & Lambertus ex agro imolésí oriundus : Hostiensis epús eo tépore põtifex creatur:quo Balduinus ab hostibus pretio redéptus : Antiochiam hierosolymitano regno adiúxit:mortuis his omibus ad quos pricipatus ille iure deueniebat.Verũ cú tantus principatus retineri sine præside nõ posset:eidem præfecit Raimũdum Gulielmi ducis Austriæ filiũ:cui superioris Boemundi filia nupserat.Hoc autem modo cõpositis rebus: regem ascalonitarũ ægiptiorũ copiis fretú:& ob eá rem hierosolymitanos infestanté unico prœlio repulit.Baldeuinũ præterea Damasci regulũ idem moliété:sed maioribus populis tribus grauissimis prœliis fundit:fugatque multis passim more pecorum cæsis . Ad Honorium redeo: qui & si obscuro loco natus erat:tamen litteratura & moribus tanto magistratu dignus uidebatur. Verú nõ adeo eius ingressus laudatur:cũ ambitione quorũdá potius q̃ oium bonorũ cõsensu pontificatũ inierit.Mortuo eni Calisto cú delegendo nouo põtifice ratio haberet:Leo Fregepanis omnibus cardinalibus interdixit:ne usq; ad diem tertium põtificé crearét:quo & maturius deliberare & canones inspicere liceret:quáuis nõ ea mente id fecerit homo acutus & ad fallendum uafer : quam uerbis præ se ferebat:sed ei tantisper disponere hominú suffragia liceret:quibus Lambertus pontifex crearetur.Ná populus ipse saxoné sancti Stephani cardinalé põtificé percupide nimiú optabát.Id quoq; se cupere Leo Fregepanis ostédebat:quo & populũ & patres negligentes & incautos in sentétiá sui quauis arte pelliceret.At uero cũ id uelle Leoné cardinales quidá cernerét: ne ex eius sentétia põtificé legerét omisso Saxone: Thebaldũ sanctæ Anastasiæ pres byterũ cardinalé potitificé deligũt:qué Celestinũ appellarũt.Túc aũt Leo nõ amplius immorádũ ratus:q̃ iá offensũ hac electione populũ cernebat:Lambertũ(de quo ante diximus)pontificé magna uoce præponit:acclamáte populo cleroq; eá electioné manibus & nutibus approbáte.Tũ Leo maturandũ ratus ne sentétiæ hoíum imutaréntur:in Simius loci nomé est nõ lõge ab ecclesia sancti Siluestri:hoíem põtificali habitu exornat: qui & si primo artibus quibusdá tantú magistratú adeptus est tamé postea oíum consensu pontifex maximus consalutatur.Pontificatum adeptus cardinales quosdam uiros isignes creauit: quorum opera postea magnis in rebus usus est. Familiaritate enim præclarorũ uirorũ mirifice delectatus est.Nam Põtium quédá abbaté cluniacensem:uirum industrium Romæ retinuit.Ingenium quoq; Hildeberti cenomanensis episcopi mirifice extulit:quem deinceps turonensem archiepiscopum creauit:q̃ plurimum heroico:elegiacoue carmine ualeret.Huius quoq; tempora clariora fecit Vgo de sancto Victore:si cognomen tum inspicis:si patriá:pariensis doctor insignis.Hic enim tum dicendo:tum scribendo ingenii sui præclara monimenta reliquit.Extat eius liber de sacramentis : liber sententiarum:liber in dialogo:qui Didascalus appellatur:liber de cu-

ra animæ:liber de artibus & doctrinis. Hos aūt oēs tanta beniuolentia Honorius pon-
tifex amplexus est:ut nullū genus officii prætermiserit:quo eos ad honestiorem digni-
tatis gradū euehei posse existimaret. Vnū tamē suis tēporibus accidit:quod nequaq̄ ꝓ-
bandum est. Arnulphus eni christianæ religionis prædicator ægregius: clericoꝝ īsidus
Romæ necatur:ꝙ acerbe nimium in eoꝝ lasciuiā & libidinē inueheretur : ꝗq; eorum
pompā:& in cōperandis diuitiis nimiū studium improbaret:paupertatem christi & ite-
gerrimam uitam ad imitationem omnibus ꝓponens. Hunc multi ex nobilitate roma-
na tanq̄ uerū christi discipulū & ꝓphetam sequebant̃. Hunc laudibus ad cœlum tolle-
bāt. Hic odium:hunc iræ in ꝑnicië bene sentientis usq; ad necē excitatæ. Fueritne hic
sanctissimus uir presbyter:an monachus:an heremita:haud satis cōstat. Sūt qui scribāt
Honorio ipsi id admodū displicuisse:nō tamen tanti facinoris auctores unq̄ inuentos.
At uero cū in pōtificatu recte gubernato quinquennio:ac mensibus duobus uixisset
collachrymantibus omnibus moritur:& in basilica lateranensi nullo non genere ho-
noris adhibito sepelitur. Vacat tū sedes diebus octo. Nescio ego quid sibi uelit mar-
mor illud suo nomine inscriptū:quod ante ædes beatæ Praxedis adhuc extat.

INNOCENTIVS.II.

INNOCENTIVS secundus patria romanus:ex trāstyberina regione : patre
Ioāne:pontifex creatus:in Rogeriū Rogerii comitis Siciliæ filiū: Hæredem
nūcupatum:ꝙ mortuo Gulielmo Apuliæ duce:omniq; Roberti Guiscardi
familia ī eo deficiēte:dominatū Apuliæ occupare nitebat̃:statim mouet. Nā is ad sāctū
Germanū castra habebat:quē certe primo impetu repulit:tantum ualuit romani exer-
citus fortitudo & uirtus:oppidoq; ipso capto tyrannū in Galutio aliquādiu acriter ob
sedit. At uero Gulielmus Calabryæ dux cū magnis copiis aduenīēs:& patrē unico præ-
lio fœliciter habito obsidione liberat:& pontificem cum his cardinalibus capit : qui in
exercitu romanoꝝ erāt. Hos aūt oēs non ita multo post Rogerius mira modestia usus:
una cum pontifice liberos facit. Quā ob rē deīceps qđ uoluit facile a pōtifice obtinuit:
præter regni titulū:quē maximis proemiis & pollicitationibus impetrare contendebat.
Interim uero Petrus Romanus ciuis Petri Leonis potentissimi hominis filius Romæ
antipapa creatur quorundā facinorosoꝝ seditionibus:Anacletusq; appellatur:qui spo-
liatis romanæ urbis templis:spoliatis ecclesiaꝝ thesauris in irrūpēs maxime uero ī ba-
silicam Petri:unde crucifixū aureum & coronas pendentes substulit : tantū pecuniarū
conflauit:ut ꝑfacile largiotionibus seditiosum quēq; Romæ ī sententiam sui ipsius al-
liceret. Innocentius aūt ad urbem rediēs:ubi seditionibus plena oīa cerneret:spectareq;
rem ipsam ad cædem multoꝝ uideret:sponte cedēs primo quidem Pisas adnauigat:de
inde Genuā:postremo ī Franciā peruenit. Interim uero Anacletus antipapa tāro aduer-
sario submoto : & aīos ciuiū cū Innocētio sentientiū:quoad fieri potest sibi largitioni-
bus cōciliat:& Rogeriū ī partes suas facile descendentē:quo magis ei obnoxius eēt:utri
usq; Siciliæ regem creat. Innocentius aūt cælebrato apud clarūmontem concilio:ī quo
antipapā Petrū cū sectatoribus dānauit. Aurelianū se contulit : uisoq; rege Philippo : a
quo perbenigne est habitus. Carnotū in Belgas petiit:ubi Henricū Angliæ regem ī iti-
nere obuiā factū multis rationibus ad expeditionē in saracenos adhortatus ē. In Lotho
ringiā inde flectens: Lothariū Leodii repertum a Germanis tū regem creatū:de se resti
tuendo multa pollicētem sacramēto adigit expeditionē parare:qua quidē tutus etiā ad
urbem reduceret̃. Remis deinde in belgis altera synodo habita:in Italiā redit: celebra-
toq; cōcilio apud placentiā Pisas se contulit:quā ciuitatē iam pridem cū genuensi popu
lo diffidentem in gratiā tandē redægit. Genuēsem quoq; epūm qui mediolanēsi sub-
erat archiepūm creat:tribus Corsicæ episcopis illi cū Bobiensi parere iussis. Pisanis quo
que archiepūm dedit:tribus irē aliis Corsicæ episcopis cū populoniensi eidē subiectis.
Lotharius aūt cū magno exercitu ī Italiā ueniens:admonito pōtifice qđ fieri oporteret:
partitis copiis ad urbē mouet. Nā dū ipse occupato prius ianiculo urbem ingredit̃ Inno
centius Anienem:ponte mammeo traiiciens in Lateranum perducit̃ : nusq̄ apparente
antipapa:cuius factionem Lotharius mira fœlicitate ad sanitatē redegit:cautoq; quan-

tum ī eo fuit:ne deinceps uexari ab aduersariis Innocētius posset. Tanto itaqꝫ beneficio deuictus Innocentius:mortuo Henrico:Lotharium imperatorem romanum creatum imperii corona exornat:quo statim in Germaniā abeūte ad cōpescendos leuticoꝝ motus:dum pontifex conciliū Pisis ꝓ rep.christiana:proqꝫ tuenda fide de more habet: rursum antipapa quē in eodē cōcilio dānauit:factiosis quibusdā & Rogerio adiuuantibus in pontificē surgit. Quare & Lotharius imperator iteꝝ cum exercitu superatis leuticis Italiam repetit:& pisani classem potentissimam in auxiliū pontificis educunt: q̄bus copiis & Romae seditionem oppressere:& Rogeriū terra mariqꝫ oppugnatum: amissis rebus omnibus Italia in Siciliam breui pepulere. Audita tanta uictoria Ioannes constātinopolitanus imperator:qui Rogerio aduersabatur:legatos statim ad Lotharium mittit de superato hoste congratulans:quoꝝ de numero quidam philosophus erat:qui disputationibus ostendere nitebatur latinā ecclesiā admodū errare:ꝙ cōtra sententiā niceni concilii(ut ipse dicebat)quo declaratū est spiritū sanctum a patre ꝓcedere.latini a filio quoqꝫ id fieri addidissent. Tū Petrus diaconus homo doctus & argutus:qui tum in corona aderat disputandi gratia. Si inq̄t latini dānādi sunt : ꝙ addiderint spiritū sāctū a filio quoqꝫ ꝓcedere:dānandi multomagis graeci uidentur:qui id fieri a solo patre addiderint:cū ipsum cōcilium a patre dixerit. Delusus homo audax tam acuto respōso substitit amplius hac de re disceptare. At uero pontifex ne abeunte imperatore : Rogerius iteꝝ apuliā repeteret:Rameonē Lotharii imperatoris comitem cum aliquot cohortibus ad ꝓpulsandū iniuriā relictum ducem Apuliae creat. Mortuo deinde antipapa:occulteqꝫ a suis sepulto:cū etiā eius cardinales in fidem romani pōtificis deuenissēt:quietura iā resp.christiana uidebat̄:cū subito romani quidā seditionibus potētiam quaerētes: senatores creauere:qui rempu.romanā ditionēqꝫ ad se pertinentē gubernarēt. His autem dum pontifex restitit:habito apud lateranū cōcilio quo instituit: nequis laicus manū uiolētam clerico iniiceret : pontificatus sui āno.xiiii.mense.vii. die.viii. moritur millesimo centesimo.xliii.salutis nostrae āno:quo tempore magno in pretio fuēt habiti & Gilibertus e Brittānia oriūdus:uir tantae doctrinae:ut ob uarietatē disciplinaꝝ uniuersalis appellaretur:& Ambercus remensis archiepiscopus Giliberto praeceptore nequaq̄ eruditione & doctrina inferior. Huius quoqꝫ pontificis illud opus est ; qđ adhuc cernimus in fornice sanctae Mariae transtiberinae e musiuo.

CELESTINVS.II.

CELESTINVS secūdus:Guido antea uocatus:sancti Marci presbyter cardinalis:natione tuscus:e castro faelicitatis:quod nonnulli ciuitatē Castelli eē affirmant:Typharnū ab antiquis appellatū:pōtifex inde mortui Innocentii locum omniū cōsensu creatur:eo maxime tempore quo in Asia Balduino rege uita fūcto andegauēsiū comes:Fulco Balduini gener tertio loco:si ordinē successionis inspicis regnū hierosolymitanū accaepit:ꝙ duoꝝ etiam filioꝝ uirtute fretus aliquādiu acerrime tutatus est. Nam cū thurci sinum persicū incolentes:in agrū antiochenū incursiōes fecissent:eos non solum fudit rex Fulco:ueꝝ etiā ex his ad tria millia interfecit:totidēqꝫ caepit. Hac aūt clade excitus Alaph genere thurcus:babylonū auxiliis fretus:Edessam Mesopotamiae ciuitatē:Arach ab haebraeis uocatā inuasit;quā antea diximus Balduinū a fratre gothifredo pretibus obtinuisse. Capta ē aūt urbs & a barbaris crudeliter direpta:occisis oībus christi fidē abnegare recusātibus:stupratis ēt nobilissimis matronis sup altari sācti Ioānis baptistae:qđ sciebāt a nostris pie ac scē cultū fuisse. Sed nescio quo fatu dum parant̄ copiae Fulco:in uenatione leporē concitatae nimium: & icaure īsequens casu equi morit̄:cui filius Balduinus eiusdē noīs tertius ī regno successit. Celestinus aūt pōtificatus sui mēse quīto morit̄:sepeliturqꝫ ī lateranēsi basilica:una tātū re faelix ob breuitatē tpis(ut arbitror)ꝙ nullis seditōibus toto suo pōtificatu uexatus fuit

LVTIVS.II.

LVTIVS secūdus patria bononiēsis:patre Alberto : eo tpe pōtificatum iniit quo Edesse urbis euersio nūciata ē. Ea.n.ciuitas Edessa ē:ad quā Tobrā misisse filiū Gabelo sacrae litterae testāt̄:quāqꝫ Thadeus apostolus ad fidē chri-

sti cõuertit:& ĩ q̃ beati Thomæ ossibus ornata Abagarus regnũ obtinuitq; datis ad Iesũ litteris:scripta manu dei respõsa accipe meruit. Hac uero clade audita Bernardus clarauallensis uir & sanctitate & doctrina (ut dixi) insignis patrocinium religionis christianæ assumẽs:principes oẽs christianos tũ litteris:tũ nunciis adhortatus ẽ:ut crucẽ in saracenos christi uexillũ sumerẽt. Hãc ob rẽ Corradus sueuus qui Lothario ĩ regnũ romani nominis successerat:in militiam nomẽ dedit. Dũ hæc aũt ꝑ fide christi in Gallia & Germania pararentur:Rogerius pontificum neglıgentia in Italiam reuersus: quæ amiserat breui recuperauit:nullo repugnante:qua ex re copiis deinceps & animis auctus classe in Aphricam traiciens:adeo regem Tunesii uexauit:ut hominem data pace persoluere tributum quotannis coægerit:quod certe ad trigĩta annos continuo exægit. Corradus uero magno cruce signatorum compato exercitu:Constantinopolim ꝑueniens ab Hemanuele secundo græcoꝝ imperatore pretibus compellit̃: nullo comparato cõmeatu:Iconium statim ducere:se enĩ præstaturꝝ omnia quæ exercitui necessaria erant Hemanuel pollicebat̃. Obsessa est urbs natura & artificio munita aliquãdiu atq; acriter. Verũ cũ scælestus imperator græco usus ĩgenio:gypsum farine miscuisset: ex eaq; re panis fieret:quo exercitus christianoꝝ aleretur:tot statim milites periere: ut re infecta:relicta obsidione:in Traciam secedere oportuerit. Hoc tamẽ emolumẽti illa expeditio præstitit:ꝙ Balduinus quartus hierosolymitanus rex animo auctus: Ascaloniam diu obsessam tandem ui cœpit:Cum paulo ante Gazam urbem antiquissimã penitus ab hoste derelictam ædificasset:incolendamque fratribus templariis concessisset. Ausus quinetiam idem Balduinus thurcoꝝ satrapas hiericonitinos infestantes ꝓpulsare:quorum de numero unico prœlio ad quinq; millia interfecta referuntur. Noradinũ quoq; Damascenæ militiæ principẽ hierosolymitanum agrũ uexantem:tanta clade superauit & persecutus est:ut ægre christiani retenti sint:quominus una cum hoste Damasci mœnia ingrederentur. Ad Lucium pontificem redeo:qui interim nil prætermittebat:quod ad tantam expeditionem:tãq; necessariam pertineret. Credo ego hominẽ ipsum miro amore excitatum retinendæ Hierusalem:ꝙ tituli sanctæ crucis in Hierusalem presbyter cardinalis pontifex creatus fuerat:quam quidẽ basilicam totam ferme restituit. Eius præterea consensũ in Gallia synodus episcoporum quorumdam & abbatum facta est contra Baiardum philosophum peripateticum:uirum multæ doctrinæ: non bene in quibusdam cum fide nostra sentientem:qui præsente etiam Lodouico rege:rationibus uictus:non modo sententiam mutauit:uerum etiam monasticam uitam & religionem induit:ac deinceps una cum quibusdam discipulis in loco deserto sanctissimæ uixit. Lucius autem põtificatus sui mense undecimo: die quarto moritur: ac in basilica lateranensi sepelitur.

¶ EVGENIVS.III.

EVGENIVS tertius Pisis oriundus sancti Anastasii abbas:in monachum antea a Bernardo uiro sanctissimo electus:in ecclesia sancti Cæsarei pontifex creatur. Nam cum haud satis ĩter cardinales cõstaret:quẽ potissimum e numero suo deligerent:diuino nutu perciti uirum sanctissimum Eugeniũ deligũt: qui ubi romanos instare minis etiam cognouit quo sui confirmarentur senatores ad farfẽse monasteriũ noctu in sabinos abiit comitante cardinalium cœtu:ibiq; consecratiõis munus suscæpit. Veꝝ cũ postea romanoꝝ nõ minas tantũmodo:sed etiam facta contẽneret:senatores ipsos eo ꝓpulit:ut petita pace magistratu se abdicarent. Romam itaq; rediens:ubi ĩtelligit romanos nequaq̃ bono animo sed fraude in gratiã secum redisse: ĩsidias ueritus Tybur dilabitur:fugientem Romam telis & sagittis insequuntur. Postea uero Pisas profectus nauigio in Franciam contendit:regemque Lodouicum cruce signatũ in thurcos & saracenos animat:quẽ Cõstantinopolim cum exercitu ꝓfectũ non secus Hemanuel fraude circũuenit q̃ olim Corradũ sueuũ: ꝑsuasũ enĩ iniquo tẽpore ducere copias ꝑ deserta Syriæ:eo necessitatis eũ cõpulit:ut lacerũ exercitũ difficultate & iopia reꝝ Antiochiã re infecta ducere coactus sit. Hanc ob rem Rogerius Siciliæ rex Hemanueli infensus classe in Græciam delatus:Corcyram insulã Corinthũ:Thebas &

Euboiam de imperio Hemanuelis occupat: duxissetq; eodem animo Cóstátinopolim: ni ueneti instructa in hadriatico sexaginta triremium classe quominus id faceret phibuissent. Flexit itaq; Rogerius ad littora Asiæ deo uolente. Ná rú forte saracena classis Lodouicú regem Fráciæ circúuenerat: qui non longe a portu sancti Simeonis soluens Palestinam petiturus erat. Rogerius itaq; barbaros in angusto nactus oppugnat & uincit: christianúq; regem cú exercitu ab interitu liberat. Interim uero classis ueneta quæ Hemanueli admodú fauebat: ea loca recipit quæ Rogerius occupauerat. imunitaq; ac sine ullo præsidio reliquerat. Rogerius aút dimisso apud Ioppem Lodouico Constantinopolim delatus: suburbia uidente Hemanuele incendés eousq; uictoria delatus est: ut & ædes íperatoris aliquádiu oppugnauerit: & poma ex ortis eiusdem manu legerit. Verú cum postea inde í Siciliá incópolita classe abiret: in uenetos incidens instructos: & ad dimicádú patos ex suis triremibus. xx. amisit: egreq; fuga sibi saluté quesiuit. Interim uero Corradus: Lodouicus: & Balduinus iunctis copiis: aiúq; Damascú magnis conatibus obsidét: quá urbé senios Abrahæ fúdasse cóstat: loco cápestri naturaq; arido: sed artificio ubere atq; fœcúdo. Ager ení effossis cuniculis: ductisq; fistulis unde irrigari pót mirá ubertaté præ se fert. Paruus amnis í regióe unicus nó longe ab urbis mœnibus præterlabens linguá quandá facit: in qua nostri castra posuerát: unde facile cohibere ab aquatio ne oppidanos poterant: uerum Assyno quodam persuadente cui maxime Balduinus in rebus arduis credebat: castra ad alteram urbis parté transferuntur: q dicerent facilius irrumpi hostiú mœnia eo loci posse ut pote minus munita. Motis itaq; castris Damasceni repente statiua nostroq; occupant ac muniút: nostrosq; ab aquatione & cómeatu prohibét. Quare cum siti fameq; laborarent: tandé non sine cótumelia obsidioné soluút: Hierosolymá Balduinus: in Europam Lodouicus: & Corradus cóminutis uariis casibus exercitibus reuertút. Millesimo cétesimo qnquagesimosecúdo salutis ánouenerat tum Romá Eugenius: excitis ad expeditioné christianis qui ægregio apparatu & magna ciuium charitate suscæptus é. Tarracina aút Setia Norbano ac Fumonis arce receptis: quæ loca hostes ac tyranni circunquaq; positi occupauerút. Tybur recreandi animi gratia concessit: ubi non ita multo post pontificatus sui áno octauo: mense quarto: die uigesimo moritur: cuius corpus Romá delatú magna (ut decebat) pompa in basilica petri sepelitur. Eius aút iussu & impensa extructa est porticus: uel restituta potius sanctæ mariæ ad præsepe: quéadmodú ex inscriptione apparet.

ANASTASIVS. IIII.

ANASTASIVS quartus patria Romanus patre Benedicto: abbas antea sancti Rufi Veliternæ diocesis ex cardinali pótifex creat: eo potissimú tempore quo Alphonsus Hispaniæ rex ab expeditione Hierosolymitana rediens moritur: in eiusq; locú sufficitur sanchius filius: cui paulo post mortuo p cristi fide in Arabia bellum gerenti Ferdinandus frater in regno succedit. Anastasius aút pontificatum adeptus: & calicem pucherrimi operis magnæq; estimationis Lateranensi Basilicæ códonauit: & ædes ægregias apud pantheon: quod sanctam mariá rotundam uocant breui ædificauit: plura quoq; mente destinauerat: tú ad dignitaté ecclesiæ: tú ad ornatum urbis Romæ ptinétia: si ei aliquádiu uiuere licuisset. Fecit tamé cú spes ex eo cócæpta tú Ricardi de sancto Victore doctrina: ne eius tempora ignobilia uiderent. Ricardus ení doctor insignis multa & grauiter & copiose tum scripsit: præcipue uero librum de trinitate. Habuit & sermones ad populú non minus docte q̃ eleganter. Laboratú etiam hoc tempore in tota ferme Europa fame est: Anastasio pótifice & clam & aperte pauperibus ipsis elemosynas præbéte: qui pótificatus sui áno uno: mense quarto: die quarto & uigesimo moritur: sepeliturq; in lateranensi basilica conca porphyretica.

HADRIANVS. IIII.

HADRIANVS Quartus natione Anglicus Albanus episcopus & cardinalis ab Eugenio creatur: q in Nouergiam missus prædicádo: & bene monendo puinciá illá ad christi fidé redægerat. Mortuo deinde Anastasio pótifex creatus: tentatusq; a Romanis: tum precibus: tum minis: ut cósulibus liberá urbis admini-

strationem relinqueret: id se facturũ cõstantissime renuit. Instabat Romanus clerus ut in Lateranũ proficisceretur faciende cõsecrationis causa: quod etiá facere recusauerit: nisi prius Arnoldus Brixianus hæreticus ab Eugenio antea dánatus ex urbe pelleretur. Hoc aũt ægre ferens populus cardinalem sanctæ Pudentianæ ad pontificem uia sacra proficiscentem uno atq; altero uulnere afficiunt. Hanc ob rem iratus pontifex eos acerba etiam execratione persecutus est: quoad mutata sententia: & Arnoldum ab urbe pepulere: & cõsules abdicare se magistratu coegere: relicta pontifici administrandæ. urbis libera facultate. Interim uero Gulielmus Siciliæ rex: qui mortuo Rogerio successerat Beneuentana suburbia Ceperanum Bauciũq; in Hernicis de ecclesia occupat. Ob quam ré idignatus põtifex regé graui anathemate notat: eiusque ditioni subiæctos omni sacramento liberat: quo facilius a rege deficerét: nullo iureiurãdo astricti. Fœdericus autem primus hoc tempore ex genre sueua imperator creatus: Cisalpinam galliá cum exercitu ingressus cũ Dertonam haud satis imperio obtemperantem aliquandiu obsessã tandem cæpisset: magna celeritate Romá uersus iter statim fecit. Pontifex aũt Viterbii tum agens confirmaturus in fide ecclesiastica ciuitates circũquaq; positas Oruetũ & ciuitaté Castellaná adiit. Verum cum postremo se imparé tanto exercitui cerneret: pace per inter nuncios cõposita in agro Surtino imperatori fit obuiam: qui ex equo descendens eũ ut uerũ christi uicarium salutat. Cum uero ad urbem uenissent: & põtifex in basilica petri Fœdericum imperii corona donaret: populus romanus clausus tũ portis nequid tumultus excitaretur per Hadriani pontem ui erumpens Teutonicos cũ põtifice præter eorum uoluntatem sentientes passim cædit. Excitus quidem tanto tumultu imperator intromisso exercitu qui í pratis Neronianis cõsiderat. Romanos ex Vaticano in urbé retrudit multis cæsis captisq;: pontificis tamen precibus imperator lenitus captiuos incolumes dimittit. Verum cum postea ut mos est ituri simul ad Lateranũ pontifex & imperator essent fieriq;: id nequaq̃ tuto uiderent: Romanis ad arma spectantibus Mallianũ simul proficiscuntur ubi transmisso flumine per Sabinos & ponté Lucanũ ad Lateranũ peruenientes solemnia persoluere. Dum hæc aũt Romæ agerent Tyburtini ad imperatorem uenientes se ac omnia ei sponte dedũt. Verũ cũ imperator intellixisser urbem illam ad põtificatum pertinere eandem Hadriano statim restituit: neq; ita diu immoratus in Germaniá rediit. At pontifex a proceribus Apuliæ rogatus Beneuentum se contulit: maioréq; regni partem sua tantum præsentia Gulielmo abstulit. Interea uero Paleologus uir quidam nobilitate insignis Hemanuelis secundi imperatoris Constantinopolitani nuncius & orator Anconá primo nauigio delatus: terra deinde Beneuentũ petiit: pontificiq; imperatoris nomine spõte obtulit auri libras quinque milia: fugaturumq; se ex Italia Gulielmum: si tres maritimæ í Apulia urbes ei ex fœdere rebus bene gestis darẽt. Quod ubi Gulielmus resciuisset: põtificé ad misericordiá cohortatus: pollicetur nõ modo se restituturũ quæ de ecclesia abstulerat: uerũ ultro quædam alia cõdonaturum: Romanosq; ecclesiæ rebelles in officio retenturũ si utriusque regni titulis tam citra q̃ ultra pharũ positi insignior fieret. Facere id quidé pontifici nequaq̃ licuit aduersantibus quibusdá cardinalibus. Hanc ob rem Guelielmus istructo exercitu Apuliá hostili animo ingressus: cũ oía ferro ac flãma cõsumpsisset in Græcos & Appulos moués: qui apud Brũdusiũ castra posuerát: eos facile superat. Vnde Salentini Appuliq; oés deditioné statim fecere. Põtifex aũt cardinalibus ífensus qui obstiterát quominus pax cõponeretur: Gulielmũ í gratiá recipit: eidéq; utriusq; regni titulos scripsit adhibito prius sacramento: se nil deinceps moliturũ quod ecclesiá Romaná offenderet. Rebus aũt ex sententia cõpositis põtifex p Cassinates Marsos Reatinos Narnienses Tudertinos iter facientes ad Oruetũ tandem peruenit primus pontificum Romanorũ: a quo ea urbs & íhabitata & cultior reddita est. Cum uero ístantibus Romanis ad urbé rediisset: uexareturq; a cõsulibus libertaté Romaná restituere conantibus Arignanũ petiit: ubi nõ ita multo post morit põtificatis sui áno quarto: mése decimo: relicta magno í precio ecclesiæ Romanæ ditiõe. Ná & circa lacũ sanctæ Christinæ multa castella muniuit: & Rhadicophanũ quod núc Senenses obtinét muro & arce ppe iex-

pugnabile reddidit.Horum autem tempoꝝ historiã scripsit satis eleganti stilo & orati/one Ricardus Cluniacẽsis monachus:quem alii scriptores non parum laudant.Corpus autem Hadriani Romam delatum ĩ basilica Petri sepelitur non longe a sepulchro Eu/genii pontificis.

¶ ALEXANDER.III.

ALEXANDER Tertius patria Senẽsis patre Ranucio mortuo Hadriano du/orum & uiginti cardinaliũ suffragiis pontifex creatur:licet Octauianũ Ro/manũ ciuẽ tituli sancti Clementis presbyterũ cardinalẽ uictorẽ appellatum tres tantum subrogauerint :unde scisma ortũ est.Tum uero Alexander ne diutius sedi/tio illa cum pernicie ecclesiæ Romanæ protraheretur : Fœdericum imperatorem Cre monam tum obsidentem : per legatos rogat ut interposita auctoritate imperato/ria seditionem tollat. Respondit ille utrunq; pontificem Papiam ire oportere : quo & ipse proficisceret cognoscendæ disceptationis causa. At uero cũ Alexander accæpto ta li responso Angniã se contulisset:Octauianus Anagniam occupat. Tum imperator in/dignatus q; dicto suo pontifex non obtemperasset epõs duos ad Alexandrum mittit:q eum non pontificem sed cardinalẽ appellarĩ ad cõciliũ citarẽt.Ii aũt ab Alexandro con futati & reiæcti ad Octauianũ statim se conferunt:eũq; Papiam perducunt: ut haberẽt quẽ Alexandro obiicerent.Habito deinde concilio Fœdericus Octauianũ pontificem cõfirmat:eũq; equo albo insidentẽ p urbem Ticinensem ducit & de more adorat.Qua iniuria Alexander pmotus præmissa admonitione Octauianũ & Fœdericum anathe/matis uinculo colligat:litterasq; mittit ad christianæ reip.principes & populos: quibus intelligant id a se iure ac merito fieri.Rediens deinde Romã Alexander põtificatus sui anno secundo:multos aduersarios in urbe inuenit in se cornua palam erigentes:q; Fœ derici exercitus præter urbem ueterẽ & Anagniam oẽm ecclesiæ ditionẽ iam occupa/uerat.Quare Alexander hortante etiam Philippo Francoꝝ rege Taracinam pfectus cõ scenso nauigio ad eam rẽ mãdato Gulielmi Siciliæ regis parato ĩ Franciam contendit: cõuentuq; in Claramonte habito:anathema in imperatorẽ:& octauianum factum sta/tim enunciat.Dum hæc autem in Europa agerentur:mortuo apud hierosolymam Bal/duino tertio Almericus frater statim regnum accæpit:ne ob inter regnũ ĩ tanta barba riæ pfidia aliquid noui exoriretur.Verum cõpositis pro tempore rebus in ægyptios ducens Drogonẽ copiaꝝ præfectũ edita ingenti cæde statim superat:Alexãdriamq; ob sidet:quam Tiracinus Soldani saracenorum regis præfectus in suã potestatẽ fraude re/degerat . Alexãdrini autem cũ nec diutius pati obsidionẽ possẽt:nec subiici christiano imperio uellẽt:Almerico se ac cõditione cõmisere:ut in Soldani potestatẽ pulso Tir racino tyranno redigerent.Almericus itaq; ingenti pecunia recæpta Soldano urbẽ re/stituit.Uerũ cũ secum fraude homo ingratus ageret:nec pactã pecuniã præstaret:in eũ ducens Caras urbẽ nũc Cairum appellatam obsidet.Fœdericus aũt tyrannica potestate usus:direpta Dertona & Mediolanũ solo æquauit: unde translata magoꝝ corpora Co loniam tum crediderim a Rhodulpho Coloniensium archiepõ: & Cremonenses ma/gnis incõmodis affecit.Quare ueronenses:uincentini:patauini:ueneti cõmuni pericu/lo moti decreuere:ne amplius ulla auxilia Fœderico Cisalpinam uastãti præstarentur. Fœdericus itaq; ira incensus:Veronã ducẽs oppugnãdæ urbis causa:cum eo peruenis/set aliaꝝ urbiũ auxilia intellexisset:retrocedẽs ac Papiã se se recipiẽs : litteris & nuncus Franciæ regem adhortatur:ut tollẽdi scismatis causa Alexãdrum secum ad cõciliũ du/cat:quo & se una cũ Victore pfectũ pollicetur.Apud Diuonẽ locus est:ubi Sauo fluui/us gallos a germanis diuidit.Is locus concilii est habitus:quo Fœdericus rebus Italiæ p tempore cõpositis pfectus cum octauiano ẽ:Scotiæ ac Boemiæ regibus: magnisq; ar/matoꝝ copiis stipatus.Veꝝ cum Alexander ad id se pfecturum conciliũ recusaret: qđ ipse nõ indixisset: Turoniiq; id inchoasset:Fœdericus ira ac minaꝝ plenus ĩ Germaniã rediẽs:Octauianũ quẽ paulo post secuturus erat in Italiã misit:quo quidem Luce mor/tuo Guido cremẽsis ĩ antipapã Octauiano subrogatur.At uero romani creatis cõsuli/bus:Alexandro pontifici amicis:eum statim ex Francia reuocant: qui primo ĩ Siciliam

mox Romā nauigio delatus:cōgratulātibus oībus ꝑbenigne suscipit. Aduentū aūt Alexandri Cisalpinæ Galliæ populi in spem libertatis erecti:anno salutis millesimo centesimo sexagesimo quinto in Fœdericum sæue nimium imperantem arma sumunt præsidiaq; eius ex arcibus quibusdā deiiciunt. Verū Fœdericus cōparato magno exercitu in Italiā ueniens:præter spem nulli noxius traiecto ratibus Pado:in agrum Bononiensem descendēs copias partitur. Cohortes enim quasdā Lucam misit:quaq; præsidio tutus antipapa esset:qui tū Lucæ erat. Ipse uero cū reliquo exercitu Anconā ꝓfectus urbē aliquādiu obsidens:in suam tandem redægit potestatem. Interim uero sociæ Cisalpinæ Galliæ ciuitates Mediolanum restituūt ac muniunt: laudenses mediolar cosiū hostes in societatem recipiūt:quo facilius Fœderico resistere possent si ī eos moueret. Verum Fœdericū maior cura incessit. Mortuo enim Gulielmo normanno Siciliæ rege: Hemanuel græcus imperator legatos ad pontificem misit:qui ei pollicerentur:& magnas copias in Fœdericum:& unicam mentem omnium græcorum cum ecclesia romana conuenientem:ut orientalis cum occidentali eadem fieret:si pateretur imperium romanū antea diuisum in unum corpus redigi. Legatis aūt quid sit respōsum haud satis cōstat: cum bellum inter romanos:tusculanos:atq; albanos ortum : pontificem impediuerit quominus certum responsum legatis daret. Nam cum tusculani albaniq; pendere romanis tributa īmoderatius īperata recusarent:incensus ira populus romanus reclamāte pontifice:populariter in tusculanos mouent. Tusculanoq; tempu.rum maxime gubernabat Aino comes:quem rogerius ducatu Apuliæ deiecerat. Is itaq; ī re militari peritus accersitis germanis:qui apud Nepesum Sutriumq; cōsederant:tanta romanos clade affecit: ut deīceps uix se tueri mœnibus:nedum hostem foris lacessere potuerit. Tū uero Fœdericus ulciscendi iniurias(ut ipse dicebat)ab Alexandro acceptas occasionē nactus Ancona discendēs Romam mouet. Positis aūt in pratis neronianis castris irrūpere:suburbium uaticani conatus a familiaribus Alexādri cōstantissime repellit. Sequēti uero die basilicam Petri incendisset:ni editui furentem ac iam facem intentantē admisissent. Pontifex autem haud satis tuto in laterano cōsistens:ꝙ iamiā irrupturos germanos uidebat:in ædes frægepanum ad Palladium diuertentes cōfugit. Tum uero Gulielmus Siciliæ rex magni Gulielmi filius:audito pontificis discrimine:magnā uim pecuniæ & triremes duas paratissimas ei misit. Instabat cum populo romano Fœdericus cui pacem ꝓmittebat:ut de duobus pōtificibus digniorem eligeret:altero eliminato & reiecto. Quæ res certe com tota ad Fœderici nutū spectaret:pontifex noctu abiens nauigatione:salutem sibi fuga quæsiuit. Caietam primo mox Beneuētum delatus. Expulit & Fœdericum ab urbe Roma pestis:qua passim ueluti pecora & ciues & milites oppetebant. Venieti aūt in Cisalpinam Galliam Fœderico imperatori fœderatæ ciuitates cum exercitu obuiam fiunt:quos acriter nimium instantes detrectato certamine studio se uitans in Germaniam peruenit. Abeunte itaq; Fœderico:sociæ ciuitates Alexādriā de nomine Alexādri pōtificis nuncupatā:apud Rouretum Taro animi adiacentem:paribus animis impensaq; condunt:in eāq; ex omnibus ciuitatibus quindecim millia hominum ad incolendum mittunt. diuisis agris uiritim : partitisque in urbe locis ad ædificandum. Romani autem acceptæ cladis memores abeunte Fœderico Albam ui capiunt ac diruunt. Idem etiam in tusculanos fecissent:ni pontifex eos nunc minis : nunc execrationibus a tāto facinore deterruisset. Misit tum etiam Hemanuel imperator Cōstantinopolitanus alios oratores qui maiora pollicebantur:si pontifex ī scotentiam suam descendisset:quibus Alexander ita respondit:se nolle id in unum coniungere:quod olim de industria maiores sui disiunxissent. Moritur interim Guido cremensis antipapa in basilica sancti Petri:quam magno Fœderici præsidio adhuc obtinebat:cuius in locum a seditiosis quibusdam sufficitur Ioannes strmiensis abbas ex Pannonia:uir pridē furto infamis:cuiq; Aino comes sibi timēs ob cladem antea romanis illatam: Tusculū tradidit montemflasconem ex pacto recepturus. Verum cum Aino a flasconensibus non reciperetur:recusarentq; tusculani antipapam recipere: Tusculum rediens omnino excluditur. Inde uero ad Alexandrum qui tum Verulis erat abiens:ius omne suum

quod in Tusculo habebat ei condonauit. Vnde tusculani publico etiam decreto ac cōsilio adhibito pontificē recipiunt quo in locum Henrici Angliæ regis oratores auditi sunt regem suum purgātes: q falso diceretur in necem beati Thomæ archiepiscopi cātuariēsis coniurasse. Hanc ob rem pontifex cum non facile oratoribus regis crederet: ī Angliam duos cardinales cum magna potestate mittit: qui rem ipsam diligenter inspicerent: quibus certe rex omisso hybernico bello: quo erat īplicitus honoris causa apud Normanniam occurrit: re: discussa ad hoc uentum: ut Henricus iuramēto adhibito: cum non satis de facto constaret: sese purgauerit promiseritq; se poenitentiam pro nece sanctissimi uiri acturum: cuius & si fuisset insons atque inscius: occasionem tamen præstitisse sit uisus: q uiuentem simultate & odio persecutus sit. Additum præterea ut ducētos milites Hierosolymam mitteret qui suis auspiciis: suaq; impensa per annū contra saracenos dimicarent: utq; ipse triennio cum quanto posset exercitu contra barbaros bellum gereret: libertatem ecclesiasticam in suo regno tueretur: appellationibus ad curiam romanam factis nō aduersaretur. His aūt rebus iureiurando confirmatis: regni Anglici titulum in se atq; in hæredes suos transferri meruit: pontifice annuēte. Hic autem obseruatum est; ut omnes anglici reges a romano pontifice regni iura recognoscant. Alexander autem diu cum romanis colluctatus: cum diceret se urbem eorum pace ingressum: nil amplius q̄ rem diuinam curaturum omissa eis cura rerum secularium: cum id etiam non impetraret Segniam proficiscitur: ibi auditis legatis qui ex Anglia uenerant: cognitisq; beati Thomæ miraculis: eum in numerum sanctorum refert. Foedericus aūt in Italiā per montē Cinisium rediens Secusam dolo captam diruit: Astenses timore perculsos in deditionem accipit; Alexandriam menses quattuor graui obsidione premens: magnum incommodum ab erumpentibus accipit. Postea uero pertesus lōgitudine laborū in die paschatis obsidionem soluens Papiam uenit: ubi de pace Italiæ ē actum: interposita pontificis auctoritate quā ueneti cum imperatore Cōstantinopolitano antea sentientes libenter amplexi sunt: ob uiolatum a græcis ius gentium. Henricū enim dandalum ciuem suum legatum ad Hemanuelem missum tandiu candētia ænea inspicere coegere quoad oculorum acies amitteret. Interea uero Almericus hierosolymitanus rex Cairum obsidens: quāuis spe potiundæ urbis nō careret: tamen ingenti pecunia accæpta: obsidionē soluit in Ascalonam mouens: quam paulo post re item īfecta reliquit: q cōmeatibus indigeret: qq; etiam milites fessos diutino & graui labore cerneret. Dom.i autem rediens: cum non diu superuixisset moriens filio Balduino regnum reliquit: qui & si lepra ac quidem uehementi laborauit: regnum tamen constantissime ac prudentissime gubernauit. Alexander autem pontifex cum iam pacata esse omnia existimaret: Alexandriæ nouæ urbi episcopum dedit: anno salutis nostre millesimo cētesimo septuagesimoquinto. Verum non ita diu Foedericus in Italiam cum magnis exercitibus descendens omnia statim infesta reddidit: mediolanenses tamen adiuuantibus sociis omnibus: eius copias ita attriuere frequentibus præliis: ut paulum abfuerit quin ipse quoque imperator subfosso eius equo interficeretur. Ex papiensibus autem & comensibus: qui imperatori fauebant multi desiderati sunt. Ipsum uero papiensem episcopum pallii & ferendæ crucis dignitate priuauit pontifex: quia in partes imperatoris declinauerat. Tum uero Foederici proceres arbitrati id ei accidisse: q ecclesiam dei persequeretur palam; minari se in patriam redituros: omissa tam iniqua militia ni propere cum pontifice in gratiam rediret. Dum itaque pax in italia tractaretur in locum Noradini saracenorum regis demortui Saladinus uir fortissimus sufficitur: qui rege Aegypti armis capto atque occiso: Aegyptum statim ac Syriam suo adiæcit imperio. In christianos deinde mouēs nequaquam certe tali fortuna usus est. Nam primo prælio apud Ascalonam: secundo ad Tyberiadem duce Balduino superatur. Comparatis deinde copiis contra Hemanuelem in Siciliam profectum exercitum mouet quem simulata fuga in angustas conualles protractum superat & capit: eaque conditione omittit: ut quæ in Asia cæperat: statim dimitteret. Cōuenerat iam Venetias Alexander cōponēdæ pacis Italiæ causa: eo & Foedericus accedēs ī uestibulo Sancti Marci pōtificis

pedes exosculatur: simul deinde ad altare maius profecti: accepta dataq; salute de foederibus pacis inter se multum diuq; collocuti sunt: quae postea sequenti die ex sententia confecta est. Abiens deinde imperator cum bona pontificis uenia: Rauennam primo mox bertonorum se cōtulit: quod oppidum cum retinere ob opportunitatem loci instituisset: rogatu Alexandri ecclesiae tandem restituit. Abiens quoq; Venetiis Alexander cum triremibus. xiii. Gulielmi Siculi & quattuor uenetorum: ornato ob beneficium acceptum eorum summo magistratu insignibus quibusdam & muneribus. Sipontum primo uenetis delatus: atq; inde Troiam & Beneuentum per cassinensem saltū Anagniā se cōtulit: ubi nō diu īmoratus Tusculū petens: de abrogēdis cōsulibus agere cū romanis caepit anteq̄ pax cōponeret. Verū quia res in quinquagesimū annum ꝓtracta tolli difficillime uideretur: pacti sunt: ut non prius electi a populo consules magistratum inirent: q̄ in uerba pontificis iurarent se ecclesiae romanae fidelissimos fore: nihilq; unq̄ molituros quod dignitati pontificiae obesset. Hoc itaq; mō rebus cōpositis pōtifex tertium Romam profectus: prodente obuiam gratulationis & honoris causa: honoratissimo quoq; concilium statim in Laterano concelebrat: tum ut mores curiae iam nimia licentia labefactatos cōponeret: tum uel maxime ut decerneretur sub anathematis poena: nequis ferrum: ligna: armaue infidelibus & a religione nostra alienis īportaret. Moriens hoc fere tempore Hemanuel cōstantinopolitanus imperator: Alexium filium haeredem imperii reliquit: Andronico graeco regia progenie tutore dato: q aliquot annis imperiū sapienter & summa cum fide administrauit. Eius quoq; consensu Philippus Franciae rex Agnetem filiā adolescenti in matrimoniū locat Balduinus itē quartus huius nominis Hierosolymitanus: quo rem suam stabiliorem redderet: sororē Sybillam Gulielmo montisferrati marchioni cognomento Longaspata uiro ī re militari praestantissimo in uxorem collocat: arbitratus si opus esset Gulielmum ipsum cū aliis christianis principibus rei suae laboranti opem statim allaturum. Interim uero Alexander post longos & assiduos labores: cum iam quieturus a tyrannicis perturbationibus uideretur: pontificatus sui anno. xxi. die. xix. Romae moritur: sublatis prius e medio quattuor scismaticis pontificibus: quorum seditionibus ecclesia romana fere subuersa est.

LVCIVS. III.

LVCIVS tertius natione tuscus: Luca urbe: gente nobili oriundus: omnium consesu eo tempore pontificatum init quo Andronicus graecus (quem diximus) Alexio pupillo tutorem datum: pulsis latinis qui puero fauebant cōstantinopolitanum imperium usurpauit: necato in undis puero: dum laxādi animi causa paruo nauigio huc illuc temere dilabitur. Praeterea uero ne facinore partam tyrannidem amitteret: facinus haud paruum addidit. Nam proceres omnes quorum uirtutem suspectum habebat breui interfecit. At uero Gulielmo longaspata Hierosolymis mortuo: Balduinus rex nepoti consulturus Sibyllam nouo marito collocat: Guidoni lusigniano e pictauorum gente oriundo: hac tamen lege: ut se mortuo Guido pro nepote Balduino quoad pueritiam supergrederetur regnum gubernaret: illudq; deinceps nepoti traderet. Agebantur haec omnia Lucii pontificis auctoritate: qui ad christianam rēp. pertinere arbitrabatur: principes Asiae q̄maxime inter se beniuolentia & affinitate connexos esse: quo facilius saracenis & thurcis in bello resisterent. Is tamen ex urbe deicitur: dum fauentibus quibusdam ciuibus romanis abolere consulum nomen annititur. Fautoribus eius in urbe deprahensis effossi oculi sunt. Accepta autem tam insigni contumelia pontifex Veronam profectus concilio habito: & romanorum licentiam ac superbiam improbauit: & principes omnes christianos adhortatus est: ut nostris in Asia pro fide christi laborantibus succurreretur: maxime uero cum seditione principum nostrorum hostes freti duce Saladino hierosolymitanum agrum popularentur. Nam pulso Guidone lusigniano ab administratione regni ob superbiam: Bertrando comite Tripolitano tutore designato: ad arma ciuilia res ip sas spectare uidebat. Nō destitit tamen pontifex & litteris & nunciis eos adhortari: ut

positis simultatibus una mēte eodemq; animo tandiu hostibus resisterēt:quoad nouæ copiæ in supplementū militiæ submitterētur.Iam enī instante Heraclio patriarcha hierosolymitano:qui primo Veronā eius rei causa ad Luciū uenerat:deinde ad Philippum franciæ regem accesserat:milites cruce signati ad tantam expeditionē mittebantur. Verum Gulielmus Siciliæ rex iniquo tempore iniurias latinis ab Andronico cōstantinopolitano imperatore illatas ulturus:cū armato exercitu in Græciam traiciens omnia perturbauit.Nā & Thessalonicā Macedoniæ urbem ui cæpit:& Multas Græciæ Thraciæq; ciuitates uariis calamitatibus affectas partim cæpit partim diripuit: nusq̄ occurrēte Andronico:& dus & ciuibus suis infesto,ppterea q̄ multos occiderat:plærosq; exilio dānauerat.Hac uero necessitate impulsi & coacti constantinopolitani ciues Isahac quēdam regia progenie ortum e peloponesso ad imperium uocāt:qui Andronicū prœlio superatum:& captū uariis cruciatibus interfecit.Quo sublato Lucio pontifici haud difficile fuisset:Gulielmum regem pace cum Isahac composita impellere pollicitationibus & præmiis ut in Asiā traiceret.Verum dum ob hanc rem nūcii ultro citroq; mitterentur:Lucius uir optimus pontificatus sui anno quarto mense secūdo: die decimooctauo Veronæ moritur:sepeliturq; magna adhibita pompa ante altare cathedralis basilicæ.Hic autem pontifex non immemor patriæ suæ:eam multis muneribus:tum diuinis tum humanis ante mortem ornauit.Ab imperatore enim Foederico quo cum in pace uixit:obtinuit ne hetrusci alia q̄ moneta lucensi uterentur: quēadmodum Lōgobardi solam papiensem admitterent signatam imperatoria nota.Nam cisalpinos iā antea pontifex imperatori conciliauerat.Scribit Ptolomæs Lucensis & Petrum comestorem:qui historiam utriusq; testamenti conscripsit:& Ioachinum abbatem in Calabrya apud monasterium Floris ab eo conditum in precio tum fuisse:doctrina & diuinandi arte;quam sub ambagibus quibusdam præ se ferebat.

VRBANVS.III.

RBANVS tertius patria mediolanensis:patre Ioanne:e gente Cribella:pontificatum iniens reuocare ad concordiā christianos principes primo annixus est: ne dissidentes a barbaris opprimerentur. Verum mortuo Balduino quarto lepra laborante:non potuit tripolitanus comes tutor Balduini quinto designati curam eius suscipere:Sibylla pueri matre Guidoneq; Lusigniano prohibentibus. Non supuixit diu.puer:octauo enim mense post patrem moritur:cuius mortem tādiu occultauit mater:donec largitionibus ac blandiciis in sententiā suupsius deducto patriarcha & ,pceribus Guidonē creati regem obtinuit. Tulit eam quidem rem grauiter & iniquo animo Raimundus tripolitanus comes:atque quo ei facilius ulcisci iniurias suas liceret:inducias cum Saladino paciscitur. Hoc itaq; modo Tripolis & Tyberiadis & Galileæ principatus a christianis auulsus est. Raimundo enim comiti tum parebant ob uxorem quā nuper duxerat:& nequid Saladino deesset: occasionem belli gerendi enixe quærēti Montis regalis christianus princeps:qui ultra Iordanē longe ac late imperans annonam:& quidem abundantem Hierosolymis perpetuo subministrabat:inducias temere uiolauit. Hāc ob rem Saladinus uenisse tempus ratus:quod maxime expetebat comparato ingenti peditum atq; equitum exercitu ad ptolomaida castra ponens cum templariis in præsidio positis acerrime dimicat.Fuere superiores templarii: optimo tamen quoq; de suis occiso.Nam & magister militiæ & plæriq; alii consilio ac manu prompti eo prelio cecidere.Auxit exercitum Saladinus & a calamitate animum sumens:templarios magis magisq; urget.Hanc ob rem Raimundus haud satis Saladino credens:Tyberiadi uxore relicta:quam firmissimo præsidio munierat Tripolim reuersus in gratiam cum Guidone rediēs:barbarorum inducias contempsit. Quare Saladinus belli gerēdi occasionē nactus:Ptolomaida omissa in Tyberiadē suo iure mouet. Instantibus itaq; christianis oibus:maxīe uero tēplariis:ut exercitus ī hostē duceretur:Guido rex i Saladinū mouēs:q loco irriguo & amœno castra posuerat:repulsus ab hoste haud lōge castrametatus loco iniquo & arido:sequēti die ad pugnā cōpellit̄:ac magna ciade fusa: laborātibus siti christianis. In tā uero sinistra pugna captī fere oēs pricipes sūt:

maxime autem Guido rex & templariorum magister: quorum de numero multi securi percussi sũt. Hac itaq; uictoria potitus Saladinus: Aconem propere duxit: quam statim christiani dedidere: cum singulis uestimẽtis abire permissi. Eadem quoq; fortuna usus Beritum Biblium ac maritima omnia occupat: soli Ascalonitæ munitionibus fisi respõderunt: se non nisi post captam Hierosolymã deditionẽ facturos. Multũ certe Saladini humanitas & fides christianis obfuit. Nemo enĩ adeo se æqualẽ omnibus præbebat. eius imperium aspernatur. Is itaq; Ascalonam mouens decem dierum oppugnatione eam his conditionibus in deditionem accæpit: ut reddito Guidone rege & templi magistro: quos in uinculis habebat: ciuitatem dedentibus incolis acciperet. Vt hæc aũt deditio q̃primũ fieret Saladinus ꝓperabat: q̄ iã Tyrũ ꝑuenisse Corradũ itellexerat Montisferrati marchionem cum classe ab Isahac ĩperatore cõstãtinopolitano accæptam: cuius sororẽ nuper in uxorẽ duxerat eoq; peruentuꝫ: breui supplicabatur Gulielmum Siciliæ regem cum triremibus .xl. At uero thurci cum intellexissent tanta cum gloria christianos a Saladino superatos: æmulatiõe gloriæ moti: Laodiceã profecti urbe recæpta: in Antiochenũ agrũ descendũt: quo ĩ loco a christianis tãta clade supati sũt. quãtã Saladinus christianis ĩtulerat. Oppugnabat tũ Saladinus urbem hierosolymitanam: & quidem acriter: quam tandem ii qui in præsidio erant desperatis suppetiis: hac conditionẽ dedidere octauo & octuagesimo anno posteaq̃ a Gothifredo capta fuerat: ut tantũ abeunti cuiq; ferre liceret: quãtum suis tantũmodo humeris sustinere posset. Migrantium christianorum pars Tyrum: pars Antiochiam: pars Alexandriam delata est. Inde uero multi deinceps sicula classe ĩ Italiã delati sunt. Saladinus aũt Hierosolymam ĩgressus: campanas primo e turribus deiæcit: mox basilicas omnes præter Salomonis templum prophanauit: quod priusq̃ ingrederetur aqua rosacea lauisse ferunt. Mansere Hierosolymis christiani asiatici: syriani: armenii: iacobitæ: georgiani: græci permittente Saladino: qui relicto eo loci firmissimo præsidio Tyrum propere ducit: quam Gulielmus publico consilio: auxilioq; defendendam accæperat. Hic itaq; Siculæ classis auxilio fretus: Saladinum ab urbe repulit. Verum cum postea constaret hominem ferocem Antiochiam oppugnandæ urbis causa profectum: Vrbanus pontifex qui omnibus uiribus annixus fuerat ne hierosolyme caperentur: Venetias comparandæ classis gratia proficiscens: dolore animi quem ex calamitate christianorum accæperat: Ferrariæ in itinere moritur: pontificatus sui anno primo: mense decimo: die .xxv.

GREGORIVS.VIII.

GREGORIVS octauus patria beneuentanus: sũmo omniũ consensu pontifex creatus: statim nuncios & litteras ad principes christianos mittit: eos cohortatus: ut uiribus omnibus una secum comparato exercitu: terra mariq; Hierosolymam ab hostibus captam recuperarẽt. Quo uero id liberius fieri liceret: ipse Pisas statim proficiscitur: ut composita inter pisanos & genuenses pace: utrunq; populum bello maritimo præpotentem in sanctã expeditionẽ concitaret. Verum dũ hac intentione cura uir sanctissimus agit pisis moritur: pontificatus sui die quinquagesimo septimo.

CLEMENS.III.

CLEMENS Tertius patria rõanus: patre Ioãne: cognomẽto Scholaris: põtificatũ iniẽs statim de bello ĩ saracenos gerẽdo edictũ ꝓponit. Nã Saladinus secũdam uictoriæ fortunam secutus: iam ciuitates quinque & uiginti de principatu antiocheno cœperat: ipsamque Antiochiã corrupto largitionibus patriarcha deniique occupauerat. Hanc ob rem moti christiani principes bene admonente pontifice arma sumunt: quorum de numero præcipui fuere Fœdericus imperator: Philippus Franciæ: Ricardus Angliæ reges: & Otto Burgundiæ dux: subsequentibus multis episcopis archiepiscopisq;. Veneti quoq; & Pisani paratissimas eduxere classes. Venetæ præfuit archiepiscopus Rauẽnas: Pisanæ pisanus præsul. Gulielmus aũt Siciliæ rex pacato a piratis mari annonam omnifariã ex Sicilia & Apulia ꝓficiscẽtibus subministrabat.

Frisones præterea Dani & flandrenses cum quinquaginta triremium classe inter nauigandum ad Aphricæ littora flectentes saracenos magnis incommodis afflixere: capta ac direpta Siluma eorũ urbe. Bela autem Poloniæ rex saluti christianoꝝ consulens ungaris pacem dedit: quo omnibus ꝑficisci facilius ad tantam expeditionẽ liceret. Tyrum iã peruenerãt omnes: ideoq; paribus animis e Ptolomaida mouerãt: urbẽq; oppugnabant: cum superueniente cũ magno exercitu Saladino. & a tergo & a fronte eodem tempore cõtra hostem dimicare necesse fuit. Pugnatum est diu atq; acriter: & iã ad christianos uictoria inclinabat: cum equus e manibus gregarii cuiusdam elapsus christianis fugiendi initium fecit arbitrantibus suos in fugam uersos. Verum Gaufredus lusignianus ad custodiã castroꝝ relictus: eruptione facta & hostes repræssit: & suis animũ ad resistẽdum dedit. Constat tamẽ ex christianis ad duo millia eo die cæsos fuisse. Periere item ex acceptis uulneribus templariorum magister & Andreas bremensis comes. Durante autem diutius obsidione: tanta fame obsidentes oppræssi sunt: ut ẽtab hoste annonã peterent. Quare Saladinus bene gerendæ rei opportunitatem nactus castra rerum omnium copia refecta sine ullo custode dimisit ad quæ diripienda cum passim nullo seruato ordine christiani accurrissent: Saladinus rediens multos incautos & nil tale opinantes opprimit. Non deseruere tamen tam grauem & diutinam obsidionem christiani licet ad cætera mala dysẽteria quoq; in castris laboratũ sit: quo quidẽ morbo & Sibylla Guidonis uxor & quattuor filii quos ex ea suscæperat ĩ castris periere. Interim uero dũ hæc ĩ Asia agerent: Gulielmus Siciliæ rex Panormi morit: cuius regnũ ad ecclesiã recidebat: nullo legitimo hærede relicto: licet ĩsulæ ꝓceres Tancredum statim suffecere ex Rogerio Normano & pelice quadã genitũ hominẽ certe tãtæ secordiæ: ut eum Gulielmus negaret ex Rogerio genitũ. Repetiturus itaq; sua iura Clemens pontifex copias eo celeriter misit: quibus dum Tancredus resistit rapinis & cædibus omnia repleta sũt. Mouerat iam copias suas in hostes christiani nominis Fœdericus & per Vngariam iter faciens: thracianiq; iam Constantinopolim ꝑuenerat: quem certe Isahac imperator eius potẽtiã ueritus traiicere: Bosphorum statim adhortatus est. Trãsmissis itaq; copiis: Fœdericus ĩstãte etiã litteris & nũciis Clemẽte: & Philomænã urbẽ de thurcis capit: & agrũ Iconio adiacentem populatur: & Armæniam minorem in potestatem suã redigit. Verũ dum lauandi causa rapidum amnem inexplorato ingreditur: in undis perit. Tum uero eius exercitus in Antiochenũ agrũ delatus partim morbo: partim fuga consumptus ẽ. Philippus autem Ricardusq; reges: gallico tyrenoq; pelago Messanam simul delati: uaria fortuna deinceps usi sunt. Nam Philippus ꝓspera nauigatiõe usus ptolomaidẽ portũ attingẽs: christianoꝝ exercitũ & animos auxit. Ricardus uero tempestate in Cyprũ delatus: cum a græcis portu ꝓhiberetur: insulam ui ingressus expugnatam: spoliatamq; firmo suorum communiens præsidio Ptolomaidem: tandem in castra peruenit. Oppugnabatur tum acriter urbs: sed inerat ualidum Saladini præsidium: quo quidem ꝑ sæpe erumpente: christiani magna incommoda recipiebant. At uero Clemens omisso tantisper Tancredo: donec christiani contra saracenos dimicãtes meliorẽ fortunam nanciscerentur: ad componendas res ecclesiasticas animum adiæcit. Nam & mores clericorum quorumdam non satis probatos seueritate sua emẽdauit: & claustrũ sãcti Laurẽtii extra muros ædificauit: & laterani ædes nõ mediocri ĩpẽsa restituit. tẽpluq; uermiculato opere ac musiuo exornauit. Moriens deĩde haud ita multo post pontificatus sui ãno tertio: mẽse quinto in basilica lateranensi sepelit: ducta ingenti funeris pompa.

CELESTINVS. III.

CELESTINVS tertius patria romanus: patre Petro: cognomẽto Bubonis põtificatũ adeptus: ægreferẽs Tancredũ regno Siciliæ potiri: Cõstãtiã rege Rogerio natã occulte e monasterio panormitano eduxit: eãq; licet deo dicatã Hẽrico sexto Fœderici barbarossæ filio dispẽsatiõe apostolica ĩ matrĩomũ collocauit. Hac cõditiõe ut regni Siciliæ cis & ultra pharũ dotis noĩe repeteret reseruato cẽsu q põtifici feudatario

iure quotannis solueretur. Hac autem benificentia motus Hēricus Tusculum quod ipse firmo prœsidio munierat) Celestino reddidit: quod statim romani pontifice accæptú adeo diripuere euerteremq; ut saxa demolitæ urbis i Capitolio usq; ad multá ætatē i memoriam tantæ cladis seruata sint. At uero Hēricus & Constantia Neapolim oppugnantes soluere obsidionem: coacti sunt peste exercitū populante. Christiani autē qui biennio Ptolomaidem obsiderant: tandem eam dedente prœsidio recæperunt his conditionibus: ut & pars dominicæ crucis: quá superius amissam diximus a barbaris redderetur: & eisdem cum singulis uestimentis abire liceret. At uero cum dominica crux non reperiret: multos e barbaris Ricardus trucidauit. His itaq; malis perterritus Saladinus: desperansq; posse reliqua tueri: quarundam urbium mœnia demolitus: de reddēda christianis Hierosolyma cogitauit: quod certe ne faceret: discordia inter Philippum Ricardúq; orta: de principatu inter se contendentes effecit. Verú abeunte ex Asia Philippo: simulato interim morbo: Ricardus maiori animo rem bellicam deinceps aggreditur: eo potissimum tempore quo Corradum Monferratum tyri in foro agentem sicarii duo arsaculas saraceni uocát Gladiis cōfodere: deuoti prius ac iurati se hostes ... suæ superstitionis ea ratione iterfecturos. Ii autem postea de fuga retracti: exquisitissimis cruciatibus sunt interempti. Henricus uero Campaniæ comes Isabella regina i uxorem ducta: Tyri dominatu potitus est. At Ricardus Guidonem lusignianū blande eū appellando: in eam sententiam tandē adduxit: ut sibi regni Hierosolymitani iura permitteret: quē titulū anglici reges adhuc usurpant. Auctus itaq; animo Ricardus obsidere Hierosolymá instituerat, uerum in itinere a Saladino extremum agmen carpente uexatus; cum iniquo loco decertare necesse esset: hostem magno suorum incommodo tádem superat: qui postea non longe a Bethleem munitissimo loco castrametatus intercipere cōmeatus istituerat: quo minus ab ægypto ad christianos Hierosolymam obsessuros importarent. Ob hanc itaq; causam & ob hiemem quæ iam appetebat Ricardus relicta tam necessario obsidione: ad quam pōtifex eum continuo subministratis pecunus animabat: Ascaloniam concessit; quam pariter & Gazam a Saladino antea deletas instaurauit. Dilabentibus deinde passim maritimis copiis. Pisani in hadriaticum delati Polam capiunt eo loci hibernaturi. Hác ob rem ueneti aucta maiorem inmodum sua classe Pisanos Pola eiiciunt: urbemq; diripiunt: eos quouis in loco persecuturi: ni Celestinus reip. christianæ cauens: utrunque populum ad pacem cohortatus fuisset. Instabat iam uer: & mouere copias Hierosolymam Ricardus instituerat: cum subito nunciatum est regem Franciæ Normaniam ea mente uexare: ut in Angliam traiiciens regnū illud fratri Ioanni acquireret. Mutata itaque senténtia Ricardus pacem cum Saladino componit his conditionibus: ut sibi omnia præter tyrum & Ptolomaidem haberet: reliqua autem quæ in potestate christianorum relicta remanerét nequaq̄ uexaret. Ictis hoc modo fœderibus: Ricardus in Europam rediens ab hostibus capitur. Redemptus autem ingenti pecuniæ ui: tandem in Angliam proficiscens: sæpe cum rege Franciæ decertauit inclamáte pontifice: qui suo ac christianorum omnium iniquo tempore tantum certamen excitassent: maxime uero q; Saladino mortuo tum maxime recuperari Hierosolyma posset. Ferunt Saladini uiri clarissimi tropheum hoc in funere habitum. Eius enim interior tunica lancea suspensa ante funus deferebatur precone clamante: Saladinū Asiæ dominatorem ex tanto regno tátisq; opibus nil aliud secū ferre. Dignū sane táti prícipis spectaculū: cui nil aliđ laudē ad sūmá d. fuit q̄ christi character. Tum uero Saladino mortuo: Celestinus in magnam recuperandæ Hierosolymæ spem ueniens: Henricum imperatorem: qui mortuo Tancredo regnum Siciliæ occupauerat: ad bellum asiaticum adhortatur: quod cum ipse obire non posset: eo Maguntinum archiepiscopū & Saxoniæ ducē cum magnis copiis ꝓpere mittit. Idem quoq; fecisset & Franciæ rex: ni saraceni Mauritaniam incolentes: in ulterioréq; Hispaniam traiicientes capto rege Castellæ: Beticá oīo cæpissent: quæ hodie Granata dicitur. Nō enī quieturos barbaros Galli arbitrabáť: táta uictoria elatos: sed illaturos bella finitimis. Hác itaq; ob rē militē in Europa retinebát. Germani uero in Asiam traiiciétes & Berití a saracenis

destitutum munirere:& Ioppam obsidione pressam liberauerunt:petituri deinceps Hierosolymam:ni celestino tum mori contigisset pontifice sanctissimo: & qui nil in uita prætermisit:quo terra sancta(ita enim Hierosolymas uocant)recuperaret. In tantis autem pturbationibus rege:tantoq; sumptu bellico ædes ægregias:cum apud sanctũ Petrũ tũ ad Lateranũ ædificauit:quia recipi põtifices per commode possent. Extãt adhuc in Laterano ualla: æneæ e regione sancta sanctorum suo iussu : suaq; impensa fabrefacta. Præterea uero ciuitatis nomen Viterbio dedit : ecclesiamque eorum cathedralem fecit. Tuscanensem & Centumcellensem:ita in eandem transferens ut unus episcopus omnibus præesset. Moritur autem Celestinus pontificatus sui anno sexto:mense septimo:die undecima:sepeliturq; in Basilica Petri : bonis omnibus præ dolore & desiderio hominis lachrymantibus.

INNOCENTIVS.III.

INNOCENTIVS.III. patria anagninus:patre Trasimũdo:e familia comitũ: uir etiã ante pontificatũ doctrina & moribus isignis:a Celestino in numerum cardinaliũ refertur:quo mortuo in eius locũ omniũ consensu pontifex sufficitur. Hic aũt statim ubi magistratum init bello asiatico animũ adiciens: Germanos ꝓpter Henrici mortem in Asia tumultuantes retinere in officio litteris : nunciis: proemiis:pollicitationibus:conatus est. Verum id quidem frustra tẽtaint. Germani enĩ nemini obtemperantes:relicta Asia:in europam cum maximo christianorum detrimẽto transeunt:potissimum uero Ioppensiũ:in quos omni ope destitutos delati thurci:saracenıq; etiã deditionem facturos ui captos ad unum omnes interfecere : euersa statim a fundamentis urbe. Orta & in Germania seditio non parua est:cum pars electoꝝ Ottonem Saxoniæ ducem:pars Philippum germanũ hetruriæ ducẽ:quẽ Henricus tutorem filii moriens reliquerat:imperatorẽ optaret. Et nequid mali ad perturbanda omĩa deesset:rex Franciæ Philippo:Ottoni rex Angliæ fauebat: At uero Innocentius ne tumultu omnia complerent:Ottonẽ imperatorẽ cõfirmat:legitime ab his ad quos pertinebat electum. Non destitit tamen Philippus ob hanc rem:& hetruriã in Italia:& Sueuiam in Germania firmo præsidio munire. Idem fecit & Constantia Henrici uxor:quæ Foederici secundi filii adhuc pueri Siciliæ regnum cis & ultra Pharum præter conditionem sexus:ad ꝓpulsandam uim hostiũ constantissime muniuit. In crebescẽtibus itaque hoc modo discordiis non omittendum bellum Asiaticum Innocentius ratus : sua auctoritate & Bonifaciũ Mõtisferrati Marchionẽ:& Balduinũ Flãdriæ:& Hẽricũ sancti Pauli:& Lodouicũ Sabaudiæ comites ĩ saracenos mouit. Hi aũt oẽs coniũctis copiis Venetias delati:nõ prius uenetos ꝓpulere classẽ ĩ thurcos & saracenos armare:q̃ polliciti sũt oẽs paribus animis Laderã quæ iterũ ad ungaros defecerat recuperaturos. Cõparata itaq; classe:& tergestinos mare infestantes compescunt:& laderenses post longã obsidionem capiunt. Agebant hæc in sinu adriatico:cum Alexius Isahac fratrem imperatorem constantinopolitanũ:quo latini amicissimo usi sunt imperio depulit:& captũ oculis in uincula cõiæcit. Hanc ob rem Alexius adolescens Isahac filius ex fuga ĩ castra perueniens opem pro patre contra tyrannum petit:quæ profecto hac conditione ei cõcessa est:ut & græcam ecclesiam romanæ subiiceret:& auri marchas.xxx.millia persolueret ob damna : quæ olim Hemanuel imperator uenetis francisque intulerat. Hoc autem modo ictis foederibus ab ladera mouentes : dum Cretam præterlabuntur:eam puer Alexius in deditionem accipiens : Bonifacio montisferrato sibi cognatione coniuncto condonauit. Inde uero constantinopolim profecti : dum terra marique urbẽ oppugnant. Theodorum Lascari Alexii tyranni generum erumpere conantem intra moenia retrudunt : urbemque biduo contiouata oppugnatione ui capiunt. Aufugerat noctu Alexius:relicto magno auri pondere apud Hirenem uirginem deo dicatam. Redeuntes itaque in urbem pater Isahac & filius Alexius non diu superuixere. Pater enim morbo:filius autem ueneno petitus interire. Interea uero Bonifacius monferratus regno Thessaliæ potitus : cum pecunia indigeret : suadente Balduino accæpta ingẽti ui

auri: Cretam uenetis dedit. His autem pecuniis frætus Bonifacius Hadrianopolim
a tyranno præssam oppugnans:& Valachos olim romanos ulteriorem Danubii ripam
incolentes: & Vulgaros uicinos in se exciuit. Multitudinem itaq; hostium timés Cõ
stantinopolim petiit:Soldano Iconii iturus obuiam:qui Satellia urbe græca capta: ma
ximis calamitatibus christianos quottidie uexabat.Innocétius autem tot hostibus un
diq; lacessitus: cõquisitum undequaq; militem continuo submittebat.Qui ubi accæ
pit Hilminolinũ maxima classe ĩ hispaniam traiæcisse:Toletumque oppugnare: publi
co edicto omnes qui ferre arma possent:ad extinguendum tantum incendium concita
uit.Cõuenerant eo multi Galli opem hispanis allaturi:qui statim ĩ patriam rediere:ubi
aduentum suũ hispanis minime gratum sensere.Hanc ob rem Hilminolinus utranque
Hispaniam incredibili celeritate hostilem immodum peruagatus: Arelatum usque &
Auenionem perueniens cædibus omnia & populationibus compleuit.Hac autem ca
lamitate perciti quattuor hispaniæ reges Castellæ:Aragoniæ: Portugaliæ:& Nauarræ:
copiis simul iunctis cum Saraceno congressi maximam uictoriam adepti: nil præter
Granatam Hilminolino reliquere.Ob orta tum apud Tolosam hæresis est;quam Inno
centio procurante beatus Dominicus qui postea in sanctos relatus est: mirá celeritate
cõpescuit:adiuuáte etiá Simone Monforti.Non eñi discæptationibus uerbo⁊ tantum
ue⁊ etiá armis opus fuit:adeo inoleuerat tanta hæresis.Otto interim romano⁊ impe
ratos ubiq; a Philippo superatus:cum in Agripina Colonia obsideretur: eruptionemq;
ĩfœliciter tentasset:a Coloniensibus excluditur:qui statim Philippo deditionem fecere.
Non diu tamen superuixit Philippus:a comite nanq; palatino insidiis petitus necatur.
Cognita uero huius morte germani ducem Saxonium imperatorem deligunt:Ottoné
quintum appellatum: quem Innocentius sequenti anno Romæ coronauit. Veneti au
tem tum maxime rei maritimæ studentes: cum obire omnia publice non possent.Pri
uatis ét ciuibus negociũ dedere:ut quas uellét ĩsulas occuparét:mõ ĩ fide rei pmaneret.
Vnde multi ciues ĩsulas Ionii & Aegæi occuparũt:publice tamé Corcyrá Motonũ Co
ronũ in suam redigere potestatem. Otto uero quem diximus ab Innocentio coronam
ĩperii suscæpisse: cõtra ius fasq; occupatis monteflascone.Radicophano multisq; eccle
siæ romanæ oppidis:in regnum neapolitanum mouens id adolescenti Fœderico secũ
do sublaturus:cuius ob ætatem curam tutores adhuc gerebant:iram pontificis in se cõ
citauit:a quo & anathemate notatur:& imperii titulis priuatur:cum monitus ut ab in
iuria discederet parere desierit.Hanc ob rem Boemiæ rex cum maguntino & treuerẽsi
archiepiscopis Lancrauio:Turingiæ:atque Austriæ duce suadente Fœdericum secun
dum Siciliæ regem uigesimum agentem annum romanorum imperatorem deligunt.
Otto itaq; in Germaniam rediens:paternæ ditioni consulturus:Innocentio recuperan
di omnia quæ in Italia cæperat facultatem dedit. Veneti autem rebellantem Cretam ĩ
fide armis continentes anno salutis millesimo ducentesimo quartodecimo: eandem in
Coloniæ formam redigere: missis eo ciuibus qui cretenses in officio continerent. Ve
nerat tum Romam Fœdericus secundus coronæ gratia:quam ubi ab Innocentio im
petrare nequiuisset:in Germaniam profectus regni Germaniæ diadema a maguntino
archiepiscopo accipiens:cum Lodouico rege Franciæ amicitiæ & fœderis societatem
iniit:qua quidem amicitia Lodouicus ipse frætus Ioáni Angliæ regi bellum statim in
tulit. Verum Ioannes auxilio diuino & humano usurus: Angliam Hiberniamque Ro
manæ ecclesiæ uectigales faciens: centum auri marchas quotannis soluturum se pol
licebatur; quod postea aliquádiu seruatum est. Fœdericus autem Ottonem persequés
a Lodouico rege Franciæ graui bello superatum Aquis granum cæpit: ibique iterum
Innocentii pontificis auctoritate frætus uexillum crucis sustulit; laturus(ut ipse dice
bat)opem:& quáprimũ christianis contra saracenos in Asia dimicantibus. Præterea ue
ro ut grati animi signum aliquod præ se ferret: Fundanum comitatum ecclesiæ ro
manæ dono dedit:uel datum antea & usurpatum deinceps reddidit. At pontifex ubi
uideret saracenorum potentiam in Asia concrescere apud lateranum maximũ conciliũ
cælebrat:cui interfuere hierosolymitanus cõstátinopolitanus patriarcha; metropolitani

septuaginta:episcopi quadringenti:duodecim abbates:priores cōuentuales octingenti: græci & romani īperii legati:regum uero Hierusalem:Frāciæ.Hispaniæ:Angliæ:& Cypri oratores. Venere multa tum quidem in consultationem:nec decerni tamen quicq̄ aperte potuit:q & pisani & genuenses maritimo:& cisalpini terrestri bello inter se certabant. Eo itaq; ꝓficiscens tollendæ discordiæ causa pontifex Perusii morit̄ pontificatus sui anno decimooctauo mense septimo:die .xvi.cuius uita adeo ꝓbata fuit : ut post eius mortem nil earum rerum quæ in uita ægerit:laudauerit: improbaueritq; immutatū sit.Nam & decreta plæraq; rettulit:quibus tam locorum q̄ clericorum mores componerētur.Scripsit & libros de sacramento eucharistiæ:de sacramento baptismi:de infœlicitate cōditionis humanæ.Habuit item sermones temporibus & solēnibus diebus accōmodatos.Improbauit præterea abbatis Iochin libellum quendam non sanam doctrinā præ se ferentem.Dānauit & errores Almerici hæretici:qui postea Parisii cum sectatoribus suis exustus est:qui ad reliquos errores affirmabat ideas quæ sunt in mente diuina.& creare & creari:cum ex sententia beati Augustini in mente diuina nil nisi æternum & īcommutabile sit.Dixerat præterea ī charitate constituto nullū peccatū imputari.Iuuere autem huius pontificis uirtutem & doctrinam beati Dominici unde prædicatorum:& Francisci Assisiatis sanctitas:unde minorum ordo tum originem habuit. Sūt qui scribant & gratianum compilatorem decreti & Papiam lōbardū qui uocabula latina in ordinem redægit tēpore Innocentii fuisse.De Papia non ambigitur:Gratianum Alexandri tertii pontificis temporibus quidam ascribunt.Et ne existimes Innocentiū opera pietatis in tanto pontificatu prætermisisse scito eius opera & impensa hospitale sancti spiritus conditum fuisse.auctumq; ab eo magnis prouentibus: quibus & peregrini & ægroti & ac uulgo cōcæpti orphani alerent̄.Ornauit & altare sancti Petri opere uermiculato:ut eius imago & litteræ in fornice ipso scriptæ indicant. Vniuersis præterea urbis Romæ ecclesiis libram argenti dedit:unde calices sacrificandi gratia conficerentur.Restituit & beati Sixti ecclesiam iam uetustate collabantem.Hoc ideo factū ab eo maledici dicebāt:ne omnem impensam in turrim quandā nunc Comitum appellatam cognomēto familiæ suæ transtulisse uideretur:ut cūq; est:constat eum in quouis genere uitæ ꝓbatissimū fuisse:dignūq; qui inter sanctos pontifices censeatur.

HONORIVS.III.

HONORIVS tertius patria romanus:patre Americo:omniū suffragiis pontifex creatur:ad quem Petrus imperator cōstantinopolitanus cū Iole uxore ueniens:ī basilica Sancti Laurentii extra muros coronat̄:deligiturq; statim Ioannes colūna cardinalis romanus:qui legatus ad res Asiæ componēdas.cū his copiis ꝓficisceretur:quas Innocentius ad eā rem collegerat.Peruenerant iam Aconem christiani ꝓceres Honorio hortante:maxime uero Andreas Vngariæ rex uenetorum nauigio frætus:quibus ob tantū beneficiū ius omne concessit:qđ in Dalmatia dux Austriæ habuerat.Andreā quoq; secuti sunt & Henricus comes niuernensis:& Gualterius regis Franciæ camerarius.Ii autem oēs inito cōsilio cū Ioāne hierosolymitano rege:Damyatā Aegypti urbem obsidere instituentes:anno salutis millesimo ducentesimo ac decimooctauo:mense maii eo proficiscuntur.Heliopolis hæc urbs quondam apellata ē ab Helio ptinace:qui eā triplici muro circūdedit deducta Nili particula:quæ urbē ī īsulæ formam redigeret.Suburbia habebat circunquaq; posita plena mercimoniis: hæc primo miles diripuit. Verum cū postea flantibus zephyris Nilus in immensum creuisset: corrupta annona laborare inopia rerum christiani tum cæpere:præcipue autem obsidente aditus Soldano:ne quid importaretur:qui non longe a nostris castra posuerat. Hac itaque difficultate rerum moti christiani in Soldanum copias mouent.Is aūt terrore perculsus relictis castris rerum omnium copiis refertis:nostris obsidendi urbem quā liberaturus uenerat facultatem præstitit.Cordirius aūt magni soldani filius Hierosolymæ retinendæ spem abiciens.si Damyata christiani potirent̄:dirupto urbis muro:turrim Dauid & templū domini tantūmodo integrū reliquit:nec sepulchrū christi uiolauit:motus(ut aiunt)illorum christianorum precibus qui ea loca incolebant.Dum no-

ſtri aũt Damyatam acriter oppugnant:Soldanus cũ maioribus copiis rediẽs inter Cai-
rum & Damyatam caſtra poſuit:nec unq̃ elici ad certamen conuicio aut maledicto po
tuit.Hac uero indignitate moti Galli ſine ordine in eos ruentes:magnũ incõmodũ ab
erumpentibus accæpere:non tamẽ obſidio Damyatæ relicta eſt:quæ tandẽ menſe qui
todecimo a chriſtianis capitur:direpta militem ingenti præda locupletauit.Interim ue
ro Honorius Rome & ordinẽ beati Dominici ipſo inſtante confirmat:& Fœdericum
ſecundũ anathemate notatum ĩperii dignitate priuat: q̃ mortua matre Cõſtantia:quæ
ipſum in officio continebat Romam ueniens:cõtra ius faſq; ditionẽ põtificiam uexa-
bat.Hanc igitur ob rem motus Soldanus:q̃ de inimicitia põtificis & imperatoris ei cõ-
ſtabat:maiorẽ q̃ nunq̃ antea cõparauit exercitum:arbitratus chriſtianos nuſq̃ apparitu
ros:qui ſtatim ſuadente Ioãne colũna cardinali romano ſumptis armis hoſti ad Nilum
obuiã ſiũt.Is uero timorẽ ſimulãs:ne a loco in quo cõſederant abirẽt: Nili excreſcentiã
expectauit:quæ paulo poſt apertis undiq; ipſius fluminis chatarractis ita omnia inun-
dauit:ut cubitũ quouis in loco excederet.Hoc aũt malo pterriti chriſtiani:pacẽ ſtatim
hac cõditõe ĩere:ut Damyata relicta:captiuis utrĩq; dimiſſis reddito a barbaris crucis
ligno chriſtianis:Aconẽ Tyrũq; redire liceret.Damyata itaq; ĩ celebritate purificatiõis
beatæ uirginis a chriſtianis prius habituri:cæpta in eiuſdem natali die barbaris tum ex
fœdere reddita eſt:anno ſalutis milleſimo ducenteſimo uigeſimoprimo : quo quidem
anno tartari gens ſcythica:uel(ut alii uolunt)a mõtibus Indiæ digreſſa:uaſtata Parthia:
Media:Perſia:Aſſyria:Armenia:in ſarmatas tandẽ puenit:atq; non lõge a Meondos pa
lude cõcedentibus accolis ſedes poſuit.Chriſtianoꝝ aũt duces cũ moliri in Aſia nil poſ
ſe uiderent:obſtautibus hoſtibus cum Ioãne colũna in Italiã redeunt : quos ſubſecutus
Ioãnes hieroſolymitanus rex cũ Romã ueniſſet pbenigne magnis donatus muneribus
ab Honorio ſuſcipitur.Fœderico deinde(quẽ diximus) anathemate põtificis notatum:
filiam ex Iole uxore ſuſcæptam ĩ matrimoniũ locat:eiq; ius illud cõdonat dotis nomĩe:
qđ ſibi hæreditario iure in tegno hieroſolymitano cõpetebat.Hic eſt qđ omnes Siciliæ
neapolitaniq; reges:titulũ hieroſolymitani regni uerbis:nõ etiã armis ſibi uindicãt.Io-
annes deinde in Fráciã pficiſcẽs:meliore certe fortuna q̃ antea uſus ẽ.Nã Philippus rex
Franciæ moriens ei ex teſtamento quadraginta millia libraꝝ argẽti:totidẽq; magiſtro
templi hieroſolymitani reliquit:quo adminiculo fræetus in Hiſpaniã pficiſcẽs : ad per-
ſoluendum uotum beato Iacobo pmiſſum:Berengariam regis Hiſpaniæ ſororẽ ĩ uxo-
rẽ accipit:eo præſertim anno quo Dominicus uir ſanctiſſimus Bouoniæ morit̃: quoq;
Fœdericus Henricum filiũ decennẽ adhuc Alamaniæ regem pmulgat. Honorius autẽ
ſatis a rebus externis quietus:& eccleſiã ſancti Laurẽtii extra muros:& baſilicã ſacta ſã-
ctoꝝ:& eccleſiã ſãctæ Viuianæ reſtituit.Aedes præterea caſæ Marii ædificauit : ſemi-
fornicem.& cyboriũ beati Petri miris operis exornauit.Decretales quoq; epiſtolas cõ-
pilauit . Ordinem beati Franciſci cõprobauit:quẽ biennio poſt Gregorius in catalogũ
ſãctoꝝ rettulit.Hoc aũt modo Honorius bene ac beate uitam ducẽs:ut bonũ paſtorẽ
decebat anno pontificatus ſui decimo:menſe ſeptimo:die.xiii.moritur:ſepeliturq; ĩ ba
ſilica ſanctæ Mariæ maioris ad præſepe.Poſt cuius mortẽ tanti terremotus repente ex-
orti ſunt:ut in mõtibus ſaluiis ad quinq; millia hoĩum periiſſe cõſtat:cadẽtibus domi-
bus:ſaxiſq; ex cacuminibus montiũ inhabitatas cõualles paſſim ruentibus.

GREGORIVS. VIIII.

GREGORIVS nonus natõe hernicus:patria anagninus e familia comitũ:In
nocentii tertii nepos:apud Septizodium põtifex creatus : Fœdericũ ſtatim
monuit ſub anathematis pœna:ut primo quoq; tempore ĩ Aſiã cum exerci
tu pficiſceretur recuperãdæ Hieroſolymæ cauſa.Promiſit quidem Fœdericus ſe id fa-
cturũ:atq; omnibus cruce ſignatis mandauit:ut Brunduſii ad certã diem cũ armis ad-
eſſent.Venerat eo magna multitudo:præcipue uero e Germania Lancrauius Aſiæ:qui
Brunduſii una cum magna parte militũ moritur:dũ Fœdericus ægritudinẽ ſimulans
ĩ Sicilia ſe cõtinet.Hæc aũt fraus ita apte depræhẽſa ẽ:ut cõſtet ipſũ Fœdericũ cognita
Lancrauii morte:eo celerrime adnauigaſſe:omnẽq; eius ſupellectilẽ diripuiſſe.Nõ deſti

rit tamen fingere sibi in animo esse in Asiam traiicere. Eo enim post rapinam nauigati-
oné direxit: omnibus qui tum aderant subsequi iussis: licet non ita multo post (ut ipse
dicebat) pcellis agitatus Brundusium redierit. Hac autem fama pcitus. Ioannes rex hie
rosolymitanus cum Berengaria uxore pôtifici rem gratam facturus Bononiam uenit:
uenetorum nauigio in Asiam traiecturus. Verum pontifex cognita Fœderici fraude:
ne Ioanni re infecta abire liceret cum: & hexarcatus Rauennatis gubernatorem istituit:
& Honorii tertii sententiam in Fœdericú latá cõfirmauit. Grauioraq; in eum molitus
fuisset: ni maurorum impetum reformidasset classe tum potentium: quos tandem Fer
dinandus Aragonum rex tanta clade superauit: ut breui Maiorica insula una ex balea-
ribus: & Valentia urbe potitus sit pulsis saracenis: incolas locoq; suscipere christianos
ritus impulerit. Nauigauit tandem Fœdericus amicoq; precibus: & minis pontificis fes
sus in Cyprum usq;: ut christianis in Asia bellátibus: quos sæpe deceperat aliquá spem
daret. At uero dum inde Soldani uires explorat: Rainaldus eius præfectus: quem í Sici-
lia dimiserat; in pontificem mouens multa picétini agri oppida occupat. Erat tú Peru-
sii pontifex Asissium petiturus ut quæ de Francisco uiro sanctissimo miracula audie-
rat præsens cognosceret. Quá ob rem cú re (quemadmodú audierat) comperta: in san-
ctorum numerum statim rettulit: magno christianorum conuentu ob eam rem habi
to. Dúm hæc a pontifice agerentur: alter Fœderici satelles Fulgineú per factionem oc-
cupat: unde paulo post armis bene cum ecclesia dei sentientium depellitur. Instabat lit-
teris & nuncus Fœdericus Aconem iam profectus: ut a pontifice absolueret: q; diceret
se deinceps in eius potestate futurum. Verum pontifex cognita hominis fraude: & chri
stianos milites in Asia dimicantes admonet: ut sibi a Fœderici insidiis caueant: aliquid
noui semper machinantis in hominú perniciem: & Ioanné hierosolymitanú regem cõ-
parato exercitu in Rainaldú mittit: picenum agrum rapinis & incendiis uexanté. Aliis
uero copiis quibus cardinalem Colúnam præfecerat e sancto Germano pfectum Fœ-
derici deiiciens: cú saracenis mercede conductis: omnia ab eo saltu Capuam usq; perti-
nentia: in deditioné breui recæpit. Hac aút calamitate moti: qui í umbria & picentibus
Fœderici nomine militabant: relictis quæ occupauerát í regnum trepide redeunt. Inte-
rim uero Fœdericus Brundusium rediens: pacis admodum cupidus: ultro pontificem
rogat: ut in gratiam recipiatur: imperatorq; appellet: ac pro regno Siciliæ uerus eccle
siæ pheudatarius. Quod quidem non prius impetrauit q̃ uncias auri centú & uiginti
milia ecclesiæ romanæ ob illata dána persoluisset: ipseq; pro ea re supplicatum ad pon
tificem Anagniam uenisset. Cum autem Gregorius ad omnia intentus (ut bonum pa-
storem decebat) perusinorum res ab exulibus perturbatas. eo profectus componere stu
diosus esset: statim Romæ tanta seditio orta est & hæresis quanta nunquam antea. Há-
nibale ex gête hánibala cum quibusdam sacerdotibus male sentiente: quo quidem au-
ctore populus romanus usus in ecclesiam dei coniurauerat: sed hunc diuina ultio cito
compescuit. Nam & tyberis supra modum inundans multa dána mortalibus intulit:
& tanta peste laboratum est: ut decimus quisq; uix supfuerit. Põtifex tamé mira clemé-
tia usus: Romam ueniens populo romano ignouit: pulso e senatorio ordine Hanibale:
conuictis de hæresi sacerdotibus errorem fassis: ac saniorem opinionem subire iussis.
Ad ornandam uero urbem deinde cõuersus: & ueteres cloacas eliminatas restituit: &
nouas extruxit: urbis dignitati & ualitudini uno tempore consulens. Ab urbe deinde
abiens ualitudinis gratia: & Reatæ (ut quidam uolunt) beatum Dominicum principé
ordinis prædicatorum: & Spoleti Antonium Vlyxibona oriúdum: Patauii mortuum:
secundum a Francisco ordinis minoq; auctore in sanctos rettulit. Anagniá deinde redi
ens omnia circunquaque posita muniuit: romanorum contumaciam ueritus: quorum
senator more ueterum legem rogauerat populusq; sciuerat: ut omnia oppida circa ur-
bem posita romanis uectigal penderent. Nõest tamen ueritus pontifex dissuadéribus
cardinalibus Romá proficisci: quo romanos ad sanitatem reduceret: tum monendo: tú
castigando. Verum cú nihil pficeret: Reare se contulit: quo & Fœdericus iperator. Col
locuti simul de rebus agendis: in hanc statim sentétiam uenere: ut primo quoq; tépore

Romanos coniunctis copiis adorirentur. Decæpit tum quidem pontificem: ut antea semper Fœdericus. Namq; in Germaniam abiens: militibus suis mandauit. ut romanis rebus in omnibus obtemperarent. Hac itaq; perfidia pontifex motus: germanis militibus ad castra sua confugientibus magnum proposuit proemium: qua re tanta multitudo confluxit: ut postea romani aperto marte: cum ecclesiæ copiis congredi nusq̃ sint ausi. Recuperato igitur & patrimonio sancti Petri: & agro sabino: spretis'q; Soldani legatis: qui suppliciter pacem petebant: multos ex Francisci & Dominici fratribus per Europã misit: qui prædicatione christianos ad arma contra saracenos concitarent: quorũ opera tanta multitudo militum breui comparata est: quanta nunquam antea. Interim uero dum tanto exercitui dux idoneus quæreretur: Helisabet regis Vngariæ filiam. mulierem optimam ac miraculis claram: pontifex in sanctas rettulit. Theobaldus autẽ Nauariæ rex. & Almericus Montisfortis: Henricusq; Bari ac Campaniæ comes: iter p Germaniam & Vngariam cum magnis copiis facientes: constantinopolim primo: mox traiecto Bosphoro Ptolomaidam peruenere: longe ac late omnia populantes. Verum non ita multo post superueniente magna hostium multitudine: cum se cedendo biduo defendissent: cum optimo quoq; milite cadunt. Atq; hoc modo expeditio magno conatu inchoata: breui residit imperitia ducum. Pontifex autem tantam calamitatem ægre ferẽs: Romam persuadentibus romanis & obsecrantibus redire instituerat: faciendarũ supplicationum causa: ad placandam dei iram: siquam ex peccatis hominum concæperat. Quo minus autẽ id faceret ueritus a Petro frægepane: qui partes ĩperatoris sequebatur. Perusia Viterbium se contulit: iturus contra imperatorem armato milite: quem intellexerat transpadanam Italiam iam tum attigisse: ac contra ius fasq; socias ciuitates oppugnare iam fessas calamitate: alia sup aliã ab Ecelino patauino tyrãno accæpta. Ecelinus enim cognomento romano: cuius auus teutonicus sub Ottone tertio ĩ Italia ordines duxerat: copias a Fœderico secundo accipiẽs magnam tyrannidem in transpadana Italia sibi cõparauit: redactis ĩ potestatem suam Taruisio: Patauio: Vincentia: Verona: Brixia. Fœdericus itaq; aui fœdera nequaquam obseruans: mediolanenses & socias ciuitates apud nouam curtem (ita enim locus ubi pugnatum est appellatur) ingenti clade superatos trucidat. Hanc ob rem pontifex omissa deinceps spe rei bene gerendæ ob illatum socius incommodum: redire ad urbem instituit: Ioanne Cinno urbis senatore cõtradicente: cuius audaciam Iacobus cappocius romanus ciuis infringens. pontificẽ magnifice ac splendide suscæpit. Hic est ille Iacobus cuius nomen adhuc legitur in tabernaculo opere musiuo sua impensa extructo in sancta Maria ad præsepe: qua in basilica Petrus quoq; cappocius sepultus est sanctæ romanæ ecclesiæ cardinalis: qui Fœdericũ imperatorem scismaticũ persecutus est: quiq; & hospitale sancti Antonii non longe ab eadem Basilica: & Perusii gymnasium (quod sapientiam uocant) sua impensa extruxit. Gregorius autem pacata urbe: & Fœdericum iterum anathemate notat. ac imperio priuat: & legatos genuensium ac uenetorum iam ad arma spectantium componendæ rei causa ad se uocat; hisq; rationibus inter utrunq; populum fœdera componit: ne alter sine altero cum imperatore constantinopolitano fœdus iniret: utq; bella gerenda utriq; communia essent: & signa utriusq; uicissim ferrent. Illis autem qui fœdera in nonum infra annum rupissent: interdictum sibi a sacris anathematis uinculo scirent. Balduinus autẽ qui mortuo Ioanne biennio constantinopolitanum tenuerat imperium: cum ægre se ab hostibus inopia ærarii tutaretur: & filium pignori mercatoribus uenetis ob æs mutuo accæptum dedit: & ex ædibus sacris ablatum plumbum ac item lanceam allã spongiãq; qua christus saluator noster hic potus: hic uulnus accæpit: uenetis pecuniosis uẽdidit. Fœdericus autem uenetis admodum insensus: q; Gregorii partes tuerentur. eos tum Paludibus conclusos uehementer oppressit: ac maximis calamitatibus afflixit. Interim uero cõspirãtibus omnibus transpadanis ciuitatibus: duce Gregorio Mõtelongo: bononiensis ciuitatis legato: Ferraria quæ ab ecclesia romana ad imperatorem defecerat capitur Salinguerra uiro fortissimo eam acerrime aliquãdiu defendente. Capta autem Azoni Estensi: qui bello interfuerat ecclesiæ nomine gubernanda committitur:

salutis nostræ anno millesimo ducentesimo ac quadragesimo. At uero imperator qui tũ Pisis erat: cum non satis sibi cõstaret: qui partes suas: quiue pontificis sequeretur: ciuitates Italiæ in duas factiones tum primũ diuisit. Nam qui pontifici fauebãt guelphi: quiue imperatori gibellini appellari sũt. Hæc quidem teterrimaq; factionũ noĩa ad perniciem humani generis inuenta: primum apud pistorienses audita sũt: cum cancellarii Panzaticos gibellinos ab urbe eiæcissent: cũq; alteri factioni Guelph: alteri gibel theutonici fratres fauerent: unde tantæ perniciei nomina indita sunt. Florentini præterea nobiles suos pisanis gibellinarum partium fauentes in exilium eiciunt. Pellunt & guelphos uicissim ab urbe sua aretini & senenses: quorum exempla multæ ciuitates Italiæ secutæ: bella plusq̃ ciuilia inter se cõmissere. Hinc multæ ciuitates a põtifice desciuere: tum in umbria. tum in Hetruria: præcipue autem Viterbienses. Defecissent etiam romani ciues: ni pontifex delans per urbem supplicando apostoloq; capitibus populum ad commiserationem mouisset: habita etiam in basilica sancti Petri oratione dignissima: qua tumultuantes ita in sententiam suam traxit: ut eos impulerit pro ecclesia dei crucem & arma suscipere. Ii postea uenientem hostili agmine ad urbis moenia Foedericum armis submouere: qui indignabundus captiuum quenq; uariis cruciatibus necãs: in Samnium concessit; Beneuentum ui captum diripuit: ac moenia circũquaq; euertit. Iterum autem ad urbem rediens uia latina hostili animo cassinense monasterium spoliat eiæctis inde monachis; Soramq; quondam samnicium ciuitatem ad Liris fluuii caput sitam: ferro flammaq; uastat. Templariorum bona ubique diripit. Saracenos uero adeo dilexit ut eorum opera præ cæteris in bello uteretur. magistratusq; eis ac propriã urbem concesserit: quæ nostris quoq; temporibus Nuceria saracenorum uocatur. Fratrem præterea regis Tunisii Panormi baptismum petentem: ne id faceret uerbis deterruit. Rauennam autem repentino incursu petitam: ĩ potestatem suam redægit. Hãc ob rem Gregorius concilium apud lateranum indixit: in quo de abrogando Foederico ratio haberetur. Verum Foedericus terra mariq; uias præclusit; & quosdam cardinales ac prælatos de uia & nauigatione captos: adiuuantibus Pisanis in carcerem coniæcit. Qua ex re tantum dolorem Gregorius cæpit: ut non diu superuixerit. Moritur enim pontificatus sui anno quartodecimo; mense tertio: cũ paulo ante solis eclipsis tanta apparuisset: quanta nunquam antea. Raimundum autem barchinonensem quo adiutore in compilando libro decretalium Gregorius usus est; ita quidam tum laudant: ut maiori commendatione laudari nemo possit.

¶ CELESTINVS.IIII.

CELESTINVS Quartus patria mediolanensis: e familia castilionum: episcopus Sabinus: uita & doctrina insignis senex admodum & ualitudinarius: in locũ Gregorii suffectus: decimooctauo põtificatus sui die moriẽs: ĩ basilica Petri sepelit̃ magno sui desiderio relicto: q̃ hoĩes sperabant se eius pontificatu foelices futuros. Vacat tũ sedes uno & uigiti mẽsibus. Censuere eñi qui tum auctoritate in ecclesia dei ualebãt nemiñe in pontificem eligendum esse: donec cardinales a Foederico in carcere detinerentur. Interim uero sede uacante. Foedericus agrum picenum percurrens in flamminiã usq; Rauenniã & Boboniã aliquãtulũ resistentẽ ui occupat: scholãq; Bononiensem: quibus admodum ĩsensus erat tũ primum Patauium transfert. Omnes præterea quos fautores ecclesiæ intellexerat; uariis calamitatibus afficit. Balduinus autem constantinopolitanus imperatot omissa spe omni bene gerendæ rei in Asia: cum Raimundo tolosano comite in Italiam ueniens: tantum precibus ualuit & auctoritate apud Foedericum: qui tum Parmæ erat: ut cardinales captiuos aliosque ecclesiasticos ĩcolomes dimitteret. Qui non ita multo post Anagniæ conuentu habito: de creando nouo pontifice rationem habuere.

¶ INNOCENTIVS.IIII.

INNOCENTIVS Quartus: Synebaldus antea uocatus: patria genuensis: familia Fliscae: e Lauaniæ comitibus Anagniæ pontifex creatur: quo nuncio Foedericus imperator non admodum delectatus est. Notat enim hominis

uirtutem magnitudinéq; animi. Antea nãq; simul familiariter aliquãdiu uixerãt: & ob
eam rem uerebatur: ne a se anteactæ uitæ rationem exposceret. Quare congratulanti-
bus amicis dixisse ferunt Synebaldum cardinalem ex amico optimo in hostem acerri-
mum ob pontificatum mutatum esse. Innocentius autem pontificium habitum indu-
tus: Romã ueniés ꝓdeunte obuiã: honorato quoq; magno oíum applausu suscipit: qui
statim pactis quæ de more in consecrandis: coronãdisq; põtificibus fieri cõsueuerũt: de
pace cum Fœderico ineunda mentionem facit: Balduino ad rem conficiendam aucto-
ritatem suam interponẽte. In longum uero protracta res quattuor mensium tempus i-
sumpsit: cõuentumq; inter eos tandem ut pontifex ciuitatem Castellanam petẽs: eo lo-
ci imperatorem operiretur: secum de componendis rebus sermonem habiturum. Ve-
rum cum Innocentius paratas sibi a Fœderico insidias: tum Romæ: tum in itinere cer-
to indice comperisset: Genuensium nauigio fretus: quod apud centuncellas in portu
consederat: in Franciam proficiscens secunda nauigatione usus: Lugdunum peruenit:
ab omnibus benigne & comiter susceptus. Concilio deinde eo loci indicto: anno salu-
tis millesimo ducentesimo quadragesimo sexto: litteris: nuncis: præcone postremo im-
peratorem ad se citat: proposita pœna ni dicto obtemperet. Imperator autem sinuessa-
num quendam iureconsultum eo mittens: nil aliud præter dilationem temporis a pon-
tifice petens: iturum se breui pollicetur. Datum est tempus quo id fieri deberet. Ve-
rum cum Fœdericus fallendi arte callidus: occasioné calúniandi & opprimendi Innocẽ
tii quæreret: omnium consensu imperio & regnis priuatur. Hác ob rem Fœdericus ira
incensus: ædes ac uillas cognatorum quorundam Innocentii: qui eius monitu Parma
ubi fundos habebant Placentiam cõmigrauerant dirui iussit. Inito deinde fœdere cũ
duce Burgundiæ: proficisci Lugdunũ instituit parato ingenti comitatu. Peruenerat iã
quidem ad taurinos cum ei nunciatum est parmanenses exules superatis ad Tarum flu
uium ciuibus suis urbem ui ingressos maximam cædem ædidisse. Hanc ob rem Fœde
ricus omisso itinere quod cœperat: cõuocans ex tota italia copiis suis: quæ ad sexaginta
millia hominum fuisse constat: obsidere Parmam instituit: ad quam tuendam magna
profecto ciuitatum sociarum cum legato apostolico auxilia conuenerant. Is autem
biennio constanti animo obsidionem passus: tandem erumpens: Fœdericum nil tale
metuentem fundit: fugatq; : eiuq; castris rerum omnium copia refertis spoliat. In urbis
eni modum castra uallo ac fossa Fœdericus ipse hac mẽte muniuerat: ut direpta & euer-
sa Parma in quam magnum concæperat odium: eo loci ubi statiua habuerat: nũmosq;
cõflarat uictorinos appellatos: uictoriã urbem conderet. Sunt qui scribant Fœdericum
ea clade & coronam maximi precii: & uasa aurea magni ponderis amisisse: ægreque ex
tanta calamitate ad cremonenses confugisse: quorum tamen urbem intrare nequaquã
ausus é: q; multi ex cremonẽsibus cum Fœderico militantibus eo pcælio ceciderant. At
uero Innocentius ubi intellexit Fœdericũ tanta clade ĩfractum: animo uoluptatibus
se se dedisse extructis a moenissimis hortis: in eisdemq; incluso cum spadonibus suis:
pulcherrimarum mulierum agmine hominis sortem miseratus: omisso concilio lega-
tos per Franciam & alias prouincias misit: qui populis suaderent militiam christi susci
pere: Lodouicumq; regem Franciæ sequi in Asiam traiicere properantem. Id enim se fa
cturum Lodouicus dum graui ualitudine cruciaretur pollicitus est: & uouit. Impedire
tamen hanc expeditioné non nihil uisi sunt tartari: qui agmine bipartito Europam tũ
& Asiam inuaserant. Nam qui Asiam petiere Georgianam: superioremq; Armeniam p-
uagati Iconium usq; thurcorum regiam peruenere. Alia uero manus Batone duce Po-
loniam & Vngariam populati ad mare ponticum deflexere: Vbi Russiam siue Ruthe-
niam & Gazam amplissimas regiones uastarunt. Eodem quoque tempore Grossonii
gens arabica Soldano Babylonis impellente: templarios aggressi eos fundunt: ac Hiero
solymam facile capiunt moenibus carentem. Christianos qui tum in ea erant trucidãt.
Sepulchrũ christi quouis genere turpitudinis fœdant. Hanc ob rem motus Innocenti-
us: Lodouicum regem accelerare iter in Asiam cohortatur: cum eo exercitu quem ad
eam comparauerat. In Cypro hiemare ei necesse fuit: quia eo iniquo anni tempore

peruenerat. Vere autem appetēte Damyatā contendens & classem Soldani reppulit: & pugnantes in littore terrestres hostium copias superat. Ibiq; statiua tandiu habuit. donec ab Italia reliquae copiae subsequerentur. Quo minus autem ex Italia eo miles proficisceret Foederici rabies effecit: qui a libidinibus quibus aliquandiu immersus fuerat ad arma conuersus: totam prouinciam tumultu cōpleuerat: impuleratq; quasdam ciuitates studio partium a pontifice desciscere. maxime uero forliuiēses. ariminēses: urbinates ac totum Picenum. In Vmbria praeterea defecerant omnes praeter Tudertinos: Perusinos: Assisiates. Soli autem Florentini in Hetruria pontificem sequebantur: quos certe adeo bello Foedericus uexauit: ut tandem eos coegerit guelphos conciues suo ab urbe pellere. Bononienses uero cum Hērico Foederici praefecto pugnare ausi: hominē uincunt: & obtruncant. Sunt autem qui scribant Foedericum hoc tempore: dum in Siciliam traiicit Panormi mortuum. Alii uero affirmant eum in Apulia graui morbo laborasse: & iam conualescentem a Mānfredo filio adolescente ex nobili concubina suscaepto: cōpresso ui ore mori coactū. Illud certe cōstat Foedericum paulo ante mortē Mānfredo quem tarentinis principem dederat: multa etiam oppida praeter ipsum principatum dedisse. Corradum uero ex Iole Ioannis hierosolymitani regis filia suscaeptū: haeredem rerum omnium reliquisse: quem postea Manfredi opera ueneno petitum cōstat: cum tamen prius Neapolim & Aquinum ui captum diripuisset: obstante pōtifice & frustra reclamante: qui pacem Italiae ea mente quaerebat. ut ei transmittere militem italū ad Lodouicū: iam Damyatam oppugnantē liceret. Verū capta Damyata: cū Robertus pictauiēsis comes nouas ex Gallia copia traiaecisset: Damyata mouēs ad Pharmianiam urbem exercitum mouet: quo Soldanus cum magnis copiis id ueritus iam peruenerat. Fluuius certe duos exercitus dirimebat: qua ex re factum est. ut nunq̄ collatis signis ad summam dimicationem uentum sit. Leuia interdum committebantur praelia utroq; exercitu castra sua tuente. Robertus tamen maiora ausus: cum temere ꝑgrederetur ab hostibus capitur. At uero Innocentius incendiis bellorum iam pene in Italia extinctis: ad urbem redire instituit: redacto tamen prius in sanctorum numerum Hedmūdo cōfessore cantuariensi episcopo. Cum uero Perusiam iam peruenisset: Romam consulto declinans: ob senatoriam potestatem: quae nimia ei ac curiae romanae uidebatur: Petrū ueronensem ordinis praedicatorum ab haereticis Mediolanum & Comum īter caesum in sanctos christi martyres rettulit. Idem fecit de sancto Stanislao cracouiensi episcopo. qui in uita miraculis claruit. Accersitus deinde a proceribus regni Siculi Neapolim nuper instauratam statim proficiscitur: ibiq; moritur: ac sepelitur in ecclesia sancti Laurentii: pontificatus sui anno undecimo: mense sexto die duodecimo: dum breui se toto regno potiturum arbitratur. Ipsius autem Innocentii uiri optimi decretum fuit: ut octaua natiuitatis beatae Mariae uirginis in ecclesia dei quotānis celebraretur. Idem uero bono consilio usus cardinalium sedes iam pridem uacuas. optimo quoq; in collegiū cooptato repleuit: statuitq; ut cardinales equo in publicum uecti galero rubeo uterent: honestandi ordinis causa. Multa quoq; uir doctissimus ī tanto regꝫ fastigio collocatus: edidit & compilauit. Apparatus namq; decretalium composuit: quo ipsi canonistae plurimum utuntur. Continet enim disputationes quasdam: quae rem ipsam mirifice aperiunt. Edidit & alium in conciliis approbatum: quem Hostiensis in sūma sua auctenticas uocat. Scripsit & librum de iurisdictione imperii & auctoritate pōtificis: contra Petrum quendam cognomento uineam: qui imperii & aliarum rerum omnium arbitrium imperatori tantum ascribebat. Hunc librum postea Innocentius appollogeticum uocauit. Doctorum quoq; uirorū familiaritate mirifice delectatus est: quos etiā ad dignitatis gradum euexit. Vgonem enim uita & doctrina insignem sanctae Sabinae cardinalem promulgauit: qui ob dignitatem accaeptam a priore uita nulquā decessit: ordinis sancti Dominici prius habebatur. Scripsit idem Vgo & glosas in bibliam & cōcordantias: ut istorum uocabulo utar. Huius quoque pontificis tempore & mandato: Alexander ordinis minorum frater: qui iam grandis natu religionem ingressus fuerat: summam in theologiam scripsit admodum copiosam. Edidere & libros suo tempore

in decretales quos apparatum uocarunt Bernardus Parmensis:& Compostellanus uiri doctissimi:ad hanc laudem diligentia & benignitate Innocentii excitati. Pōtificis uero nepos Gulielmus patruum non multo post sequitur:cuius quidem sepulchrum in sancto Laurentio extra muros adhuc cernitur.

ALEXANDER. IIII.

ALEXANDER Quartus natione campanus(nam hernicos olim: nunc cāpanos uocant)patria anagninus:in locum Innocentii suffectus:Manfredum statim admonet:ne quicquam contra dignitatem ecclesiæ moliaẛ:qui accersitis a Nuceria saracenis:copias ecclesiæ nil tale metuentes:apud fossam aggressus partim occidit.partim cæpit:iam pridem animos regios gerens mortuo(ut ipse fingebat) Coradino:cuius se hæredem merito futurum dicebat. Christiani autem quos diximus ad Pharamiam castra habuisse:peste ac fame laborare cæperunt:parte Nili ab hostibus occupata.per quam cōmeatus in castra uehebantur. Eo enim hierosolymitanus patriarcha cum multis nauigiis profectus:ab hostibus capitur. Hanc ob rem Lodouicus ne fame oppri meretur:Damyatam repetens in maximas incidit hostium copias:a quibus bello superatus cum Alphonso pictauiensi & andegauiensi comite fratribus germanis capitur. Verum interfecto a suis post tantam uictoriā Soldano.alter q ci suffectus ē recuperata Damyata:& accæpta pecunia:christianos omnes liberos & incolumes ptolomaidam perduxit. Lodouicus autem rex suadente Alexandro pontifice remissis in patriam fratribus:tādiu in Asia commoratus est:quoad cæsarea Ioppes & Sidon quæ oppida christiani de saracenis nuper recæperant:instaurata præsidiis firmarenẛ. Tum demum uero sexto expeditionis suæ anno in patriam reuertitur. Interea quidem Alexander pontifex excōmunicato Māfredo Anagniam profectus:Octauianum obaldina gēte ortum:ecclesiæ romanæ cardinalem Neapolim mittit:qui Neapolitanos cōtra Mānfredum in fide confirmaret:pollicitus se breui campanis omnibus ac neapolitanis auxilium allaturum. Sed Manfredus non contentus neapolitanos uexare:ī Hetruria quoque factiones mouet:maxime uero Florētiæ:que mortuo Fœderico:statim ī libertatē se se uendicauerat. Vnde communi decreto placuit Guelphos sub Fœderico eiectos ī patriam reducere:qui Gibellinorum conatibus resisterēt. Hac itaq; ratione Guelpha factio tantum in Hetruria ualuit:ut pistorienses:aretinos:pisanos:senēses qui guelphos ciues suos eiecerant graui odio:& maximis bellis persequerentur : lucenses contra pisanos potissimum adiuuantes:quos certe florentini tum oppressissent superatos ad Arserim fluuium:nisi Boniti oppidi suspectam fidem habuissent. Erat enim Bonitium ī ualle Helsæ situm:a Senis duodecim millibus passuum distans:loco:natura:& arte munitum:quo quidem gibellini ut arce belli in guelphos utebātur:hoc ui sublato & euerso.florentini cōtra quos Manfredus senserat:Alexandro pontifici Manfredi aduersario copias pollicerentur. Hanc ob rem Manfredus iam panormi rex declaratus: conducto saraceno milite & legatum apostolicum magnis cladibus attriuit:& Ioardaneum copiarum suarum præfectum cum mille & quingentis equitibus in auxilium senensium cōtra florentinos misit:qui non ita multo post florentinos ad Arbiam flumen tanta clade superarunt:ut relinquere urbem hostibus sint coacti. Non destitit tamen pontifex tyrannos ubiq; locorum persequi. Cum enim Ecelinus tyrannus(quem diximus)totā fere Venetiam occupasse:Mantuam obsideret:Philippum fontanesium archiepiscopū Rauennatem Alexander Venetias propere misit:qui prædicata christi cruce:comparatoq; exercitu Anselmum Ecelini ex uxore nepotem e Patauio expulit. Hanc ob rē Ecelinus Mantuam obsidione soluens:ac Veronam concitato gradu petens:cum recuperādi Patauii spem omnino omisisset:patauinos omnes(ad.xii.millia fuisse ī castris suis constat)uariis cruciatibus necauit. Tum uero theologi quidam ordinis minorum Brixiam missi eo prædicando ciuitatem deduxere:ut & guelphos extorres reciperent: & partes ecclesiæ sequerentur. Idē quoq; placentini & cremonenses fecissent. ni Obertus Pallauicinus dominatum adiuuantibus Gibellinis occupasset. In hunc uero & Ecelinū belli socium legatus apostolicus Brixia mouens adiuuantibus guelphis:apud Gamba-

ram magnam accæpta clade superatur & capit̃ cũ episcopo Brixiano:& factionis guel-
phæ optimabus:quos omnes Ecelinus accæpta prius Brixia incolumes statim dimisit:
anno salutis millesimo ducentesimo.lix.Legatus aũt apostolicus ueritus:ne Ecelini po
tentia supra modum cresceret:se iungere Obertum Pallauicinum ab Ecelino istituit.
Id autem potissimum per Bosum donarium ciuem cremonensem & domi nobilem
tentat.qui Obertũ impulit ꝓposita cum detestatione Ecelini crudelitate & sæuitia.ut
omisso Ecelino cum mediolanensibus & Mantuanis:aliisque sociis ciuitatibus fœdus
iniret.Tum uero Ecelinus ira percitus ꝙ omnes propemodum in se coniurasse cerne-
neret:comparato ad cassanum exercitũ:omnem In surbriam uastãs:socias ciuitates ad
bellum exciuit:a quibus non ita multo superatus & captus Soncini moritur : eo enim
post accæptum graue uulnus delatus fuerat.Omnes itaq; Cisalpinæ ciuitates libertatẽ
mortuo tyrannio consecutæ:Alexandri pontificis deinceps auspicia & monita secutæ
sunt.Legatus autem apostolicus qui patauinos in libertatem uẽdicauerat:reliquias bel-
lorum persecutus Albericum Ecelini fratrem Taruisio pulsum cũ uxore & liberis ob-
truncat.Alexander uero pontifex sublatis tyrannis extincto tanto incendio : repetere
bellum asiaticum instituerat.Sed discordia inter genuenses & uenetos orta effecit : ne
tam pium bellum:tãq; necessarium sumeretur:Prolomaidam Tirumq; urbes admodũ
diuitiis & opibus præpotentes christiani tum incolebant:maxime uero genuenses : pi-
sani:ueneti mercatores:qui p ãnos iã q̃ttuor & sexaginta oẽs fere oriẽtis atq; occidentis
mercaturas eo cõtraxerãt.Ii aũt mercatores sepatas habebãt areas:sepatos uicos:porto-
ꝓpria:nec quicq̃ cõe inter uenetos genuẽsesq; apud Prolomaidã erat præter diuina
templa.De monasterio sancti Sabæ orta contentio est:quod utraq; ciuitas sibi uendica
re conabat̃.Cõponere hãc litem pontifex annixus litteras utriq; dedit:quibus ostende-
bat sibi placere monasterium utriq; ciuitati cõmune esse debere.Sed genuenses cogni-
ta prius pontificis uoluntate,fretiq; beniuolentia Philippi Mõtisfortis urbis præfecti
excluso ueneto monasterium capiunt:& in arcem munitissimam redigunt. Hãc ob rẽ
ueneti populariter abeũtes inito fœdere cũ Manfredo Siciliæ rege contra genuenses
arma sumunt eorũq; classem duarum triremium:& tres ac uiginti magnaꝝ nauium.in
portu Prolomaidæ ui irrumpentes incendunt:ac monasteriũ sancti Sabæ eodem impe-
tu captum euertunt.Genuenses autem hac calamitate magis irritati q̃ perterriti: cõpa-
rata denuo classe apud Tyrum uenetis occurrunt:qui de industria cedentes in põtum
delati.Selimbriam urbem de Saraceno expugnatam diripiũt.Interim uero auctis utri-
que copiis:Tyrũ cõmunẽ belli sedẽ ab utroq; cõtendit̃.At pontifex ueritus : ne aliqua
magna clades ex hac contentione oriretur:legatos utriusq; populi ac pisanos ad se uo-
cat componendæ pacis causa:quæ ꝓpemodũ composita erat:cum nunciatum est inter
Tyrũ & Prolomaidã pisanos ac uenetos eo bello socios genuenses ingẽti clade supasse:
uigitiquiq; eoꝝ nauibus ptim captis:partim submersis:atq; uictores Prolomaidam ui-
ctos Tyrum rediisse.Prolomaidæ autẽ oĩa genuẽsiũ ædificia dirupta oĩa bona direpta
fuisse:pulsoq; inde ciues omnes.Hãc cladẽ ita moleste tulisse dicitur põtifex:ut nõ pri-
us admittere uenetoꝝ legatos uoluerit:q̃ captiuos genuẽsium ĩcolumes dimitterent:
&ne uni tantũ incõmodo põtifici mederi necesse esset:Balduinus ĩperator constanti-
nopolitanus:quo stãte spes aliqua recuperandæ terræ sanctæ superat:de relinquẽda con-
stantinopoli cogitabat. Michael enim paleologus duoꝝ Theodori Vatari filioꝝ ob af-
finitatẽ ex testamẽto patris tutor omni genere iniuriaꝝ latinos psequebat̃: pulso ex
Achaia Gulielmo Frãco:uexatoq; Balduino & domi & foris armis ac seditiõibus.Quo
quidẽ abeunte ad tuẽdam orã põticã ab hostibus uexatã:cõstãtinopolitani ciues nocte
cubia Paleologũ in urbẽ admisere.Hãc ob rẽ Balduinus & Pãthaleo patriarcha a põ
to i Europã flectẽtes cõtẽtiões belloꝝ omisere. Tũ uero Paleologus sublato æmulo &
hoste:occisis clã pueris ĩperiũ sibi desumit:qđ post ãnos octo & q̃dragĩta a latinis i græ
cos rursũ trãslatũ ẽ.Interea uero Octauianus cardinalis balduinus re neapolitana pace
fœliciter administrata:statim ad pontificem redit:qui ubi Clarã uirginẽ ordinis sancti
Francisci Anagniæ in sanctas rettulisset:Viterbium statim proficiscitur.pacẽ inter Ge-

nuenses & Venetos compositurus. Qua in re diutius uexatus: eo loci tedio animi tan-
dem moritur: & in ecclesia sancti Laurentii honorifice sepelitur. pontificatus sui anno
septimo. Vacat tum sedes mēsibus tribus: diebus q̄ttuor. Huius pōtificis uita ab oībus
certe mirifice laudatur. Beneficus enim & liberalis est habitus: maxime uero erga pau-
peres christi: & bene de religione christiana meritos. unde libellos quosdam cōtra pau
pertatem æditos a quodam Gulielmo de sancto amore: perpetuo edicto aboleuit. Affir
mabat enim uir ille perniciosus pauperes religioni deditos: & elemosynis uiuentes non
esse in statu salutis. Combussit etiam uidente curia romana libellum pestiferū: quo au-
ctor asserebat statum gratiæ non a lege euangelii: sed a lege spiritus ꝓcedere. Quæ opi
nio ex libris Ioachin abbatis sumpta dicebatur. Hic autem liber a sectatoribus euan-
gelium æternum dicebatur. Ipse uero Alexander ubi ab externis negociis uacuus
fuit: aliquid semper quod ingenium saperet ædidit: nam & decretales epistolas com-
pilauit: & uiris doctis ita fauit: ut eos ad cardinalatum usq; ꝓuexerit: maxīe ueto Hē-
ricum cardinalem hostiensem: uirum diuini humaniq; iuris peritissimum. Vsus est &
magna liberalitate erga Bartholomæum brixianū doctorem: qui multa in decretales
ædidit: quibus ex rebus præter doctrinam singularem & sanctitatem: magnam conse-
cutus est laudem. Eius quoq; opera redactum est templum testudineum: quod apud sā
ctam Agnetā cernimus ad cultū diuinū: cū antea Baccho dicatum esset: consecrationē-
que altaris beatæ Constantiæ huius manibus factam. litteræ ipsæ indicant in uestibu-
lo templi positæ.

VRBANVS. IIII.

VRBANVS Quartus ex trecensi gallica urbe oriundus: patriarcha hieroso-
lymitanus pontifex creatus: statim e Gallia milites conuocauit: quos Man-
fredo ditionem ecclesiæ uexanti obiiceret. Hanc ob rem Iordanis copiarū
Manfredi in Hetruria contra guelphos dux reuocatus in regnū guelphis respirandi fa-
cultatem aliquantulum dedit: maxime uero florentinis & lucēsibus: quos e medio tol-
lere omnino gibellini instituerāt. Laborabatur & eadem peste in cisalpina Gallia: Vberto
pallauicino factionem gibellinam ubiq; extollente: cōtrariāq; deprimente. Tantæ etiā
uersutiæ is fuit: ut Brixia potitus sit: utraq; factione id approbante. cum se omnibus pa
riter affuturum ostendit. Tum uero mutinenses & rhegienses. ferrariensium ac bono-
niensium consilio usi qui uerebantur ne Pallauicinus omnia occuparet: in partes eccle
siæ declinantes: gibellinos ciuitatum suarum eiiciunt: eorumq; bona guelphis florenti
norum exulibus condonant: quo factio sua ubiq; ualidior haberetur. Fiebant hæc ī ci-
salpina Gallia pontifice ipso omnes continuo ad pacem cohortante. Apud Constanti-
nopolim uero Paleologum ueneti imperio deiæcissent: nisi Genuensibus sociis & ami-
cis fuisset adiutus. Factus deinde potētior Paleologus capta Monouasia: uenetis & Gu
lielmo Achaiæ principi facile resistebat. Parauerat iam legatum pontifex: qui pacem in-
ter uenetos & genuenses componeret: cum subito Manfredus comparatis nouis sarace-
norum copiis: agrum picenum iam antea nutantem occupat. Pontifex itaque eun-
dem legatum in Galliam mittit: qui gallos cruce signatos: iam antea ea de re monitos:
maturare iter precibus & pollicitationibus impelleret: qui certe duce Guidone episco-
po antisiodorensi in Italiam descendētes: superato ad Brixiam Pallauicino nemine dein-
ceps resistente: Viterbium usq; peruenere. Vnde non ita multo post accæpta pontificis
benedictione digressi: per umbros & marsos iter facientes: saracenos qui eo confugerāt
facillime superant & ad Lirim usq; propellunt. Eodem quoq; tempore romani & si di-
tionem ecclesiæ nequaquā uexarent: non tamen pontificis imperio obtemperabāt: ma
gistratus in urbe suo nutu creantes. Desinentes itaq; senatorem ex ciuitate romana cre
are. tum primum ex exteris Brācaleonem bononiensem magni animi cōsiliique uirū:
ad tantum magistratum magno proposito proemio acciuere. Verum postea mutata
sententia: hominem compræhensum in carcerem coniiciunt. Hac autem iniuria bo-
nonienses moti: romanos quosdam captos non alia cōditione dimissuros se affirmāt: ni
si restitutū ī libertatē ciuem suum Brancaleonem itellexerint. Tum uero romani suis

cauentes: non solum Brancaleonem dimittunt: uerum etiam eundem in pristinam dignitatem restituunt: alio etiam ex omni regione urbis delecto magistratu (quem Banderesios appellabant) penes quem uitę ac necis hominũ arbitrium esset. Hac autem insolentia ideo uti romanos pontifex intelligebat: q eā a Mãfredo uexari armis cernerẽt: nec eoꝝ conatibus posse resistere. Quare tyrannos a ceruicibus ecclesiæ aliquãdo reiecturus: legatos ad Lodouicum Franciæ regem mittit: qui eum adhortentur: ut primo quoq; tempore Carolũ Prouinciæ & Andegauiæ comitem consobrinum & generũ suum cum exercitu in Italiam mittat: q sibi in animo esset Manfredo pulso: hominẽ regẽ Siciliæ citra & ultra Pharũ creare. Fecisset tum id quidem (adeo erat ad tantã rem ob ingratitudinem Manfredi animatus) ni ægritudo a rebus gerendis eũ abstraxisset. Quod deinceps a sequenti pontifice postea factum autumant. Sunt qui ascribant huius pontificis ætati Albertum theutonicum ordinis prædicatorum fratrem: quem ob amplitudinẽ doctrinæ magnum appellant. Qui & omnia opera Aristotelis commentatus est: & theologiam christianam acutissime aperuit: & de paruis naturalibus q̃ diligẽter scripsit. Aedidit & librum de coequeuis: in quo quidem res naturales theulogiæ quantũ fieri potest per similes ostenduntur. Exposuit & magnam partem bibliæ: euangelia: ac Pauli epistolas glosis optimis aperuit. Inchoauit etiam summam theologiæ: sed nõ perfecit. Tantæ præterea modestiæ fuit: adeoq; lectionũ appetentissimus: ut ratisponẽsem episcopatum abnuerit: quem tumultu & armis gubernare interdum opus erat: ut nunc etiam apud Germanos mos est: quoꝝ plæriq; episcopi ense & milite rem suam tutant. Priuatus itaq; Coloniæ aliquãdiu publice legit. Tandem uero octogesimũ ætatis agẽs annum: eodem in loco moritur: multis discipulis qui posteritati consulerent relictis: maxime aũt Thoma Aquinate: qui relicta patria insigniq; cognatione (originẽ enĩ e comitibus Apuliæ ducebat) Coloniam pergens tantum ꝓfecit: ut post aliquos ãnos apud parisios primum in doctrina locum teneret. Vbi & quattuor libros in sententias ædidit. Scripsit & librum cõtra Gulielmum de sancto amore uitum perniciosum: ut antea diximus. Duos præterea libros ædidit: quorum alter est de qualitate & essẽtiis: alter uero de principiis naturæ. Romã deinde ab Vrbano accersitus: spretis dignitatibus quæ ultro ei offerebantur: totum sese lectioni & scriptioni dedit. Nam & scholam Romæ instaurauit: & rogatu Vrbani multa cõscripsit: & totam fere naturalẽ philosophiam ac moralem cõmentationibus exposuit: & contra gẽtiles ædidit. Declarauit & Iob: cathenãq; auream contexuit. Composuit & officium de christi corpore: quo in opere plurimæ figuræ testamenti ueteris continentur. Ad Vrbanum pontificem redeo: qui pontificatus sui anno tertio: mense uno: die quarto Perusii moritur. in cathedraliq; basilica sepelitur. Vacat tum sedes mẽsibus quinq;.

CLEMENS. IIII.

CLEMENS Quartus Guido Fulcodii antea uocatus: natione narbonensis: e uilla sancti Egidii: merito ob sãctitatẽ & doctrinã põtifex creat. Is enĩ iurecõsultus totius Galliæ sine cõtẽtione primarius: in curia regia causas integerrime agens uxorem & liberos habuit: qua mortua primo podiensis: deinde narbonensis episcopus: postremo cardinalis omnium consensu creatus: solus ob ĩtegritatem & auctoritatem deligitur: qui lites inter Henricum Angliæ regem: & Simonem Montisferrati comitem componeret. Postea uero pontificatum adeptus (ut quidam tradũt) mendicantis religiosi cuiusdam habitum indutus: Perusium incognitus peruenit: eo deinceps profecti cardinales: quem etiam absentem in pontificem delegerant: hominẽ ipsum Viterbium honorifice ꝑducunt. Carolus autem (quem diximus) ab Vrbano ĩ regnũ accitũ: cũ trigĩta triremibus Massilia soluẽs Tyberi amne subuectus: Romã ĩgressus: tãdiu senatoriũ munus mãdato põtificis obiuit: quoad superuenere cardinales a pontifice missi: qui hominẽ ĩ lateranẽsi basilica: Hierusalẽ & Siciliæ regẽ declararunt: hac conditione: ut Carolus sacramẽto adactus quotãnis pheudi nomine quadraginta milia nũmum aureoꝝ ecclesiæ romanæ persolueret: neue imperiũ romanum etiã ultro oblatũ acciperet. Magna enĩ de ĩperio contentio iã orta erat ĩter Alphonsum regem Ca-

ſtellæ:imperium armis & largitione quærentem:& Cornubiæ comitem regis Angliæ fratrem:ad quem electores non facile reſpiciebant. Ne igitur Manfredo ſpes ulla ſubeſſet diſcordiarum inter Alphonſum & Carolum:ad quem magna pars hominum imperium deferebat:ſublata petendi facultate:pontifex hominem in Manfredū concitabat eccleſiæ romanæ contemptorem. Iam enim Caroli copiæ ſuperatis alpibus:in Ciſalpinam deſcenderant:factoq; flammineam itinere omnes factionis guelphæ milites Romam uſq; perduxerant. Vnde Carolus mouens & Ceperanum capit:pulſo inde Manfredi præſidio:& ſaltum Caſinatum occupat:quem Manfredus ipſe cuſtodiendum acceperat:quāq deinde mutato conſilio Beneuentum ꝓfectus expectare hoſtem in planis patentibuſq; locis inſtituerat:ꝙ plurimum equitatu ualeret. Mouit & eo Carolus:& facta pugnandi copia:licet ex itinere feſſi milites eſſent:prælium non detrectat. Ciet uterq; dux ſuos in pugnam. Verum dum Carolus laboranti ſuorum turmæ intentius(ut fit)ſuccurrit:ex equo conſternatus ita hoſtium animos auxit:ut Manfredus extra ordinem incautius pugnans interfectus:apparente ſubito Carolo fortunam belli ſtatim mutauerit. Ex ſuis enim in fugam uerſis multi interfecti ſunt:pleriq; uero uiui capti. Carolus autem tanta uictoria potitus:Beneuentum mouens urbem dedentibus ultro ciuibus ingreditur. Nuceriam deinde oppugnare adortus:quo ſe noui ueteresq; ſaraceni recæperāt:magiſtrum militiæ ſuæ(quem mareſcallum uocant)cum quingentis equitibus in Hetruriā mittit:qui guelphos extorres ī ciuitates ſuas reduceret. Is itaque ꝓfectus abeuntibus ſponte gibellinis: magiſtratū ſine prouocatione Florentiæ cōſtituit:quem Accolæ factionis guelphæ capitaneos uocāt. Inde uero ī ſenenſes mouēs omne gibellinos Hetruriæ:maxime uero piſanos in ſe concitauit:dum ad Bonitium caſtra habet:quod gibellini acriter defendebant. Carolus autem utroq; regno in poteſtatem recæpto:excæpta Nuceria:ſaracenis tandem pacem concedit:permiſſis etiam ſuis legibus in Italia uiuere. Ipſe uero cum exercitu uocante pontifice: Viterbiū ſe contulit:quo & Henricus fratre rege Caſtellæ pulſus paulo ante peruenerat:quem pontifex Caroli cōmendatione motus:& multis muneribus donauit:& ſenatorem Vrbis creauit. Carolus aūt ī Hetruriam mouens gibellinos domiturus:qui Corradinum adoleſcentē Corradi ſueui nepotem in Italiam contra guelphos uocabant:Bonitiū ægregie defenſum & natura munitum:cum ui capere non poſſet:famæ ad deditionem cōpellere inſtituit:quo tandem poſt longam obſidionem recæpto:in piſanos mouens:Mutroniū eorum oppidum captum lucenſibus dono dedit. Moliturus etiam maiora tum Carolus uidebatur:niſi a ſuis ī regnum propere uocatus fuiſſet:ob factioſos quoſdā ꝗ Corradini rebus fauebant:maxime uero ſaracenos:quos deinceps munitiſſimis caſtellis in Nnceria cōcluſit:quo ei tutius in Corradinum proficiſci liceret:quem Piſani in regnū deducere conabantur:uaſtatis prius lucenſium agris : ſuperatoq; atq; interfecto apud Aretium Catoli mareſcallo:adiuuante præſertim Guidone ferretano:totiuſq; Ciſalpinæ factione gibellina. Ferunt pontificem(dum adoleſcens ꝑ agrū uiterbienſem iter in regnum faceret)eius caſum miſeratum ꝓphetica uoce dixiſſe : Corradinum ipſū ut uictimam ad cædem duci. Is itaq; romam proficiſcens Henricum ſenatorem ad pontem Miluium cum populo romano obuiā habuit: imperatoris nomine ſæpius acclamato:timore ne id fecerit:an ſtudio partium haud ſatis cōſtat. Dimiſſo autē Romæ Guidone ferretano:ipſe cū exercitu in regnū properans:ubi ītellexiſſet Carolum ſaltus herni cos latinamq; uiā occupaſſe. Flexit inde ad equicolos mōtes:quos Tagliacocii uocāt : ī marſos ꝓfecturus. Caſtra itaq; primo nō lōge a lacu poſuit:fere aqueductuū uetere ædificioq; ruina munita. Mouerat & eo Carolus decimo inde ſtadio ad cōcauæ uallis fauces caſtra locās:qui Alardi neapolitani cōſilio uſus(is enī cū germanis diu militauerat) partē exercitus ſtatim præmiſit cū mareſcallo regia ueſte īduto:laceſſēdi hoſtis cauſa. Ipſe uero citra collē cū fortiſſimo quoq; ī īſidus benegerēdæ rei occaſionē īterim expectabat. Ad tris autem horas iam pugnatum eſt dubio marte:cū mareſcallus fortiſſime pugnans occiditur:cuius in morte cedentibus gallis: germani ferociores facti, paſſim ſine ullo ordine inſequebanť. In hos itaq; incompoſite irruentes:Carolus delatus fūdit,

fugatoq; magna in fuga ædita hostium strage. Henricus autem senator Reate in fuga captus est: & Corradinus cum duce Austriæ cognitus (dum traiicere Tyberim nauigio in Hetruriam tétat) ad Carolum pertractus capitali supplicio afficitur: quod (ut diximus) pontifex futurum propediem diuinauerat. Carolus itaq; anno salutis millesimo ducentesimo sexagesimooctauo: tanta uictoria potitus: totoq; regno sine contentione in potestatem suam redacto: Romam proficiscens senatorium munus uolente pontifice aliquándiu administrauit: misso marescallo suo in Hetruriam: cuius certe & industria & opera pax inter senenses & florentinos composita est. Verum mortuo Clemente: pontificatus sui anno tertio die uigesimo primo eodemque uiterbii sepulto: tanta repente non solum inter populos Italiæ: quos aliquantulú in officio sanctissimus pōtifex auctoritate sua continebat: uerum etiam inter cardinales discordia orta est de creando nouo pontifice: ut biennio sedes uacauerit. Tú uero Carolus omnia circunspiciés: nequid mali ecclesiasticæ ditioni obueniret: cum parte exercitus in Hetruriam profectus: Bonitium oppidum (unde initium turbandæ pacis ortum est) captum flotétinis uédidit: quo demolito: nouum haud longe in plano condidere poggium: Bonitium appellatum. Carolus deinde inita cum pisanis pace (quorum nauigiis in Aphricá traiecturus uti instituerat) redire in regnum cōstituit: relicto cum parte copiarum in Hetruria Ruffo Anguillariæ comite: qui hetruscos in officio cōtineret. Interim autem Lodouicum regem Massilia soluentem tres filii adolescentes: rexq; Nauariæ: Theobaldus: & comes Campaniæ cum legato apostolico secuti sút. Tunisium itaq; simul applicantes: urbem obsidione cingunt: incursionibus omnia circúquaq; posita uastantes. Verum orta in castris pestilentia: ac diutius per ignota capita uagata. Lodouicum regem cum filio minore natuq; legato apostolico e medio sustulit: cuius in locum Philippus filius suffectus: de discessu cogitare iam cœperat. Superueniente autem Carolo Siciliæ rege: hac conditione pax composita est: ut dimissis utrinq; captiuis: rex gentis Carolo tributum péderet: liberamq; in Aphrica christi prædicationé sineret. Reductis deinde in Siciliam copiis: mortuo apud Drepanum rege Nauariæ & Campaniæ comite: Philippo & Carolo placuit: partim pietate moris: partim uitádæ cōtagionis causa Centúcellas ad nauigate: inde terrestri itinere Viterbuí ituti: ubi de eligédo pōtifice cardinales adhuc cōtédebát: qui certe tantorum regum præsentia moti. Theobaldum placentinum: leodiensem archidiaconum absenté pontificem crearunt. Ad Clemété redeo: cuius uita omni ex parte laudanda est doctrina: pietate: religione: humanitate: modestia: charitate in ꝓximú & pauperes christi. Bona aút ecclesiæ ita accurate dispensauit: ut plus deo q̄ affinitati & cognationi tribuisse uideať. Duas habuit filias ex mortua uxore ante pontificatum susceptas: quarú alteræ in monasteriú collocatæ: triginta libras turonensiú paruorú dedit: alteræ aút quæ marito suæ conditionis nupserat: trecétas libras turonésiú dotis nomine numerari iussit: hac cōditione nequid unq̄ amplius peteret. Habuit & nepoté clericú: qué ubi cōperit tres præbédas (ita ení canonicatus uocát) habere: optioné facere cōpulit: ut quá uellet ex his retineret: duas relinquaeret. Verum instantibus amicis: ut nō solú quæ habebat nepoti dimitteret: sed maiora & plura tribueret. Respōdit uir sanctissimus (qué utiná nostræ ætatis pontifices imitati essét) se deo: nō autem carni & sanguini acquieturꝫ. Deú ita uelle: ut sua i pias causas erogarentur: nec esse dignum Petri successorem: qui plus cognationi q̄ pietati & christo tribueret. Dú aút Viterbii esset: referetq; quottidie Ednigem Poloniæ ducissam iam pridem mortuá: miraculis summo in precio eē: eá in sancta rettulit. Delectatus est etiá mirifice doctrina Bonauéturæ: ordinis minorꝫ generalis: qui grauiter & copiose tú scripsit in primum: secundú: tertium: & quartum séntétiarꝫ librú. Hac aút cōmendatione moriens uir sanctissimus: magnú sui apud omnes desiderium reliquit. Hic contentio iter cardinales orta est: cú dignus Cleméti successor queritur.

GREGORIVS.X.

GREGORIVS Decimus Theobaldus antea uocatus: natione italus: patria placentinus: leodiensis archidiaconus: in Asia existens: Viterbii a collegio

cardinalium pontifex creatur. Eo enim tempore quo Lodouicus in Aphricam nauiga
uit: Herdardus regis Angliæ filius: ex Anglia cum ingenti classe in Asiam traiecit: re-
cuperandæ terræ sanctæ causa. Verum dum Ptolomaidæ tādiu immoratur: quoad Lo-
douicus rex Franciæ (ut pollicitus erat) eo ex Aphrica uictor traiiceret: ab Arsacida fa-
miliari: dum solus in cubiculo esset tribus uulneribus petitus: ægre mortis piculū eua-
sit: adiuuante altero familiari: qui manum Siccarii tandiu retinuit: donec a domesticis
discerptus & extractus e cubiculo sceleratus Arsacida ē. Herdardus aūt ubi ex uulneri-
bus cōualuit: Theobaldū contubernalem suū: magno semp in precio habitum: quippe
qui omnes reges & principes christianos cōtinuo ī saracenos animauerat: ituꝝ Romā
pōtificatus gratia a cardinalibus accitū: nauigio: pecuniis: ægregio comitatu mirifice iu
uit: eo potissimum tempore: quo Henricus adolescens Ricardi paulo ante mortui co-
mitis Conubiæ filius: Viterbium uidendi Clementis causa uenerat. Quo mortuo dum
adolescens ipse ibi aliquādiu moram trahit: malo fato sublatus est. A Guidone enī Mō-
teforti qui tum cum Philippo francorum rege cathedralem ecclesiam audiendæ rei di
uinæ causa petierat: ante aram interficitur: ꝗ a Ricardo pater eius Simon in Anglia do-
lo necatus fuerat. Vltus hoc modo patris necem: ad Ruffū Hetruriæ præfectū incolu-
mis euasit. Abiere Viterbio hac indignitate moti non ita multo post: & Philippus ī Gal
liam & Carolus in Apuliam: qui pace cū saraceranis inita: Theobaldum Sypontum (qđ
Manfredoniam nunc uocant) nauigiis appulsum: Ceperanum usque comitatus est. Inde
uero pontifex per marsos & sabinos iter faciens: Viterbium tandem peruenit: ubi a car
dinalibus pbenigne & honorificentissime suscæptus: coronaꝗ pontificia ornatus: oēm
potestatem accipit quam christus Petro reliquit. Composito deinde ꝑ tempore ponti-
ficatu. ad componendam pacem inter genuenses & uenetos animum aducit. Ii enim po
puli inter se magnis cladibus iam dudum decertauerant. Hanc ob rem Philippus rex
Franciæ Cremonæ subsistens: pontificis rogatu uocatis genuensium & uenetorum le-
gatis: pacem inter eos in quinquentium composuit: quo simul omnibus proficisci ī sa-
racenos liceret. Quiescebat iam Italia: cum initium perturbādi omnia a uenetis ortum
est: noua uectigalia exigentibus. Instituerant enim nequis in sinu hadriatico nauigaret:
maxime uero Pola Venetias nisi soluto portorio e mercium numero. Hanc autem in-
dignitatem non ferentes bononienses: qui magnæ flāminiæ parti tum præerant: trien-
nio uaria fortuna cū uenetis decertarunt. Demū uero fessi: hac lege pacem accæperunt:
ut dirupto castello: quod in primo Padi ostio ædificauerant: quarundam mercium li-
beram eductionem haberent: ostiorum Padi ueneto libera custodia dimissa. Anco-
nitani quoque indignabundi: ꝗ ueneti hadriatici maris dominatum sibi uendicarent:
uectigalq; a nauigantibus exigerēt: ea de re apud pontificē cōquæruntur: cuius officiū
est ꝓhibere: ne noua uectigalia imponantur. Is autem uenetis statim imperauit: ut exa-
ctionem illam tollerent: qui certe nil aliud respondere: q̄ pontificem nō habere rei ipsi
us planam cognitionem: uerum re cognita tum melius iudicaturum. Non potuit
Gregorius rem inchoatam ex sententia perficere. Eundum erat ad concilium: quod
Lugdum indixerat: quo & Paleologus imperator constantinopolitanus cum magno
comitatu profectus: tertiadecima uice in sententiam romanæ ecclesiæ græcos totiens
deficientes pertraxit. Huius præterea auctoritatem quidam tartari proceres secuti: sa-
crum baptisinatum recæpere. Interea uero uacante imperio occidentali Rhodulphus
Assiani comes ab electoribus hac conditione imperator creatur: ut sequenti āno Ro-
mam peteret. coronæ accipiendæ causa. Florentini autem gualphi: gibellinos conci-
ues suos a Gregorio (dum iter in Galliam facit) in patriam reductos: statim eiciunt.
Hanc ob rem iratus pontifex: eis ius fasq; omne interdixit: paulumque abfuit quin idē
quoque in bononienses ageret: qui lambertescios asmelloiq; gibellinos cum præclaris
familiis eiæcerant: sed ii non ita multo post poenas dedere. Nam cum exercitum in fo-
roliuianos duxissent: qui exules suos pbenigne suscæperant: eruptione facta de bononi
ēsibus ad octo millia cæsa traduīt: q̄ quidē calamitate cōfisæ quædā Flāminiæ ciuitates
ab ipsis bononiēsibus statī defecere: maxīe uero Ceruia: unde magnū salis uectigal susci

piebant. Gregorius autem absoluto lugdunensi concilio: in quo multa decreta sunt: ad electionē sūmi pōtificis: ad expeditionē ī saracenos: ad unionē graecae latinaeq; ecclesiae: ad pacem christianoꝝ pertinentia: iter in Italiā faciēs: obuiū habuit Alphonsū Castellae regē apud Bellocadoꝝ admodū cōquerentē: q̄ imperium Rhodulpho mandasset. Veꝝ accepta pōtificis satisfactione: ius omne suū Rhodulpho concessit. Pontifex aūt ꝑbenigne ab omnibus Italis susceptus: dum iter per Hetruriam facit: florentinos sponte deuitans: ne interdictum tolleret: Aretium peruenit: ubi pontificatus sui anno quarto: mense secūdo: die decimo morit̄ & sepelit̄: uir certe in omni uita clarus: prudētia rerum gerēdarum: fortitudine animi: qua pecunias & res humiles cōtemnebat: humanitate: clementia: benignitate in pauperes christi: & eos potissimū: qui ad gremium sedis apostolice confugiebant.

INNOCENTIVS.V.

INNOCENTIVS quintus Petrus tarātasiensis antea uocatus: natione burgundus: ordinis sancti dominici: uir in sacris litteris doctissimus: anno domini millesimo ducētesimo septuagesimo quinto Aretii pōtifex creatur: unde paulo post Romā abiens in sancto Petro coronatus: statim animū ad pacādas res Italas adiaecit. Quare legatos magnae auctoritatis uiros misit: qui & Hetruscos in perniciē pisanorū cōspirātes: & genuēses ac uenetos de uita ac sanguine īter se certātes ab armis discedere sub anathematis poena cogerēt. Aderāt & oratores Caroli regis: cuius etiā auctoritate rē magis ex sententia confici posse sperabat. Fecere mādata hetrusci: maxime uero florētini: quos ob hanc rem pontifex ab interdicto Gregorii absoluit. Genuenses aūt & ueneti: quoꝝ odia magis inoleuerāt: in armis continuo erāt: se se inuicē mutuis cladibus cōficiētes: quos tamē Innocētius ī sententiā suā traxisset: si ei diutius uiuere licuisset: adeo ad eā rē aīatus erat. Morit̄ aūt pōtificatus sui mēse sexto: die secūdo: sepeliturq; ī lateranēsi basilica. Quominus aūt mors eius molesta presbyteris secularibus uideret̄ effecit eius iudiciū paulo ante latū. Nā cū Viterbii īter sacerdotes cathedralis ecclesiae: & fratres praedicatores de corpore Clemētis quarti orta cōtentio esset: uterq;.n. odio sanctissimū corpus apud se uolebat: adiudicauit id fratribus cōmitti debere: q̄ diceret sanctissimū pōtificē id ita dū uiueret īstituisse. Hāc itaq; ob rē leuē offēsiūculā Innocētius cōtraxit: alioquin uir optimus: & de quo bona oīa sperari poterāt.

HADRIANVS.V.

HADRIANVS Quintus patria genuensis: familia flisca: Othobonus antea uocatus: Romae in atrio lateranensi pontifex creatur. Fuit autem Innocētii quarti nepos: sanctiq; Hadriani diaconus: cardinalis ab eodem creatus: & in Angliam legatus cum summa potestate missus: ad sedandum tumultum inter regem & barones ortum. Creatus itaque pontifex Viterbium statim ꝓficiscitur: Rhodulphūque imperatorem ad comminuendam Caroli potentiam: qui tum Romae omnia pro arbitrio agebat: in Italiam uocat. Verum Rhodulphus boemico implicitus bello: Hadriano satisfacere non potuit. Carolus autem ad declinandam inuidiam intētus: omnē tum belli in Achaiam transfert: uiam sibi ad imperiū cōstantinopolitanū facturus. Verum mortuo Hadriano: pontificatus sui die quadragesimo: in Italiam redit. Moritur autē pontifex Viterbii ante munus consecrationis suae: sepeliturq; in conuentu fratrū minoꝝ. Fuerat quidē ei in animo: & ditionē ecclesiae tutiorē a tyrannis reddere: & cōstitutionem Gregorii de eligendo pontifice in meliorem formam redigere: nō omnino tollere. Eius autem conatibus & animi magnitudini mors obstitit. Vacat tum sedes dies octo & uiginti.

IOANNES.XXI.

IOANNES Vigesimusprimus natione hispanus: patria ulyxibonēsis: Petrus antea uocatus: ex episcopo tusculano pōtifex creat̄. Hic & si doctissimus est

habitus:tamē ignoratione reꝝ gerēdaꝝ & morū inæqualitate plus detrimēti q̃ honoris & emolumēti pontificatui attulit. Multa enī stoliditatem præ se ferētia ægit. In uno tantum cōmendatiōe dignus:q̃ adolescentes litteraꝝ studiosos:inopes maxime beneficiis ecclesiasticis & pæcunia iuuit. Vexabant tum ueneti anconitanos:q̃ in Dalmatia mercaturam exercerent:nullo persoluto uenetis portorio:neq; eos(ut par erat)uectigales ecclesiæ pōtifex ipse tuebatur:in uerbis tantūmodo promptus:in rebus agendis timidi & infracti animi. Anconitani aūt pōtificis auxilio destituti:seipsos colligētes eruptione facta:uenetos urbē obsidentes:magno illato incōmodo propellunt. Vsus tamen cōsilio Ioānis caietani:cuius nutu omnia tum gerebantur:q̃ ipsius auxilio & suffragiis pontifex creatus fuerat:legatos tum ad Paleologum : tum ad reges occidentales misit:qui eos suo nomine cohortarentur:ut pace īter se inita:arma ī saracenos & hostes christiani nominis pararent. Pollicebatur homo stolidus sibi longam uitam:& diu se uicturum omnibus prædicabat. Quippe cuius uita & mores omnibus patebant:adeo erat īuerecundi & secordis ingenii. Sed ecce dum hanc stulticiam omnibus prædicat : camera quædam noua quā in palatio uiterbiensi extruxerat subito corruit:atq; īter ligna & lapides inuentus:septima die post tantam ruinam acceptis omnibus ecclesiæ sacramentis:pontificatus sui mense octauo moritur:Viterbiiq; sepelitur. Vir(ut dixi)admodū litteratus:sed parum prudens. Multa enī in uita sua scripsit. Potissimū uero canones quosdam ad medicinā ptinentes. Nam medendi arte admodum peritus habebat̃. Scripsit & librum quem thesauros paupeꝝ uocat. Aedidit & ꝓblemata quædam Aristotelem imitatus. Sed hoc nescio quo pacto compertum est:ut uiri quidam admodū litterati ad res agendas parum idonei uideantur. Nescio quo pacto dixi:cum mirum potius omnibus uideri debeat:ut qui contemplatione delectatur:idem etiam rebus terrenis animum applicet.

¶ NICOLAVS.III.

NICOLAVS tertius patria romanus:ex familia ursina:Ioannes caietanus antea uocatus:pontifex tandem creatur:ꝓtracta in sex menses electione:nō sine magna cardinalium cōtentione:quoꝝ conclaui senator Siciliæ rex præfuit:qui admodū instabat:ut unus aliquis ex natione gallica eligeret̃. Nicolaus aūt inito pontificatu:anno domini millesimo ducentesimo septuagesimooctauo:Caroli potētiam cōminuturus:Hetruriæ uicariatum ei abstulit:q̃ diceret Rhodulphum id ægre ferentē:non aliter expeditionem ꝓ terra sancta ꝓmissam acturum: cū Hetruria imperatoriæ iurisdictionis haberet̃. Hoc cōsecutus pontifex nihilominus Flāmineā ipsamq; Bononiā cū hexarcatu Rauennatum quæ tum imperatori suberant:in potestatem suā redægit:eoq; misit Bertoldum nepotem Romandiolæ comitem declaratum. Misit & alteꝝ nepotem latinū cardinalē legatum ī Hetruriā:qui restitutis ubiq; gibellinis Florentiæ:ac in cæteris Hetruriæ urbibus ꝓ arbitrio animi magistratus īposuit. Munus uero senatoriū quod pricipibus & regibus demandari cōsueuerat:ipse solus obiuit. Legatos uenetoꝝ (qui tum Anconitanos bello uexabāt)a cōspectu suo reiæcit. Abeūtes præterea ex itinere reuocatos:grauissimis uerbis increpauit:& pernitiem eorū ciuitati cōminatus est:ni ab oppugnanda Ancona desisterēt. Tandē uero multis ultro citroque illatis incommodis:æquis conditionibus pax inter utranq; ciuitatē componitur. Huic autem pōtifici ī aīo fuerat duos reges creare:utrunq; ursinū:quoꝝ alteꝝ Hetruriæ:alteꝝ Lūbardiæ præficeret:qui inde theutonicos partem alpium incolentes:hinc gallos Siciliam & regnum Neapolitanum tenentes:armis in officio cōtinerent. Vt uero id ei facere liceret:Petro aragonū regi ꝑsuaserat:ut iure hæreditario Cōstātiæ uxori suæ regnum Siciliæ repetere anniteretur. Senatoriam autem dignitatem ipse a Carolo ad se trāstulit:uetuitq; perpetuo edicto:ne quis rex aut princeps magistratū ipsū petere aut obire auderet. Fuit aūt Nicolaus pontifex(ut auctores scribunt)uir magni animi atque cōsilii:adeoq; moribus & uita integer:ut uernacula lingua compositus uulgo diceret̃. Amator & cultor doctorum uiroꝝ:& eorum maxime qui doctrinam cum prudentia & religione coniunctam haberent. In partiendis autem dignitatibus & honoribus cōis

oĩbus ẽ hitus.Nã ſemel habita põtate ſacroꝝ initiãdoꝝ:albanũ epũm ex ordĩe mino
rũ:Hoſtiẽſem & portuẽſem ex ordĩe prædicatoꝝ delegit : Præneſtinus & Tuſculanus
epiſcopi ſæculares fuere Creauit & duos preſbyteros:uidelicet gerardũ tituli duodecĩ
apoſtoloꝝ:& Hieronymũ ordĩs minoꝝ:tituli ſãctæ Pudẽtianæ.His addidit duos dia
conos:uidelicet Iordanẽ fratrẽ ſuũ rituli ſcĩ Euſtachii:uirũ multæ doctrinæ & ĩnocẽ
tiæ:&Iacobũ Colũnã tituli ſãctæ mariæ ĩ uia lata:uiꝝ exactæ religiõis & grauitatis.ædi
ficiis præterea ædes põtificias exornauit Aedes.n.apud ſãctũ Petrũ pcõmode extruxit:
quaꝝ partẽ aliquã adhuc cernimus:has poſtea Nicolaus qntus magna ĩpenſa reſtituit.
Cixit etiam mœnibus ĩ urbis modum pomœtũ ſancti Petri:qđ uiridariũ nũc uocãt.
Eccleſiã quoq; ſancti Petri fere uetuſtate collabentẽ reſtituit:ac pictura ſũmoꝝ ponti
ficũ exornauit.Idem etiã fecit in baſilica Pauli.Auxit præterea mirumĩmodũ diuinum
cultũ:aucto canonicoꝝ numero·& ſeruientiũ eccleſiis ꝓuẽtu.Diuiſit etiã ordines ec
cleſiaſticos ĩter ſe:& quid cuiq; cõueniret oſtẽdit.Habitatiões quoq; unicuiq; aſſigna
uit:ut & aduenæ ſcire poſſẽt:quo in loco quiſq; magiſtratus:curialis præſertim inueni
ri poſſet.Perfecit etiã lateranenſes ædes ab Hadriano quito antea ĩchoatas . Condidit
præterea a fundamentis ſancta ſanctoꝝ:primo ſacello iã uetuſtate collapſo : templũq;
ipſũ opere uermiculato(ut adhuc cernit)& cruſta marmorea exornauit : eoq; trãſtulit
apoſtoloꝝ capita:donec tẽplũ cõſtantinianũ ſua ĩpenſa reſtitueret:quo facto ſtatim in
capſulis argenteis ſuo iuſſu extructis: comitãte populo ĩ tẽplũ reſtituit:cõdit q; ĩ ſacel
lo ad eã rẽ pcõmode fabricato.Eodem quoq; die baſilicã ipſã cõſecrauit : pridie nonas
Iulii is dies ẽ habitus.Scribũt hiſtorici quidã neminẽ ante ipſũ ſacrificare religioſius ui
ſum:cũ ſemp dũ ſolẽnia ageret:lachrimas fũderet.Erat enĩ religionis obſeruãtiſſimus
& adeo ordinis minoꝝ ob coutẽptũ reꝝ humanaꝝ amator:ut ipſe etiã decretali epi
ſtola quædã ipſius ordinis ambigua declarauerit. Vacantibus eccleſiis nullus pontifex
celerius ac maturius cõſuluit:cũ eas ſtatim optimo cuiq; & idoneo cõmitteret.Prius.n.
mores hominũ & doctrinã inſpiciebat:deinde uacantes ſedes his ſtatim cõmittebat:q
diceret ĩ mora periculũ eſſe:cũ non deeſſent qui diuina etiam cupidiſſime diriperent
& occuparẽt.Notarios & tabelliones:ut pote ſãguiſe paupeꝝ & litigãtiũ uiuẽtes:a ſe ut
peſtiferos reiæcit : Gregoriũ decimũ & Ioannẽ uigeſimũprimũ hac in re imitatus. Ve
rum quoniã ubiq; terraꝝ magna in magiſtratibus corruptela erat: cõſtituit ne magi
ſtratus ipſi ullo ĩ loco magiſq̃ annui crearent:eos ſi quiſpiã retinere ulterius auſus fuiſ
ſet:anathematis pœna notabat a q̃ niſi a põtifice abſolui nõ poſſet.Multa præterea cõ
ſtituit:ad utilitatẽ cleri populiq; chiſtiani pertinentia:ut in titulis ſuis apparet.Non ca
ruit tamen ĩ tãtis laudibus repræhẽſione.Suos enĩ ita amaſſe dicitur: ut aliũde taperet
quod eis cõdonaret.Nam quibuſdã nobilibus romanis caſtella ui abſtulit:ac ſuis dono
dedit.Maxime uero Surianũ:ubi idem põtifex cibi ac potus continẽtiſſimus:ſubita ta
men morte correptus:tertio ſui põtificatus ãno: mẽſe octauo:die quintodecimo mori
tur:quam mortem prædixiſſe quendam ferũt:notato per excreſcẽtiam Tyberis uatici
nio.Adeo enim ĩ immẽſum excreuerat:ut altare ſanctæ Mariæ rotundæ quattuor pe
dibus & eo amplius excederet.Eius autem corpus Romam delatũ:in ſacello tituli bea
ti Nicolai a ſe condito in baſilica ſancti Petri ſepelitur:tumulo marmoreo & uermicu
lato opere exornato:quẽ adhuc cernimus anno domini milleſimo ducenteſimooctua
geſimo:aſſũptionis octaua die:quo quidẽ anno Carolus rex beatæ Magdalenæ corpus
iam antea a beato Maximino in uilla ſui nominis cõditum ornatiore ſepulchro & ma
iore ſacello exornauit:caputq; eius ſeorſum in theca argentea cõdidit.In morte autem
Nicolai uacaſſe pontificatum qinnq; menſibus ferunt.Nam dum Viterbii a cardinali
bus noui pontificis electio fieret.præeſſetq; conclaui Ricardus ex hannibalum familia
romana:ac ſine contentione primaria:qui paulo ante Vrſum mortui Nicolai nepotem
prætura uiterbienſi deiæcerat:erat enim huius familiæ hoſtis acerrimus : duo cardina
les ex familia urſina impediebãt:quo minus electio fieret:niſi Vrſus in præturam reſti
tueretur.Hanc ob rem uiterbienſes Ricardum ſecuti: conclaue ingreſſi cardinales ca
piunt : & in uincula coniiciunt.Quod ubi Romæ ſcitum eſt: eadem hannibalũ factio

familiam ursinam ab urbe pellit: quæ statim populariter cum sua factione abiens Præneste secessit. Post quintum itaq; mensem gallici cardinales absentibus ursinis suffragiis italos superantes: gallicum pontificem creant.

MARTINVS.IIII.

MARTINVS Quartus Simon antea uocatus: tituli sanctæ Ceciliæ presbiter cardinalis: natione gallicus: patria turonensis: pontifex electus Viterbu coronari noluit: q ei ciuitati ob impetum in cardinales factú interdictum a sacris putabat. Vrbē itaq; ueteré petens: quod Oruietum uocant: eo loci omnia solénia peregit decimo calendas aprilis. Resurrectionis aút die sex cardinales creauit: quorú de núero fuit & comes mediolanésis: tituli sanctorų Marcellitu & Petri. & Benedictus caietanus sancti Nicolai in carcere tulliano diaconus. Regé uero Carolum ad se ueniétem non modo perbenigne suscæpit: uerú & eidem senatoriá dignitaté: qua a Nicolao priuatus fuerat restituit: quod nõ ita ab oíbus pbatú est: cum ea res excitatura uideret magnas í urbe seditiones: reuersis iá ursinis & pulsis hánibalibus. Vrsinis ení ob odium í Nicolaú concæptú: Carolus mirifice aduersabat. Ioannes itaq; latini fratris ulturus iniurias: tutaturusq; dignitaté sibi a populo romano traditam: cõparato satis iusto exercitu: in uiterbienses moués: eorų agros longe ac late populatus é. At Martinus qui tú in mõteflascono erat: uiterbiensiú calamitate permotus: Mattheú ex géte ursina cardinalem Romá ppere misit ad res cõponédas: qui ex itinere Ioanné populi romani capitaneú (ita enim populi ducé appellant) secum duxit. Venerát & eo omniú factionú capita mandato legati: maxime uero Ricardus Hannibal: ut ab íterdicto quod Viterbii cõtraxerat: dum cõclaue uiolenter irrupit: & cardinales ursinos in carceré cõiæcit: absolueret legati auctoritate. Is itaq; ad cardinalis pedes puolutus laqueú collo gerens: quod est maximú poenitentiæ signú: ac ueniá peteos absoluitur. Cõposita aút hoc modo inter utráq; factioné pace: reuocatoq; exercitu romano ab íniuria uiterbiensiú põtifex romanis statim cõcessit: ut ex ciuibus duos senatores sibi deligerét: qui urbem gubernarét. Delecti itaq; duo: Hannibal Petri Hannibalis filius: & Pandulphus sabellus: q ciuitatem toto suo magistratu optime gubernarunt: eo potissimú tempore quo Martinus põtifex Paleologú unionis pacta non seruantem: ístáte Carolo Siciliæ rege excõmunicauit. Tú uero Paleologus Caroli potentiam ueritus: clam foedera cú Petro Aragoniæ rege iniit: qui regnú Siciliæ ob Cõstátiam uxorem: Máfredi filiam: & Corradini nepté suo iure repetebat. Cõmuni itaq; impensa magna classis ab utroq; parabatur. Quare põtifex legatum ad Petrú mittit sciscitatú: quid sibi uellét tanti apparatus. Cui ille ita respodit: íterioré se tunicá laceraturų: si illam arbitraret suarų cogitationú consciam fieri posse. Abiit itaq; re infecta legatus. Petrus uero cõparata iam classe í Aphricá contendés: hipponensiú littora ueheméter populatus: in Sardiniá rediit: expectans ut a Ioanne proclyta res nouæ in Sicilia orirent: qué admodú inter eos conuenerat. Oborti sunt interim & noui motus in cisalpina Gallia. Nam uicecomites familia nobilissima: duce Luchino turrianos admodum potentes: Mediolano pellút. Inde uero Luchinus in Hetruriá uicarius ab imperatore missus: apud Miniate oppidum se continés florentinos & lucenses grauissimis incursiotubus uexabat: spretis pontificis íterdictis: quibus hominé a ceruicibus sociorų remouere conabatur. Perusini quoq; sumptis armis ita fulginates tú inuadunt: ut eorų urbé ui cæperút: & moenia aliqua ex pte demoliti sint. Quam ob rem a pontifice sacris interdicti: ueniam deinceps meruere: persoluta tamé prius magna pecunia poene nomine. Interim uero siculi quoq; motus rex Petrus in Sardinia expectabat: superbiam ac libidinem gallorų amplius ferre nequeuntes suadente Ioanne Proclyta in Carolum coniurationem ineunt data die: ad rem conficiédam: ut cú primú uesperi cápana audita fuerit: ubiq; galli nullo sexus discrimine habito cæderent. Qua in re adeo certe sæuitú é: ut etiam mulieres gallico cõpressu pregnátes cæsæ dicantur. Hinc tritus ille sermo est: cum quis multorum interitum exoptat: ut uesperas siculas commemoret. Malum quoq; fatum expertus est eodem tempore Guido Appius cum octingentis equitibus gallici nominis: ad recuperandam romádiolam

missus pōtificis noīe. Nā dum forū Liuii obsideret:essentq; erūpendi cupidi ciues: Guido bonatus astrologiæ peritissimus: cōciues suos adhortatus est: expectata astrorū benignitate: ut tum demū erūperēt: quādo eis signū daret. Fecere illi mādata: & in tēpore erumpētes: Guidonē cū omnibus fere gallis īterfecere: atq; ita urbs tāta obsidione liberata ē. Carolus aūt audita siculorū defectione & sæuitia: cum magnis copiis ī Siciliā traiciēs: primo Messanā urbē obsidet: quā certe ꝑ deditionē tandem cæpisset: nisi galli ultionis cupidi deleturos se urbem minati fuissent. Tū uero Petrus arago tantos motus (ut diximus) expectans: ea de re certior factus: e Sardinia ꝓpere in Siciliā traiciens Phāphormū contēdit: a ciuibus & siculis ꝑbenigne susceptus a qbus etiā regnū nomē consecutus est: confluente undiq; ad eū omni multitudine. Hanc ob rem Carolus perterritus: Messana relicta: in Calabriā se statim recæpit: expectaturus filiū Salerni principē: quem paulo post e narbonensi ꝓuincia cū aliquot cohortibus uēturum sciebat. Reprachēsus a Carolo Petrus Arago: q; affinis cōsanguineusq; regnū inuadere ausus ēet: respōdit se misericordia motū. calamitoso populo & indigna ferenti petitā opē negare nō potuisse: quāq; id quoq; regnū iure hæreditario ei deberetur: ꝓpter uxorē Cōstātiam Māfredi filiā: & Corradini neptē. Cōcrescētibus aūt ultro citro ꝑ iurgiis: res tādē ad singulare certamē deducta ē: hac cōditione tamē: ut uterq; rex centū sibi ad tātū certamē cōmilitones cohoptaret: loco certādi apud Burdegalā delecto. Vterq; eñi rex Angliæ affinitate coniunctus erat: qui tantum certamē adiuuante Martino pontifice tandē diremit. Verū cum nihilominus Petrus Carolum bello premeret: Martinus Gerardum parmēsem cardinalem legatum Neapolim misit: qui & populos in fide Caroli contineret: & Carolum ipsum adolescentē consilio & auctoritate iuuaret. At uero cum Petrus Rogeriū Loriā classis suæ ꝓfectum Neapolim misisset. Carolus aliter sentiente legato & reclamante: nequāq; tantū regnū fortunæ cōmittendū esse. in hostem mouens non longe a Neapoli ingenti suorū clade superatur: & captus in Siciliā primo: deinde in Aragoniam ꝑducitur. Hoc certe non ei accidisset: si bene monēti legato (ut par erat) obtēperasset. Nam paulo post pater Carolus cū ingenti classe superuenit: qua etiā cū hoste nondū uictore decertare potuisset. Martinus aūt calamitate Caroli ꝑmotus: Petrū aragonensem anathemate notat: eiusq; regnū in predā id occupare uolenti exponit. Subiectos a Petri iuramēto absoluit: crucesignatos in hoīem concitat: bonorū ecclesiasticorū usurpatorem: ut ipse dicebat. Milites quoq; ecclesiasticos Carolo auxilio misisset: ni i bellum in Flāminia gerere necesse fuisset cōtra foroliuianos qui adiuuante Guidone Montisfeltri comite: deficere ab ecclesia sunt ausi: & quædam etiam castella haud longe posita oppugnare. Verum cum Guido ipse pœnitentia ductus: pacē cum pontifice inisset: & mœnia foroliuianorū demolitus ē in ultionē Guidonis Appii: & magnā partem Flāminie breui recæpit. Vrbinū quoq; quod tum oppugnabat cæpisset: ni Rubeus Anguillarius Hetruriæ comes in oppugnatione ipsa mortuus fuisset. Duo tum castris præerāt duces: quorū alter ī Hetruriā missus est: ad eam orā tuendā quæ ad Soanam uergit. Alter uero (quem iuuenatii comitem uocabant) obsidionē iussu pontificis continuabat: subministrante clanculum auxilio & cōmeatu oppidanis ipsis Guidone montefeltrano. Interim uero cū Martinus curis agitatus addubitaret: a quo duorū populorū: pisanorū scilicet & genuensiū contra Petrum aragonensem auxiliū peteret: tam repente inter hos de possessione Corsice contentio exorta ē: ut ipsi aliunde auxilium peterent. Legatū tamē apostolicū pontifex adhortatus est: ut tandiu populos in fide cōtineret: quoad Carolus cum supplemento copiarū superuenisset. Ingressus deinde Neapolim Carolus: cōfirmatisq; ciuium animis: in Aphricam ꝓficiscēs: febri correptus moritur: quare ad legatum ipsum totum gubernandæ ꝓuinciæ pondus recidit. Erat tum rumor ac ꝑpope constans fama Philippum regis Franciæ filium comitem atrebatēsem eius regni causa aduentare: qui tamen deterrere Petrum non potuit: quominus regnū uexaret: cum iam constaret eū cum paruis copiis aduentare. Nam Pater Philippus ī Aragoniam cum magno exercitu ꝓfecturus erat ad occupandum Petri regnū a Martino pontifice grauibus censuris prius interpositis in prædam occupanti datum. Pontifex

aũt tot curis circumuentus:urbeuetanis etiam tumultuantibus(nã gibellini guelphos
expulerant)Perusium proficiscitur:ubi non multo post lenta febri diu uexatus: tãdem
moritur pontificatus sui anno quarto:mense uno:sepeliturq; in cathedrali basilica. Ad
cuius sepulchrũ multi ualitudinarii delati:multi cæci perducti:muti & claudi : pristinã
ualitudinẽ sanctissimi pontificis meritis a deo recæpere.

HONORIVS.IIII.

HONORIVS Quartus patria romanus:e gente sabella : familia nobilissima
Iacobus antea uocatus: diaconus cardinalis:pusu põtifex creatus:Romã ue-
nit ãno domini millesimo ducẽtesimo octuagesimoqnto:fratre eius Pãdul-
pho:senatoriã dignitatẽ tum gerente. Tantæ enim sæueritatis & iusticiæ Pandulphus
est habitus: ut quotiens romani ciues purgare urbem latronibus: siccariis:furibus; par-
ricidis uellent(quorum tum in solo romano magna copia ob seditiones ciuium erat)
non alium senatorem q̃ Pandulphum exposcerent . Is & si podagra & chiragra uexa-
batur:non tamẽ animi magnitudine & cõstantia a bene ualentibus supabat̃.Eodẽ quo-
q; morbo ita etiam interdũ Honorius laborabat:ut ei instrumẽtis quibusdã ad id apte
fabrefactis sacrificare necesse esset.Cõsilio tamẽ & prudentia tantum ualuit:ut nõ mul
tum corporis uires in eo desiderarent:quippe cũ solus plura prope uideret:q̃ omnes si-
mul qui tum in urbe aderant.Habitauit hic in auentino apud sanctã Sabinam ægregi-
asq; ædes(quarum uestigia adhuc cernuntur)in monte ipso ædificans:eo ad ĩ olendũ
multos quoq; romanos exciuit.Vnde breui mõs ipse frequẽtibus ædificiis ico. captus
est.Cum autem neminẽ lædere in pontificatu suo cõstituisset : oĩbus prodesse quoad
fieri poterat:puocatus Petri aragonũ regis iniuria:qui regnum Siciliæ occupare cona-
batur:Martini interdicta cõtra Petrũ confirmauit.Rhodulphus aũt ĩperator compa-
randæ pecuniæ studiosus: cancellariũ suum e gente Flisca in Hetruriã misit: qui popu-
los omnes liberos faceret:& eos potissimũ qui se pecunia redimerẽt.Persoluere aũt ob
eam rem lucenses duodecim millia nummum auri.Florẽtini uero sex millia qui statim
liberi:omnino facti:magistratum(quem priores artium uocant)addito uexillifero iusti-
ciæ creauere.Non displicuit hæc uenditio Honorio:licet indigna tanto pricipi uidere-
tur:q; ea ratione ecclesiastica ditio futura securior uidebat̃:cũ non amplius imperato-
ri liceret liberas ciuitates uexare.Dum uero rex Franciæ urbem gerundensem obside-
ret:curaretq; Petrus Arago:quo minus in castra hostium cõmeatus a Narbona ferrẽ-
tur acri prælio cõmisso graue uulnus accipiens : paulo post male curatus moritur:atq;
ita Gerunda dedentibus ex pacto ciuibus ĩ potestatem regis Frãciæ redacta est:qui nõ
diu supuixit. Ex febre enim moritur cõtracta in castris:dum Perpinianũ obsidet . Cu-
ius etiam classis non multo post in portu narbonensi a Rogerio Loria capta & incensa
est. Duos habuit filios Petrus arago: Ferdinandum & Iacobum. Ferdinandum autem
natu maiorem Aragoniæ: Iacobum uero Siciliæ regem ex testamẽto reliquit.Hac au-
tem ratione mortuis primis regibus:bella ad secundos translata sunt: qui hĩc pisanos:
hinc genuenses maritimis præliis insignes trahere in ptes suas conabãtur. Verũ ii odio
& armis inter se certantes:tanta rabie apud Lamellum insulam pisano portui uicinam
concurrunt:ut ex pisanis qui triremes quadragĩtanouem amisere duodecim millia ho-
minum desiderata sint:partim cæsa:partim capta:quam quidem calamitatem honori-
us ita ægre tulit:ut paulum abfuerit quin genuẽses obstinate nimiũ pisanos insequẽtes
ĩterdicto ecclesiastico notaret . Ea calamitas adeo certe pisanos attriuit:ut nũq̃ postea
uires recuperauerint.Edoardus uero Angliæ rex in Vastoniam tum se contulit.pacem
cõpositurus inter Carolum adolescentem regis Franciæ filium(quem diximus bello ca-
ptũ)& Ferdinãdũ Aragoniæ regẽ Cõfecta iã ex sententia res erat:& de libertate Caro-
li agebatur:cũ interim legatus apostolicus & comes atrebatensis Auelini comite adiuuã-
te:Cathinam urbem occupant:eoq; ex Hetruria collectas copias transmittũt.Hanc ob-
rem Edoardus re infecta in patriã redijt Rogerius autem Loria gallicam classem ex Si-
cilia redeuntem occupans:Ferdinandi regis fortunam meliorem reddidit.Adiicere cer-
te animum huic bello Honorius non potuit:q; armis a Guidone Feltrano in Flamini-

nia uexaretur. Verum tandem superato Guidone totam Flāminiam breui recipit. Nō diu tamen post moritur pontificatus sui anno secundo: die uno; corpusq́; eius a sancta Sabina ad basilicam Petri magna funeris pōpa transfertur: sepeliturq́; sepulchro marmoreo: quod adhuc extat ī numerum a Pio pōtifice translatū ut insignia familiæ indicāt: eiusq́; epygrāma; & merito quidem: cum uir fuerit omni uita ꝓbatissimus: & christianæ religionis amantissimus. Nā & ordinē carmelitaꝝ nō satis in concilio ꝓbatum: mutatis clamydibus nigris ī albas: & ordinē eremitaꝝ apđ Parisios īprobatū cōfirmauit. Solū aūt cardinalem Ioannem Boccamatū episcopū tusculanū suo pōtificatu creauit: uiros dicens & eosđem bonos ac doctos: nō etiam rudes & rerum humanaꝝ ignaros: in tātū collegiū cooptādos eē. Adeo aulicos amauit: ut quottānis æstate præsertim Tybur ꝓficisceretur uitādi æstus Vrbani causa: unde multæ ægritudines oriūť. Mortuo aūt Honorio decē mensibus sedes tum uacat. Nam cum apud sanctā Sabinā conclaue habereť: multi cardinales repentina ægritudine sunt correpti: quoꝝ de numero moriť Iordanus ursinus comes mediolanensis: Vgo anglicus: Geruasius andeanensis decanus parisiensis: & Antherius uir insignis. Hāc ob rem soluto conclaui in aliud tempus magis salubre rē ipsā reiiciunt. Maxime uero cū terræmotus ipsi q̄ tum ꝑmagni fuere: religionem quandam iniæcerint: quominus tum quidem id fieret.

NICOLAVS. IIII.

NICOLAVS Quartus natiōe picentinus: patria asculanus: Hieronymus antea uocatus: ordinis minoꝝ frater & generalis: deinde pres byter cardinalis apud sanctā Sabinā: decimo mense post mortem Honorii pōtifex creať: collocaturq́; in sede Petri ipsius sancti cathedra. Reate deinde ꝓfectus ob seditiones quæ tum Romæ subortæ erāt: quosdam cardinales creat: ex omni fere religione. Oēs enim ꝑiter amabat: nec plus se debere affinibus & cognatis q̄ cuiuis bono arbitrabať. Virtutes & uicia faciebāt: ut in hūc magis q̄ ī illū inclinaret. Hoꝝ de nūero quos cardinales creat fuere Neapolio: Petrus Colūna: Vgo Boltomus ordinis prædicatoꝝ doctor insignis: Mattheus aquaspta fratꝝ minoꝝ generalis: epūs portuēsis. Romā deīde post ānū rediēs: sedatis aliquātulū ꝑturbationibus ciuiū: apud sanctā Mariā maiorem habitauit: quā basilicā ipse una cū Iacobo Colūna restituit; ut ī fornice maiori apparet. unde saluatoris ipsiusq́; pōtificis: ac Iacobi cardinalis imago ex ope musiuo adhuc cerniť. Idē quoque pōtifex anteriorē posteriorēq́; partē basilicæ lateranēsis restituit: ornauitq́; opere uermiculato: quēadmodū litteræ ipsæ īdicāt. Interī uero reges Aragoniæ & Siciliæ his fœderibus adhortāte Nicolao pacē ineūt: ut rex Carolus e uinculis missus: sua īpensa Iacobū Aragonē Siciliæ regē cōstitueret: q nisi triēnio id effecisset ī carcerē se rediturum pollicebať: datis ob eā rē obsidibus duobus filiis: Carolo cui postea regi Vngariæ creato Martello cognomētū fuit: & Loysio: qui post beneactā ī ordine beati Frācisci uitam ī sanctos relatus ē. Dū hæc aūt ī Europa gerereņť: Soldanus discordus christianoꝝ fretus: Tripolim Asiæ ciuitatē insignē quidē: īterfecto christianoꝝ præsidio igni ferroq́; euertit. Parem quoq́; calamitatē Sydon & Barutū ꝑtulere nemine adiuuāte: Restabat Ptolomaida ī ānos duos īducias a soldano cōsecuta: hanc ut tuereť Nicolaus pontifex annixus milites ad uexillū christi uocat: ære suo cōductos. Ii ad mille & quīgēti fuere. Hos postea multi nullo dato nomine: nullis signis & auspicus secuti: cū Ptolomaidē ꝑuenissent: non minora christianis q̄ saracenis dāna intulere. Soldanus autem cū res suas repetiisset: nec redditæ essent: nostris oībus exitiū cōminatus ē. Magna iter christianos de possessione Ptolomaidæ cōcertatio tū orta erat: cū eā patriarcha cōstantinopolitanus: Tēplarii theutonici: rex Cypri: Siciliæ rex Carolus uīdicare annitereņť. Erat & pisanis ī aīo Ptolomaidā repetere (ut ipsi dicebāt) suo iure: quos ꝓfecto bellum ī Hetruria ortū a tanta rei fœditare auertit. Ii enim Vgolino comite cū duobus filiis; totidēq́; neptibus ī carcerē cōiæctis: inædia interempto: aīos gibellinoꝝ ī guelphos ita concitarūt: ut oībus ꝑiter exitiū minareņť. In aretinos primū arma cōuersa fuēt; petentibus id exulibus gibellinis. Præerat tū Aretio Gulielmus Petramala eiusdē ciuitatis epūs: cui Feltranus comes & Florentini auxilio uenerāt. Veꝝ cū Florentini nō satis suis copiis

fiderẽt:eo etiã misere Carolũ secũdũ cũ aliquot cohortibus: q ad põtificẽ iturus:forte
ea tũ iter faciebat.In agro typhernate collata sunt castra castris: Typhernõ ciuitatẽ ca-
stelli mutato nomine nunc uocant.Cõmisso itaq; prælio.magna statim de florentinis
cædes fieri cœpta ẽ.Ve⁊ nõ ita multo post mutata fortũa:cadẽtibus tamẽ i prælio Gu
lielmo epõ & Feltrano comite:ex gibellinis ad tria millia íterfecta:& duo millia capta
dicũt.Cãpaldinũ locũ ubi pugnatũ ẽ accolæ dixere.Carolus aũt tãta uictoria potitus re
cta ad Nicolaũ ꝓficiscit:ac utriusq; Siciliæ regnũ pheudotario iure obtinet.Hoc ubi Ia
cobus Arago ĩtellexit:oppugnare Caietã stari aggredit.Ne quid aũt deesset ad ꝑturbã-
dam christiano⁊ quietẽ.inter Philippũ Frãciæ & Edoardũ Angliæ reges grauissimum
bellũ exortum est:quæ res & christianos in Asia mirifice ꝑturbauit:& hostibus nostris
delendi i Asia christianũ nomẽ audaciã & spem dedit.Soldanus enĩ qui tum ægrotabat
ad cẽtũ & quinq̃ginta millia hoĩum:filio duce Ptolomaidã miserat.Interim uero duo-
rum mẽsium obsidione ꝓtracta:patre mortuo:filius statim sufficitur:qui certe acriori-
bus animis urbem oppugnãs:cõpletis fossis:prædaq; militibus ꝓmissa:ad mœnia usq;
iam pugnando ꝑuenerat:cum a christianis erũpentibus magno suorum incõmodo ĩ ca
stra retruditur.Dum hæc in Asia gererent:Nicolaus pontifex duos e latere legatos:Be-
nedictũ caietanũ:& Gerardũ parmensem in Franciã ꝓpere mittit:qui cõposita ĩter du-
os reges pace:eos cõtra saracenos Ptolomaidam oppugnantes animarent.Nam & pacẽ
inter Iacobũ aragonẽsem & Carolũ captũ his cõditionibus(quas supra memorauí) iam
cõposuerat:quo omnibus i hostẽ liberius ꝓficisci liceret:& parare classẽ cœperat:de pa-
ce fere certus.Sed nec reges ipsi pontifici bene monenti obtemperarunt:nec qui ĩ præ-
sidio Ptolomaidæ erant inter se dissidẽtes(quemadmodũ poterãt)uim hostiũ ꝓpulsã-
runt.Dilabentibus enim quottidie multis:soli tum ad duodecim millia remansere.qui
postea cum patriarcha hierosolymitano ꝑ dromonẽ ad id seruatũ fugiẽtes:primo secũ
da nauigatõe usi:tandem sub ipsam Cyprũ naufragio periere.Soldanus aũt desertã cul-
toribus urbem ĩgressus:eam ferro ac flãma statim euertit:anno cẽtesimo nonagesimo
sexto.postea q̃a Gothifredo capta fuerat.In tantis autem malis insula Cyprus & Arme-
nia minor Cilicia prius appellata i fide christiano⁊ tamẽ ꝑmãsere.Instabat tũ uel ma-
xime Nicolaus ueritus:ne hostes reliquũ Asiæ occuparẽt:ut ĩperator Rhodulphus eo
copias suas mitteret:quo non ita multo post mortuo:cũ Adulphus hasso electus suc-
cessor:imperii iura repeteret ab Alberto Rhodulphi filio ĩ agro Spirẽsi prælio ĩterfici-
tur. Vir quidem ĩsignis:sed parum milite & pecuniis potens:oppressus enĩ multitudi-
ne hostiũ potiusq̃ superatus dicit.Nicolaus aũt pontifex tedio animi(ut quidã putant)
q male sibi cedere omnia uideret:q q; etiam plusq̃ põtificẽ decebat ĩ ꝑtes declinauerat:
Romæ apud sanctã Mariã Maiorẽ põficatus sui ãno quarto mẽse uno:die octauo mo-
rit.eoq; loci sepelit:ad caput basilicæ apud petri colũnæ cardinalis sepulchrũ:ut in pa-
uimento cernit emblemate & porphyreticis lapidibus notato.Post eius uero mortem
cardinales Perusiũ profecti:quo eis liberius eligere pontificem liceret:rẽ ipsã discordiis
intestinis biennio menseq; tertio in longum deduxere.Interim autẽ Michael Paleolo-
gus ĩperator cõstãtinopolitanus morit:quominus aũt eius corpus ĩ loco sepelit sacro:
uetuere sacerdotes & mõachi q occidẽtali ecclesiæ ĩ Lugdunẽsi cõcilio acqeuisset. An-
dronicus aũt Michaelis filius libẽter tũ quidẽ cũ latinis sensisset:siquid auxilii a nostris
habuisset. Verũ cũ sedes uacaret destitutus auxilio:Andronicus fide catholica tandem
defecit.Hæc aũt icõmoda Carolus secũdus rex Neapolitanus ꝓspiciẽs e Narbonẽsi ꝓ-
uincia:Perusiũ ueniẽs:cardinales ipsos sæpius ad cõcordiã & electionẽ põtificis adhor-
tatus est.Nec id quidem facere destitisset uir insignis:ni i acriter repræhensus a Benedi
cto caietano patria Anagino:q instando acerbe nimium ipsis cardinalibus uim afferre
uideret:quorum suffragia libera esse deberent.

¶CELESTINVS.V.

CELESTINVS Quintus:Petrus Moroneus antea uocatus professione Ana
chorita:patria Eserniẽsis secũdo a Sulmone miliario cœnobiũ incolẽs:istã-
te Carolo rege & Latino cardinali põtifex creat:adeo maiore omniũ admi-

rationе:quo ob sanctitatē uitę a tanto fastigio rerum sponte remotior esse uidebatur. Aquilam itaq; post creationem suam profectus:eo statim cardinales omnes Perusio ad se uocat. Instabant tamen illi & litteris & nūciis:ut Perusiū proficisceretur ciuitatem pōtificali dignitati magis conuenientē. Vicit demum Celestini sententia:q ita uelle Carolum regem intelligebat. Omnes igitur eo profecti: Celestinum ipsum:ut uerū pontificem adorant. Eius aūt coronationi īterfuisse ducenta millia hominū ptolemaeus scribit:& se etiā affuisse fatetur. Homines credo motos nouitate rei.& sanctitate uiri:q homo eremita ad tantum dignitatis gradum non nisi diuinitus prouectus esse uideretur. post tam longam eligētium contētionē. Inito itaq; pontificatu duodecim cardinales statim creat uiros integerrimos:quorū de numero duo eremitae fuēt habiti. Verūcum Celestinus a priore uita ob pontificatū nequaq declinaret:adeo benignus & facilis omnibus petentibus erat:ut eadē diuersis concederet:unde & contēptus dignitatis & imminutio pontificatus oriebatur. Erat siquidē ob priuatā uitā:quam antea in eremo duxerat rebus agendis parum idoneus. Hanc ob rem de abrogatione eius mētio fieri cœpta ē:maxime uero mortuo Latino cardinali uiro optimo:cuius auctoritate Celestinus tātum pondus adhuc sustinebat. Verum īstātibus acriter cardinalibus quibusdam:maxīe uero Benedicto Caietano uiro ī iure ciuili & canonico peritissimo:uafroq; qui primū locum apud pontificē tenebat:ut se pontificatu abdicaret: ne ecclesia dei ob imperitiā gubernātis periclitaret: de omittēdo pontificatu cogitare cœpit. Hac aūt eius leuitate & superstitione motus Carolus hominē amicissimū Neapolim perducit:eiusq; animū a tāta foeditate rei amouere conatur:clamante ubiq; locoꝝ populo se nolle aliū pōtificē q Celestinū:idq; ab eodē pontifice precibus & obsecrationibus cōtendēte. Cui pōtifex respondit nil aliud se esse facturū q quod deus uellet:utiq; ipse e rep. christiana esse censeret. Tū uero cardinales abdicationē hominis quaerentes uehemēter instāt: ut id q primū agat ppposito reipu. christianae discrimine:quod sua ignoratione īminere omnium ceruicibus ostēdebant:affirmantes oīa mala tum accidētia die iudicii sibi imputatū iri. Motus his uerbis uir sanctus & simplex futuꝝ se in eoꝝ potestate dixit:modo id iure fieri posset. Quare cōstitutio omniū cōsensu facta ē:licere pōtifici abdicare se magistratu. Quā quidē cōstitutionē Bonifacius octauus eius successor postea cōfirmauit: quēadmodū libro sexto decretaliū apparet. Tū uero Celestinus ad priuatā uitā se redigēs:alterius subrogādi pōtificis cardinalibus ex instituto potestatē dat:pontificatus sui mēse sexto. Atq; ita Benedictus Caietanus plurimoꝝ cōsensu pōtifex creatus:Celestinū ad eremū abeuntē ex itinere ad se retrahit:eundēq; praefecto arcis fumonis:quae in hernicis est custodiendū tradit. Hac ratione motus(ut ipse dicebat)ne auctores seditionū aliquā calamitatē hoc duce ecclesiae dei aliquādo inferrēt:licet re uera hominis sanctitatē admiraretur. Vtcūq; est cōstat hominē ipsum magnae ingratitudinis & caliditatis fuisse:quippe qui ambitionis causa & uirū sanctū deciperet:dū eum magistratu se abdicare cōpulit & captum uitam eremiticam appetentem in arce fumonis dolore animi ante tēpus mori coegerit āno uno:mense quīto post initū pontificatū. Sunt autem qui scribāt Celestinū post mortē adeo miraculis claruisse:ut plerūq; in conciliis de eo ī sanctos referēdo habita mētio sit:fuisseq; plerosq; qui eum p sancto colerēt & in Catalogo confessoꝝ recenserent. Eius autem celebritas. xiiii. Calendas Iulii: qua die moritur quotannis obseruatur ex institutione Clementis Quinti Aueniona facta.

BONIFACIVS. VIII.

BONIFACIVS Octauus natione Hernicus:patria Anaginus:Benedictus Caietanus ante uocatus:Neapolim pōtifex creat in uigilia natalis domini millesimo ducētesimo nonagesimo quarto:uir quidē doctrina & experientia reꝝ insignis. Diu enī in curia uersatus fuerat:& per oēs dignitatis gradus ad pōtificatū non sine tamē ambitionis crimine puenerat. Nam dum esset sancti Martini ī mōtibus presbyter cardinalis:adeo dignitatē pontificatus exoptauit:ut nil ambitione & fraude praetermiserit:qd ad eā rē cōsequēdā ptinere arbitrareт. Tātae praeterea arrogātiae fuit: ut & oēs fere cōtēneret:& gratias a Nicolao qrto & Celestino qnto factas reuocauerit.

Gibellinos: quoq; mirifice persecutus est. Hinc oritur illa inter pontificem & Columnẽses Gibellinos cõtẽtio: qui etiã Anagniæ contra põtificẽ factionis suæ partes fouebãt. Hos itaq; maxime uero cardinales duos: Petrum & Iacobũ eiusdẽ familiæ uiros ĩsignes calũniari cœpit: q̃ thesauros ecclesiæ in morte pontificũ diripuissẽt: q̃q; libellos famosos contra se sparsissent. Scripserũt hi quidem post illatã sibi iniuriam ad reges: ad principes: ad nationes de arrogantia Bonifacii de ambitione: q̃ contra ius fasq; potificatus sedẽ occupasset: reiecto fraudibus Celestino: eodẽq; in carcerẽ coniecto. Sũt enim qui scribant Bonifacium immisisse subornatores clãculum quosdã: qui noctu dimissa quasi cælitus uoce in cubiculũ Celestini hõis simplicis ei persuaderent ut põtificatũ dimitteret si saluus fieri uellet. aũt Citati cardinales cũ nusq̃ apparuissẽt: Bonifacii pertinaciã ueriti. Nepesum eñi secesserãt una cum tota colũnẽsiũ familia publico decreto scismatici habentur. Beneficiis: dignitatibus fundis paternis: castellis; oppidis priuantur: quã priuationem Bonifacius postea ĩ Decreti formã rettulit: ut libro apparet quẽ Sextũ appellant. Sumptis deĩde armis Bonifacius: cõcitatisq; multis cruce signatis eos opprimere conatus: Prenæste quo se cum Satra uiro insigni eo℞ patruo recæperãt obsidione cĩgit. Dilapsos ĩde capto ac direpto: Præneste Zagarolũ & colũnã confugientes persequitur: unde non ita multo post abire ob multitudinẽ hostiũ necesse fuit: a quibus hæc itẽ castella diripiũtur: maxĩe uero colũnæ paternũ solum. Cardinales aũt inde quoq; dilapsi Reate petiuere. Sarra uero apud Antiũ multũ diuq; in nemoribus uixit sæuitiã Bonifacii ueritus. sed in pirata℞ manus ĩcidens remigio admotus multas calamitates perpessus est: quanq̃ sic quidẽ æquiore animo exiliũ pati mallet quam sæuiciã Bonifacii experiri qui Gibellinos omnes uno odio psequebatur. Notum ẽ illud certe quod Procheto dixerit Genoẽsi archiepiscopo ad pedes eius die cine℞ prodeunti. Nam cũ dici a sacerdote tum soleat: memẽto homo quia cinis es & ĩ cinerem reuerteris: dixit mutatis quibosdam uerbis: memẽto homo quia Gibellinus es & cum Gibellinis ĩ cinerẽ reuerteris: ĩ eiusq; oculos cinerẽ coniecit: non in caput ut mos est. eundemq; ob nomẽ factionis archiepiscopatu priuauit: licet postea in ĩtegrũ restituerit: cũ intellexisset cardinales colũnenses (quẽ admodum ipse suspicabatur) Genuã non petiisse. Pulsis hoc modo columnensibus Bonifacius duplicẽ celebritatẽ: & Apostolis: & Euãgelistis: & quattuor ecclesiæ doctoribus: Gregorio: Augustino: Hieronymo: Ambrosio statuit. Idem etiã dũ ĩ urbe ueteri esset: beatũ Lodouicũ ex regia Franco℞ stirpe ortum: utpote ex Carolo secundo ordinis sancti Frãcisci ꝓfessum (ut quidẽ uolunt) ĩ sanctos rettulit. Idẽ quoq; ecclesiã cathedralem sanctæ Ceciliæ Albiensis ciuitatis canonicis sæcularibus pulsis inde regularibus cõmisit: instante Bernardo castaneto albiensi episcopo. Aedidit præterea sextũ põtificii iuris codicẽ: suo iussu a tribus doctissimis uiris cõpilatũ: quibusdã decretis nouis a se additis. Vrbẽ quoq; Eugubiũ: quæ Gibellino℞ auspiciis ab ecclesia defecerat bonũ recæpauit. Alberto duci austriæ ĩperii cõfirmationẽ bis terq; petẽti negauit. Mortuo aũt Iacobo Aragonio cũ Robertus Caroli filius Calabryæ dux ĩ Siciliã traiecisset: Cathinãq; cæpisset: tãtũ repẽte bellũ exortũ ẽ: ut tota fere Italia tumultuaret. Nã & siculi aragonẽsibus fauẽtes: cõpata classe Philippũ Roberti fratrẽ bello superãt: & captũ ĩ carcerẽ cõiiciũt: quare Robertus relicta cathina re ĩfecta ĩ Italiã reuertit. Foedericus aũt Arago ex Hispania cũ exercitu ĩ Siciliã delatus: nõ solũ Siciliã totã: uer℞ etiã Calabryã recuperauit. In Hetruria uero adeo cõtra Pisanos genuenses exarserant: ut & Liburnõ cæperit incẽdioq; euerterit: & naues onerarias ĩ fluminis ostio demerserint: ne pisanis nauigare liceret. Fiebãt hæc in Italia cũ magno ꝓuinciæ detrimẽto: põtifice nusq̃ ibi ad pacẽ cõficiendã auctoritatẽ suam interponẽte. Et ne existimares tũ deũ cum hominibus pacẽ habuisse: tantus repẽte terremotus exortus ẽ: quãtus nũq̃ anteã: quo quidẽ multis diebus ꝑ interualla durante: plurima ædificia passim corruere. Reate pontifex tũ erat cũ tota curia: qui certe ueritus ne ruina ædificio℞ opprimeret: casulã quãdam ex tabulatis subtilibus in medio claustro fratrũ prædicato℞ prato admodũ lato ædificari iussit: eoq; ĩ loco aliquãdiu resedit: licet horrida sæuiret hyems. In celebritate nãq; sancti Andreæ hæc ꝑturbatio exorta est. Apparuit tũ quoq; cometes magnæ alt

cuius futuræ calamitatis indicium. Veꝝ Bonifacius post tantos & tā diuturnos terre-
motus ad se rediēs: cardinales aliquot creauit: quoꝝ de numero fuere archiepiscopus
tolletanus: Ricardus senensis: Nicolaus taruisinus ordinis prædicatoꝝ magister: Ioan-
nes Murro ordinis minoꝝ generalis: Petrus hispanus. Iubileū quoq; idem retulit anno
millesimo tercētesimo: quo plenā delictoꝝ omniū remissionē his præstabat: qui limi-
na apostoloꝝ uisitassent: ad exēplū testamēti ueteris: licet primo quidem apud iudeos
huius longe alia ratio habita sit. Iubileū nāq; quinquagesimo quoq; anno repetebāt: quo
debitores a creditoribus laxabant (ut ait Iosephus) & serui libertatē uindicabāt: unde li-
bertatis nomē præ se fert tam animi q̃ corporis. Nam liberi uere ii dici possūt: quibus
peccata remittūtur. Idem etiam cētesimo quoq; anno obseruari mādauit. Ob hāc rem
eo anno tanta undiq; hominū multitudo Romā uenit: ut uix īcedere ꝑ urbem: amplā
quidem & uastam liceret. Venerat & Romā Carolus Valesii comes: Philippi francoꝝ
regis frater: qui filiam Balduini ultimi constantinopolitani īpatoris ī uxorem duxe-
rat: a Bonifacioq; īpetrauerat: ut socero suo liceret imperiū ipsum repetere: a quo de-
plusus fuerat. Fecerat id quidē libenter Bonifacius ꝙ ei ī aīo erat hoꝝ principū auxilio
exercitū ī Asiam trāsmittere: qui Hierosolymā recuparet. Interim uero dū res ipsæ cō-
ponerent: & Carolū ipsum patrimonio sancti Petri cū omni potestate præfecit: & lega-
tū in Hetruriā misit: qui nouas seditiones cōpesceret. Nā a gibellinis & guelphis ad al-
bos & nigros trāsierāt. Verū cum legatus nil ꝓficeret: ꝓpositis etiam interdictis: Caro-
lus Valesius eo pōtificis mādato ꝓfectus: cōtinere Florentinos nō potuit: quominus al-
bos nō sine magna cæde ab urbe sua pellerēt. Albi enim gibellini tum appellati sunt.
Sed pōtifex hierosolymitanā expeditionē iampridē meditatus: apameensem epūm ad
Philippū regem francoꝝ mittit: qui hominē ad eam rem cohortaret. Is itaq; eo profe-
ctus: cū nil precibus impetraret: minas quidem addidit. Hanc itaq; ob rem iratus Phi-
lippus: hominē subito in carcerē cōiicit. Quod ubi Bonifacius resciuit: eo statim misit
narbonēsem archidiaconū: uiꝝ certe īsignē: qui pōtificis nomine Philippo mandaret:
ut missum faceret epūm apameensem. Id si nō impetraret: diceret audiētibus omnibus
regnū Frāciæ ad ecclesiā deuolui: ob cōtumaciā Philippi: & uiolatū ius gentiū. Adderet
q; anathema: & omnes francos a iuramēto regio absolueret. Fecit omnia q̃ diligentis-
sime archidiaconus: ac regem cōpulit epūm apameensem dimittere. Rex aūt aliqua ex
parte iniurias sibi a pōtifice illatas ulturus: edictum ꝓposuit: ne quisq̃ e regno suo Ro-
mā ꝓficisceret: aut eo pecunias mitteret. Secūdo uero post iubileū anno: Carolus Vale-
sius ad Carolū secundū consobrinū suum se cōtulit: cuius aduentu motus Fœdericus
Arago: pacem his cōditionibus petiit & impetrauit: ut redditis quæ ī Italia ceperat: ei
Siciliā quoad uiueret retinere liceret. Veꝝ abeūte ex Hetruria Carolo Valesio: albi Flo
rentia pulsi: foꝝ Liuii populariter cōmigrarunt: quoꝝ de numero habitus est Dantes
Aldegerius uir doctissimus: & sua uernacula lingua poeta insignis: qui postea redire in
patriā ꝑsæpe conatus est: sed frustra adiuuātibus etiā bononiēsibus: & Canegrādi uero-
nēsiū domino: quo cū postea familiariter aliquādiu uixit. Sunt qui scribāt Bonifacium
hoc tpe Hermanu cuiusdā corpus apud ferrarienses iā uiginti ānis ꝓ sācto cultū exhu-
mari mādasse ac cōburi: habita de eius hæresi q̃ diligentissima inquisitione. Hūc ego e
fratricellis fuisse crediderim: quoꝝ secta tum maxime īualescebat. Interim uero Philip
pus rex Franciæ: Bonofacii arrogantiā iniquo animo ferens: habito apud Parisios eccle
siasticoꝝ & nobiliū magno cōuētu: cōmemoratisq; iniuriis a Bonifacio acceptis: eius-
q; ambitiōe & malis artibus ad occupandū pontificatum: quem iniuste teneret ad sedē
apostolicā tū (ut ipse dicebat) uacantē: futuruq; conciliū appellauit. Qua quidē re perci-
tus Bonifacius habito generali cōcilio: eiusq; regnum Alberto imperatori subiicit: quē
in initio pōtificatus sui repulerat. Tū uero Philippus superbiā hoīs domiturus: Sarram
colūnēsem in portu Massiliæ cognitū: a piratis redēptū: cū Nogaretio gallo equite fi-
dissimo Romā mittit: hac ratione (ut ipse palam dicebat) ut appellatiōē suam publi-
carent. Verum ei longe alia mens fuit. Nam Sarra seruili habitu Latium ingressus:
collectis undiq; amicis: Nogaretium cum ducentis equitibus gallis mercede cōductis a

e militia Caroli Valesii Ferentinũ præmittit: qui inde ei si opus esset auxiliũ ferret. Ipse uero Anagniam clã noctu ingressus adiuuantibus gibellinis: quos Bonifacius diu multũq; uexauerat: põtificẽ nil tale metuẽtem ĩ domo paterna capit refractis ualuis: captũq; Romã ꝓducit: ubi quinto & trigesimo die post dolore animi confectus perit: põtificatus sui anno octauo: mẽse nono: die decimo septimo: sepeliturq; in basilica Petri: sepulchro a se antea extructo: qđ quidem adhuc extat in sacello a se cõdito opere uermiculato. Idem quoq; suggestum condidit cum porticu apud basilicam lateranẽsem: quo execrationes ĩ cœna domini fiunt: quoq; ĩ loco & Philippum regẽ Franciæ: & colũnenses anathemate notauit. Morit̃ aũt hoc modo Bonifacius: qui imperatoribus: regibus: prĩcipibus: nationibus: populis: terrorem potius q̃ religionẽ inĳcere conabat̃: quiq; dare regna & auferre. pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur. Aurum undiq; cõquisitũ plusq̃ dici põt sitiens. Discãt itaq; huius exemplo principes omnes tã religiosi q̃ seculares præesse clero & populis: non sup̃be & cõtumeliose: ut hic de quo loquimur: sed sancte & modeste: ut christus rex noster: eiusq; discipuli: ac ueri imitatores: & malint a populis amari q̃ timeri: unde tyrãnorum ꝑnities oriri merito solet. Sunt qui scribãt hunc quoq; discordias inter italos aluisse: maxime uero inter genuenses & uenetos: populos quidem nauali prælio satis potentes.

BENEDICTVS. XI.

BENEDICTVS. XI. natiõe italus: patria taruisinus: Nicolaus antea uocatus: cardinalis hostiẽsis: Romæ calẽdis nouẽbris põtifex creat̃. Hic enĩ ab ineũte adolescẽtia ordinẽ prædicatoꝝ ingressus: tantũ uirtute & doctrina apud fratres suos ualuit: ut eũ ꝑ omnes magistratus ad generalis dignitatẽ ꝑuexerint. Vnde & pontifex creatus magnum breui tempore uirtutis suæ documẽtũ præstitit. Ita enim uixit: ut post mortẽ inter beatos merito censeat̃. Inito aũt põtificatu Nogaretũ & Sarram: omnesq; anagninos cũ his ĩ capiẽdo Bonifacio sentientes: & citatos antea ad iudiciũ: nec apparẽtes grauiori anathemate notat. Cognita quo regis Philippi causa hoĩem Bonifacii censuris irretitum absoluit. In gratiam præterea recæpit Ioannẽ & Iacobum cardinales colũnenses: quos ingenti odio Bonifacius factionis guelphæ studiosus plusq̃ põtificẽ decebat ꝑsecutus fuerat. His quoq; bona restituit: a galero tamẽ rubeo quo a Bonifacio priuati fuerant: ad breue tempus abstinere sunt iussi. Cõpositis aũt hoc modo in urbe rebus: creatisq; cardinalibus quibusdam: quoꝝ de numero Nicolaus pratẽsis ordinis prædicatoꝝ ẽ habitus: animũ statim ad cõponẽdã Italiæ pacem adiicit. Verũ quia in Hetruria magis q̃ alibi seditionibus laborabat̃: eo Nicolaum ipsũ episcopũ hostiensem cum summa potestate mittit: qui & nouos magistratus Florentiæ constituit: in illisque ædibus collocauit: quas nuper ad recipiendos ædificauerãt: dominorũ palatiũ nunc uocat̃. Tum uero Nicolaus plura his sibi licere arbitratus: de reducendis exulibus mẽtionẽ facit: qđ ubi ex animi sentẽtia nõ ĩpetrauit: ꝓposito anathemate Pratũ se contulit. Mortuo deinde non ita multo post Benedicto pontifice: tumultuantibus in Hætria omnibus: exules oĩum ciuitatũ in agrũ bononiẽsem cõuenientes: primo ingredi Florentiam instituũt: atq; ita clam noctu apud portã: quæ Bononiã ducit moenia nondum perfecta superingressi usq; ad tẽplũ diuæ reparatæ paulo ante inchoatũ ꝑueniunt. Verum dum prædam cupide nimium quærunt: & amicos cõsulũt: quid maxime agẽdũ censeant: hostibus suis sumẽdi animos. & capiẽdi arma tẽpus dãt: a quibus nõ sine multoꝝ cæde ꝓpere expelluut̃. Cõducto deinde Roberto Calabryæ duce: non solum sua tueri: ueꝝ etiã aliena oppugnare ausi: Pistoriũ obsidiõe cigũt: adeo ægregie ab his: qui in præsidio erant defensum: ut eruptione facta: Robertum cum exercitu Pratũ usq; repulerint. Benedicti aũt uiri optimi ac sanctissimi mẽs fuerat pacata Italia: tartaros Syriam & Palestinã ingressos iuuare a quibus litteris & nũctis ad tãtam rẽ cõficiendam cõtinuo inuitabatur. Mortuus itaq; Perusii (eo enim ꝓfectus cũ curia fuerat) põtificatus sui mẽse octauo: die decimoseptimo: rẽ destinatã omittit. Sepelit̃ aũt magna põpa (ut par fuit) ĩ ecclesia fratrũ prædicatoꝝ: nonis Iunii millesimo tricẽtesimo tertio. Fuisse autem Benedictum uiꝝ optimũ ac sanctissimum declarant miracula a se

post mortem ædita:sanatis ægrotis:pulsisq; demonibus e cordibus obsessoꝝ. Vacauit
tum sedes a nonis Iunii usq; ad nonas Iulii īsequentis anni:licet cardinales in conclaue
ob eam rem constituti a perusino populo impulsi persæpe sint: minis interdum addi-
tis:ut pontificem deligerent.

CLEMENS.V.

CLEMENS Quintus natione uasco:burdagalensis epūs:Bertrādus Gottho
antea uocatus.Perusii a collegio cardinaliū absens:post longā cōtentionem
pōtifex tandē creatur.Is aūt electioni cōsentiēs:ex Burdagala Lugdunū ꝓ
fectus:eo cardinales omnes ad se uocat:qui sine mora pōtifici obtēperarūt:atq; ita cu-
ria romana in Gallias translata est:millesimo tricentesimoqnto:ubi etiā ad septuagīta
quattuor annos remansit cū magno christianoꝝ incōmodo:potissimū uero urbis Ro
mæ:cuius tēpla magna ex parte ob solitudinē & situm corruere:absētibus his: ad quos
quidē ea restituere pertinebat.Coronationi aūt pōtificis īterfuere:& Philippus rex Frā
ciæ:eiusq; frater Carolus nuper ex Italia reuersus:Ioānes Brittāniæ dux: qui ruina mu
ri oppressus morit̃ cū plærisq; aliis:dū pōpa coronationis(ut fit)per urbem ducit̃. Phi-
lippus quoq; rex ea ruina aliqua ex parte debilitatus ē.Pōtifex aūt ī tanta trepidatione
ex equo deturbatus solū carbunculū ex tiara amisit:precii aureoꝝ sex milliū:ut quidā
scribūt.Peracto deinde solēni:sedatisq; rebus oībus Clemēs multos cardinales gallicos
tū creat:ex italia nullū:licet Ioāni & Iacobo colūnēsibus dignitatē cardinalatus integrā
restituerit. Tres præterea cardinales cū senatoria potestate Romā misit:quoꝝ auspi-
ciis urbs ipsa atq; Italia gubernaret̃. At uero cū cerneret genuenses & pisanos inter se
grauissimo bello īplicitos:interimq; Sardiniā a saracenis occupatā esse:Insulā hac cōdi-
tione Foederico Siciliæ regi cōcessit:ut primo quoq; tēpore eā pulsis inde hostibus re-
cuperaret. Veneti aūt cum Carolo secundo cōtra imperatorē constantinopolitanū foe
dus ineuntes: eo Rassianū regem ꝓpulere:millesimo tercētesimoseptimo:ut Orthodo-
xæ fidei rationē a Romano pōtifice peteret. Verum cū postea ueneti ac Carolus refri-
xissent:Rassiani ipsi malo exēplo sententiā mutāt.Interim uero apud nouatiēses noua
hæresis a Dulcino & Margarita inuenta est:qua mares & feminæ simul habitātes ī oēm
libidinē ꝓlabebant̃.Fraticelli hi sunt appellati:quos opprimere Clemēs conatus:eo sta
tim milites quosdā cū apostolico legato misit:qui eos ī alpibus positos partim īædia &
frigore partim armis oppressit.Dulcinus aūt & Margarita uiui capti mēbratim laceran
tur:eorūq; ossa cōbusta dissipant̃.Rescitū quoq; eodem fere tēpore est: tēplarios olim
christi milites a nostris ad saracenos defecisse.Hanc ob rem interfecti illi sūt:qui com-
prehendi potuere:eorūq; bona partim Rhodiis militibus:qui Insulam paulo ante oc-
cupauerāt:partim uero nouis religiōibus sūt attributa.Iudeos quoq; Philippus rex Frā
ciæ cū singulis uestimentis e ꝓuincia sua deiæcit:direptis eoꝝ bonis ob maleficia quæ
dam & auaritiam. Verum cum non ita multo post Albertum imperatorem Ioannes ex
fratre nepos interfecisset:omnes fere ciuitates cisalpinæ Galliæ dominos sibi eos dele-
gere:quos antea capitaneos habuerant.Capitaneos enim præfectos urbium uocant:ut
Verona scaligeros:Mantua passerinos:Patauiū carrariēses.Estenses autem iam pridem
dominatu Ferrariæ potiebantur:sed tunc potissimum Mutinam in potestatem suam
redegere.Nec indignatus est Carolus secundus neapolitanus rex Beatricem filiam Azo
ni marchioni estensi in uxorem tum collocare. Verum Friscus eius filius nouercam si-
bi superinductam cernēs patrē in carcerē cōiæctum necat:Ferrariaq; potitur:impetra-
to a uenetis auxilio ad expugnādum Thedaldum castellū(ita accolæ uocant)ponti im-
positum. Tum uero cardinalis cognomēto Pelagura:Bononiam a Clemente missus ue
netis sub anathematis poena imperāt:ut a re ferranensi abstineant. Optabant quidem
ferrarienses ipsi ditioni ecclesiasticæ subesse.Hanc ob rem ueneti maturandum rati.ca
stellum die noctu oppugnatū tandem capiunt:quo facto Friscus ipse uīdictæ cupidus:
dimidiam Ferrariæ partem incendit:potissimum uero eorum domos:qui rebus nouis
studere uidebantur. At ciues tantam iniuriā non diutius laturi : sumptis armis Frisco
dominatu eiecto:uenetis sese dedūt:cum cernerent se ab his ægregie defēdi posse q̃re

Pelagura indignatus:crucesignatos in uenetos & ferrarienſes unde quaq; ꝓpere ad ſe
uocat. Clemens uero cognita uenetoꝝ cõtumacia & regnandi cupiditate: eis anathe-
mate notatis ſacra íterdicit ꝓ ſeruiſq; direptis eoꝝ bonis ubicũq; locoꝝ reperirent̃ ha
beri iuſſit. Quã ob rẽ gẽs ipſa mercaturæ admodũ dedita:& í Anglia & í gallia maxía
ícõmoda ꝑpeſſa ẽ. Alios præterea cardinales í hetruriã bellis tumultuãtem põtiſex mi-
ſit:qui Roberto Calabriæ duci Florẽtinis ac Lucẽſibus reliquiſq; ꝓuíciæ populis mã
darẽt:ut oppugnare Piſtoriũ deſiſterẽt. Paruere tũ oẽs præter Florentinos & Lucẽſes
quare his quoq; a ſacris interdictũ ẽ. Verũ abeunte Roberto Auenionẽ ſalutãdi ponti-
ficis cauſa:Piſtorienſes diutino bello fatigati deditionẽ tandẽ fecere. Captæ urbis Flo-
rentini & Lucenſes mœnia euertũt:foſſas cõplẽt:agrũ ſibi diuidũt:a ſanguine tamẽ ci-
uiũ temperatũ ẽ. Solũ urbis utriq; populo cõmune remanet. Quod quidẽ florẽtini nõ
ita multo poſt cõtra fœdera íter ſe & Lucẽſes inita occuparũt:ducto circũquaq; muro:
climatiſq; foſſis. Idẽ præterea ut oía circũquaq; tutiora haberẽt: Acianũ gẽtis Vbaldi-
ne caſtellũ in agro Mugellano poſitũ emptũ pecunia dirruũt:í planoq; haud lõge Scar-
pariã:ut paucis ante annis í ualle arni Caſtelfrancũ & ſanctum Ioannem condunt. Miſ-
ſus tum quidem í hetruriã Neapolio cardinalis urſinus:qui res ipſas cõponeret:ſpretus
a florentinis & lucẽſibus eo ire prorupit:ut anathema & íterdictũ publice continuaret
Hãc ob rem Florentini clerũ ipſũ grauiſſimis exactionibus diu multũq; uexarũt. Vſi
præterea hac ſcæuitia ſũt:nã Curſium Donatũ ciuem ægregiũ & de repu. benemeritũ
interfecere:quia Vgutionis Fagiolani filiã in uxorẽ duxerat:adeo nobilitatẽ odio habe
bãt. Verũ cũ poſtea Pelagurã legatũ in recuperãda Ferraria caſtelloq; Thebaldo a uene
tis occupato iuuiſſẽt:a põtifice í gratiã recipiũtur milleſimo tercenteſimo nono. Eodẽ
uero anno Carolo ſecũdo rege neapolitano mortuo filius Robertus í regnũ a põtifice
miſſus:Bononiã ad Pelagurã ꝓficiſcitur:quẽ ſtatim eccleſiæ noíe tumultuãti Ferrariæ
præfecit. Is aũt Neapolim iturus Degum Catelanũ uirũ inſignẽ cum cohorte equitũ í
præſidio reliquit. Qui ubi cõtinere Ferrarienſes uerbis & minis í officio nõ poſſet:eq-
tes ex arce in ciues dimiſit:quorum de numero multos certe ítucidauit. Ad octo nãq;
& uiginti ex optimatibus Eſtenſiũ dominatũ appetentes necauit. Eodem uero tẽpore
Henricus Lucẽborgẽſis a Germanis imperator electus:hac quidem lege a pontifice cõ
firmatur:ut íter bienniũ coronã Romæ habiturus:Italiam ingrediatur. Hoc aũt aío id
ægerat pontifex:ut imperatoris aduentu motus Italici cõprimerent̃. Imperator itaque
omnia ſe facturum pollicitus:oratores ſtatim í Italiam ad populos & principes mittit:
maxime ueto ad florentinos:qui tum aretinos uexabãt petitq; ut ſibi & exercitui ſuo
hoſpitiũ in urbe parent:ac uexare aretinos deſinant. Reſpondere tũ florentini tantum
quidẽ principem impudenter agere:qui barbaros í Italiã ducere conatur:quã ipſe impe
rii cauſa a barbaris tueri deberet. Aretinis præterea imperatorem ipſum non bene
conſulere: quos ſciret guelphos quidem ciues ſuos expuliſſe: exules enim ab impera-
tore inſtitui conſueuiſſe & extorres retineri. Ferunt tum Dantem florentinos cæ-
cos appellaſſe:ꝙ imperatori tam inſulſe reſpondiſſent:quo certe nil poterat eſſe magis
a repu. ſua alienum:maxime autem tanto principe cum tãto exercitu hoſtili animo ad
uentante. Animos ſiquidem eis dabant Roberti regis promiſſa:qui in regnum profici-
ſcens factionis guelphæ defenſorem acerrimum ubiq; ſe futurum pollicitus erat. Impe-
rator autem ad taurinos alpes tranſgreſſus in plana deſcendens: omnes fere ciuitatum
principes honoris cauſa obuios habuit. Duæ tum præerant Mediolani factiones: qua-
rum altera turrianorum:altera uicecomitum habebatur. Guelphis præerat Guido
Turrianus populi capitaneus:ut gentis uocabulo utar:gibellinis uero Maſeus uiceco-
mes. Veritus autem Guidone uicecomes Henrici gratiam ob factionem præoccupa-
ret: contracto exercitu in agro mediolanenſi caſtra ponit uiſurus(ut ipſe dicebat) qui
nã urbẽ ſe inuito ingrederentur. Tũ uero Maſeus nũciis íperatorẽ ipſũ ꝓpere Medio-
lanũ uocat ad urbẽ(ut ipſe dicebat) íperii romani domicilũ. Henricus itaq; copias ur-
bi admouẽs:magnos tũ quidẽ tumultus ingreſſo iam Guidone cõcitauit: quos ſtatim
rebus hoc modo cõpoſitis repreſſit:ut Guido Vercellis potiretur:Maſeus uero equitũ

suoꝝ dux & præfectus haberetur. Potitus Mediolano īperator oēs fere ciuitates statim
in deditioné accæpit: præter alexandrinos. Coronā itaq; ferreā Mediolani accipiés: quā
nō etiā de more cape debuerat tāta ciues īpensa uexauit: ut grauata onere plebs quæ li-
bertaté spabat arma sumpserit. Tū uero germani cū ab utraq; factiōe suos cædi uiderét
ex suburbus urbem ingressi factionum capita ad se uocant. Galeatius aūt Masei uice-
comitis filius. relicto domi genitore: cum magna clientū manu ad īperatoré ꝑficiscit:
ostéditq; turrianos tyrānidé urbis affectantes tātū tumultus cōcitasse. Hanc ob ré ger-
mani cū gibellina factione ī unū cōuenientes: turrianos nō nihil apud plateam sanctæ
Mariæ nouæ resistentes ab urbe pellunt: qui Guidone suadente Vercellas populariter
petunt. Ex hac aūt factione ad trigita īterfecti referunt: quoꝝ de numero qttuor tur-
riani fuere. Moués deinde ī cremonéses & cremonenses henricus: qui gibellinos eiæce
rāt guelphos ad suppliciū uocat: sed libera cremonensium deditio Henricū mitiorem
reddidit. In cremenses aliquantulum sæuitū est: & eoꝝ mœnia funditus euersa sunt.
Parmenses autem timore perculsi. qui Giberto Corrigia suadente rubeos ī urbé accæ-
perāt: pulsis guelphis īperatoris uicarium recipiunt. Tutati sunt aliquandiu se brixiani:
ueꝝ cū acriter ab Henrico oppugnaret noctu ad montana cōfugientes: uacuam culto-
ribus urbé reliquere. Ingressi itaq; germani urbis mœnia confestim demoliunt. His
aūt uicinoꝝ calamitatibus perterriti mantuani: ueronenses: uicentini: patauini: taruisi-
ni: ueneti: mandata impatoris statim fecere. Placentini quoq; pulso Alberto scoto guel
phoꝝ duce: imperatoris præfectū suscipiūt. Cōpositis itaq; hoc modo Cisalpinæ Gal-
liæ rebus īperator: Amadeo Sabaudiæ comite pisanoꝝ genuensiumq; oratoribus sub-
sequentibus p placentinos iter faciens Genuam ꝑficiscitur. Quo etiam non ita multo
post applicuere & legati Roberti neapolitani & Foederici siculi regis: illi simulatam: isti
ueram amicitiam præ se ferentes. Nam Robertus rex Marescallū suū cū duobus mil-
libus equitū in hetruriā miserat: qui florentinis & lucensibus: si opus uideretur contra
imperatorem auxilio essent. Verum Héricus Pisas classe delatus præmissis terrestribus
copiis maximis incōmodis lucenses afficit. libuit hactenus cōmemorare hæc incōmo-
da italis illata: quoꝝ omnis culpa a quibusdam in Clementem transfertur: qui Henri-
cum impulerit cum exercitu Italiam ingredi. Sunt tamen qui scribant id ex utilitate ꝓ
uinciæ a Clemente factum ob intestina mala: quæ quottidie cum magna hominū cæ-
de in unaquaq; ciuitate: immo in quouis. paruo etiam castello committebantur. Cæde-
bantur ciues: necabant senes: allidebant īfantes: nec ullus crudelitatis modus īerat. Vn
de Clemēti placuit: qđ scriptū apud Homerū ē: unus sit princeps ad qué oīa referantur.
Henricus aūt Romā uersus iter arripiés cū quingentis equitibus Lodouicū Sabaudien
sem Amedei filium præmittit: qui certe apud Stephanū columnam non longe a latera-
nensi palatio diuertens: magnū Vrsinæ factioni timoré iniæcit. Henricus tamen Viter
bium primo inde Romam ueniens: effuso obuiam honorato quoq; cum urbana mul-
titudine perbenigne suscipitur. Coronatus deinde a tribus cardinalibus romanos oés ī
uerba sua (ut mos est) iurare compulit. Aedito ingenti conuiuio cui omnes ciuitatis
proceres (exceptis duntaxat ursinis) interfuere. Ne tamen in tanta celebritate quicquā
tumultus ob concitatas hominum mentes oriretur milites suos in theatris therminis
locisque munitis pro statione collocauit: quibus præsidiis adeo confisus: ut ausus sit
etiam tributum insuetum a populo exigere. Qua ex re omnes utriusq; factionis ci-
ues ad ursinos confugiūt: qui ædes suas prope Tyberim & Hadriani pontem sitas ua-
lidis præsidiis cōmunierāt. Tū uero īperator ira percitus sagittarios nauales a pisanis mis
sos ī urbem contra romanos uocat: quos certe nil tale metuétes Ioánes Roberti regis
frater: q suas nauales copias sub Auētino collocauerat: facile ī fugā uertit: & īnromisso
eqtatu haud lōge ī statiuis collocato: populo romano adiuuante īperatoré ipsū Tybur
abire coægit. Discessit & Ioánes Roberti frater cardinaliū iussu: urbemq; pacatam reli-
quit. Henricus aūt Perusio iter faciens: cū Aretiū ꝑuenisset Robertum regem maiesta-
tis reū facit: citatūq; nec apparenté regno priuauit: īprobantē eam ré Clemēte: q ī loco
nequaq̄ idoneo tātam ré nec ad se ꝑtinétem ꝑægisset. Pōtificis.n. ꝓprium esse dicebat

regnum Siciliæ cis & ultra Farum dare & adimire: mouens Aretio imperator in florentinos & lucenses cũ Roberto sentientes copias ducit. Verum cum urbem oppugnare non posset occupato Bonitio eodẽq; munito senensibus bellum indicit: qui auare nimiũ ac maligne cõmeatus ei subministrabãt. At uero cũ ægrotare cœpisset: ad Macereti balnea se cõtulit: unde multo inbecillior q̃ antea ad Boncõuentũ redit: ubi post aliquot dies moritur non sine suspicione dati a florentinis ueneni subornato pollicitationibus & proæmiis monacho quodam: qui ei eucharistiã ueneno illitã dederat: ut nõ nulli scribũt. Pisani aũt mortuo imperatore florẽtinorum potentiã ueriti Vgucionem Fagiolanũ ducẽ sibi ac tyrannũ deligũt: qui paulopost ab equitatu cũ Henrico militare solito adiutus: lucenses agris multatos ĩ potestatẽ suã redægit. Clemẽs uero ad cætera mala quæ Italia patiebatur: audito incẽdio basilicæ Constantianæ uehementer idoluit; pecuniasq; clero ac populo romano misit ad tẽplum restituendũ: licet eo anno tãta charitate & penuria rerũ laboratũ ĩ regno sit: ut uix ad cibum & potũ satis pecuniarũ haberet. Quæ quidẽ mala & frequẽtes eclypsas solis cometæq; portendebãt: & ipsa pestis qua fere ubiq; tũ laboratũ est. Clemẽs aũt cũ animũ ad cõponẽdũ ecclesiæ statũ adiæcisset: sacris ordinibus ter habitis & plærosq; cardinales uiros optimos creauit: & tribus cõciliis diuersis in locis uariisq; tẽporibus habitis. multa prudenter & maturæ ægit. Nã & Dulcini sectã ecclesiasticos ĩpugnantẽ (ut dixi) perdomuit: & tẽplarios sustulit ĩ maxios errores ꝑlapsos: christũ scilicet ãbnegantes eorũq; bona hierosolymitanis militibus addixit: & regi Franciæ aput Pictauiũ quædã inhonesta petẽti quo minus id impetraret restitit: nã & dãnari bonifaciũ & absolui Nogaretiũ ac Sarram perebat. Primũ certe nunq̃ obtinuit: secundũ postremo ĩpetrauit: pollicẽte Nogaretio se iturũ poenitẽtiæ gratia cõtra saracenos: quã expeditionẽ Clemẽs ipse maxime quidem optabat: ut ex eius conciliis apparet. Præterea uero & Celestinũ quintũ approbatis eius miraculis in sanctos retulit sub nomine Petri cõfessoris: & librũ Clementinarũ a se cõpositum in uiennensi concilio ædidit. Deinceps uero uariis ægritudinibus afflictatus: nunc eni dysenteria: nunc stomaci ac laterũ dolore cruciabatur: octauo Põtificatus sui anno: mense decimo: die quintodecimo moritur. Vacat tum sedes annis duobus: mensibus tribus: diebus. xvii. dum nõ satis inter cardinales constat: quem potissimũ deligãt. Nec minor qdẽ discordia ĩter electores ĩperii tũ fuit mortuo Hẽrico: cũ alii Lodouicũ Bauariæ: alii Fœdericũ Austriæ duces ꝑponerẽt: quibus ĩter se prælio cõcurrentibus: superato Fœderico tanta sũpbia Lodouicus elatus est: ut absq; auctoritate romanæ sedis & ĩperatorẽ se appellauerit: & ita uicecomitibus in Cisalpina fauerit: ut Mediolano potiti sint: quo ei facilius Romã proficisci liceret ad coronã auream (ut mos est) accipiẽdã. Tum uero hetrusci oẽs ac maxime guelphi trepidare cœperunt: q̃ cernebãt Lodouicũ ĩperatorẽ oĩa ĩperii iura adiuuantibus uicecomitibus & Vgucione Fagiolano pisanorũ & lucẽsiũ tyranno breui repetiturũ. Hanc ob rem & Guidonẽ Petramalam epũm aretinũ ac dominum: & Philippum tarentinum principẽ Roberti regis fratrẽ ĩ ptes suas pollicitationibus & muneribus pellexere. Multũ eni philippus equitatu & disciplina rei militaris tum ualebat.

IOANNES. XXII.

IOANNES Vigesimus secundus: Iacobus Caturcensis antea uocatus: epũs portuensis post: longam uiginti triũ cardinalium altercationem Lugduni Pontifex creatus nonis septembris in ecclesia cathedrali coronam pontificatus accæpit. Inde uero Auenionem cum curia profectus octo cardinales in ieiuniis quattuor temporum aduentus domini creauit: quorũ de numero fuit Iacobus caturcẽsis eius ex sorore nepos: & Ioãnes caietani tituli sancti Theodori diaconus cardinalis e gente ursina. Præterea uero in sanctos confessores retulit Lodouicum episcopum tolosanum quondam Caroli regis Siciliæ filium. Sunt tamẽ qui hoc bonifacio octauo ascribãt: ut antea dixi. Abdicare aũt se episcopatu & sacerdotio cõpulit Vgonẽ caturcẽsem episcopũ priuatum oĩbus põtificalibus insignibus anulo: mitra: cappa: pileo: camisiaque romana. Priuatum autem degradatumque (ut istorum uocabulo utar) ac curiæ

seculari traditũ oĩbus cruciatibus coactũ esse uitã cũ morte cõmutare ꝙ in pontificẽ
cõiurasset. Ecclesiã uero tolosanã: quã unice dilexit ad archiepiscopatũ trãstulit: cuius
qdẽ castella sex ĩ ciuitates errexit: ut haberet archiepũs tolosanus qbus cum dignitate
præesset. Dioceses quoq; archiepiscopatui narbonẽsi ascripsit: limosã & abbatiã scĩ Põ-
tii. Adeo præterea rebus nouis põtifex ipse studuit: ut & simplices epãtus bifariã diuise-
rit ac diuisos ĩ unũ redægerit: & abbatias ĩ epãtus: & epãtus ĩ abbatias uicissim trãstule-
rit: ac cõstituta prius ĩ aliã formã trãstulit: hac tamẽ gratitudĩe usus ẽ: ꝙ clemẽtinarum
æditionẽ cõfirmauit: mãdauitq; doctoribus oĩbus publicoꝝ gymnasioꝝ: ut libꝝ ipsũ
publice legerẽt. Ordinẽ aũt Gratidimõtẽsem quorũdã ĩproboꝝ factiõibus labefactatũ
in meliorẽ formã redægit: ãputatis his quæ ordini obessẽt: additisq; ĩstitutõibus qbus-
dã: qbus tãta religio cõstaret. Cũ uero Cæsar augustanã ecclesiã admodũ diligeret eã in
Metropolitanã erexit: quiq; cathedralibus ecclesiis ex undecim quæ tarraconẽsi sub-
sũt huic assignatis. Instituit & nouũ ordinẽ militũ: q militare sub christo dicerẽt ĩ lu-
sitania (quæ Portugalia dicit) q saracenis resisterẽt Beticã & Aphricã ĩcolẽtibus. Betica
apud ãtiquos ea ps Hispaniæ dicebat: quæ ad mare mediterraneũ uergit nostris tpibus
Gratæ nomẽ optinẽs: a Cocco (ut arbitror) quo ea ps Hispaniæ maxĩe abũdat. Coccum
aũt nũc granã uocãt: unde lanæ ĩficiũt. Huius aũt ordĩs (quẽ diximus a põtifice cõstitu-
tũ) caput ĩ Marino syluẽsis diocesis oppido repositũ ẽ: militibusq; oĩa bona tẽplarioꝝ
ãnuẽte rege Portugaliæ cõcessa sũt: quo liberius militiæ christi uacarẽt. Cuius cẽsor &
moderator ẽ abbas alcohasiani monasterii cisterciẽsis ordinis ulyxibonẽsis diocesis: q
& cõscribẽdi & exauctorãdi militẽ facultates habet. Deĩceps uero duos Thomas ĩ scõs
retulit: Thomã scilicet epũm herferdẽsem uiꝝ nobilẽ genere: ꝓbatũ moribus: doctri-
na ĩsignẽ: miraculis claꝝ: & Thomã Aquinatẽ ordĩs sancti Domĩci doctorẽ præcellẽtẽ
de cuius uita & scriptis multa supius ãnotauimus. Creatis deĩde septẽ cardinalibus secũ-
da ordinatiõe: millesimo tercẽtesimo uigesimo secũdo statim edictũ ꝓposuit: quo eos
declarauit ptinaces & hæreticos: qui affirmarẽt christũ eiusq; discipulos nihil priuati
uel habuisse: qđ certe nõ multũ cũ sacra scriptura cõuenit: quæ multis ĩ locis testat chri-
stũ eiusq; discipulos ac ueros imitatores nil ꝓprii hũisse: ut illud euãgelii: qui nõ uẽdi-
derit oĩa: quæ habet: & paupibus dederit nõ põt eẽ dignus me discipulus. Præterea ue-
ro hæreticũ putauit esse: siquis affirmaret ipsis discipulis uẽdẽdi: donãdi, testãdi acquirẽ-
di suopte ingenio ius nõ cõpetere: ꝙ ad religionẽ eũtes ĩ alterius arbitriũ transeãt: un-
de fit ut domini mãcipiã nõ sibi: sed domino acquirãt: uel acquisita prius ex arbitrio &
mandato eius pauperibus distribuãt. Harum aũt institutionum litteras apostolicas ad
Gymnasia publica transmisit: ne amplius scholastici ea de re disputare auderẽt. Dãnauit
præterea glosulã quandã fratris Petri ordinis minoꝝ: qui conuentũ quendã tertii or-
dinis ad imitandam christi paupertatẽ animauerat: quorum de numero multi damna-
ti & exusti fuere. Habita præterea cõstitutione (ut eoꝝ uocabulo utar) decẽ cardinales
creauit: ĩter quos Ioannis colũnæ & fratris Matthei e gente ursina ordinis prædicato-
rum ratio est habita. Dum hæc a pontifice agerentur: florentinus exercitus ingẽti cla-
de nõ lõge a monte Catino ab Vgucione Fagiolano superatus est. Verum lucenses nõ
diutius tyrannidem Vgucionis laturi capta occasione. Nerium eius filium urbe euici-
unt: dum Castrucium uirum domi nobilem & manu promptũ: quem incarcerem con-
iecerat ob prædam ex hostibus captã ad suppliciũ ducit. Pulsus itaq; Luca Nerius pa-
trẽ ĩ lucẽses cõcitat: cui quidẽ ex urbe ĩ hostẽ ꝓdeunti pisani statim clausere portas. Is
aũt cũ filio ad Malaspinas cõfugiẽs tẽtato sæpius ac frustra ad tyrannidẽ reditu: tandẽ
ĩ flãminiã solũ paternum pontifice iubente redit. Atq; ita Castrucius ab extrema cala-
mitate ad summã foelicitatem perducitur: e carcere enim ad dominatum ciuitatis lucẽ-
sis traductus ẽ. At uero põtifex ĩtelligẽs & estẽses pulso præsidio ecclesiastico oĩo Fer-
raria: & uicecomites adiuuãte Lodouico bauaro mediolano potitos eẽ. Omissis (ut ipse
dicebat) ad tẽpus estẽsibus uicecomites ĩterdictis notauit: magis ĩ lodouicũ: qui titulos
imperii sibi usurpabat: q ĩ uicecomites ĩuectus. Eodẽ quoq; tpe gibellini genuẽses a cõci-
uibus suis guelphis pulsi adiuuãte roberto rege: cuius põtati ciuitatẽ cõmiserãt Sauonã

populariter migrauere. Hos postea etiam extorres bello insequens Robertus: dum in gallias traiicit una cũ sauonensibus in potestaté suá redactis: aliquádiu male habuit. Põtifex aũt intelligés discessu Roberti guelphos ubiq; opprimi: Carolũ Valesii comitem Franciæ regis Philippi filiũ in Italiá mittit: qui guelphis præsidio esset: & his potissimũ qui apud Vercellas cũ turrianis erát urbis ditione potitis. Veꝝ supueniente Lodouici imperatoris iussu Galeatio uicecomite ante aduẽtum Caroli turriani Vercellis pellũtur: eaq; urbs ĩ potestaté uicecomitũ redigitur. Potitur & Castrucius nõ ita multo post Pistorio: ut Guido Petramalá pauloante Typherno: florẽtinis aduersãtibus. Sed Castrucius Galeatii uicecomitis auxilio fræetus: ná Acciũ filiũ cũ mille & qngẽtis militibus ei auxilio miserat: florentinos magna clade superatos ad mœnia usq; persequitur. Tũ uero pontifex uidés in Bauaro turbandi oĩa principiũ inesse: ei sacra interdicit more solẽni: ut fieri cõsueuit: Guidoneq; Petramalam post occupatá Typhernũ sacerdotio exauctorauit. Cortonam quoq; a Diocesi aretina separatam in ciuitatem erexit: creato loanne uiterbiensi cortonensium episcopo. Interim autem Nicolaus estensis Ferrariæ dominus Argentam rauennatis ecclesiæ Oppidũ ui occupat: adiuuante Passarino Bonacossio urbis Mantuæ tyranno qui sororem Nicolai pauloante in uxoré duxerat. Ii etiá iunctis simul copiis bononienses aggredi sunt ausi: sed a Beltrãdo ecclesiæ copiaꝝ duce superati cum magno incõmodo abiere: nõ ita multopost a põtifice anathemate notati. Ferrariæ præterea interdictũ sacris donec Argenta redderet. Castrucius uero adeo florentinos tum uexabat capto oppido signa: unde frequentes incursiones in eos faciebat: ut desperatione reꝝ adducti Carolum Roberti filiũ in dominum uocauerint. Tũ uero Ioannes põtifex Ioannem ursinũ in Italiam propere mittit: qui florentinos & guelphos oẽs in Bauarũ cõfirmaret: iá alpes cũ magnis exercitibus trãseunté. Is aũt Romã iter facturus primo Mediolanũ ꝓficiscitur gibellinoꝝ precibus motus. Verũ cũ acceptа ferrea corona pecuniis indigeret: atq; eas a populo exigere qué Galeatius tuebatur oĩbus uicecomitibus in carcerem cõiectis: quattuor & uiginti ciues deligit: qui rẽpu. administrarent addito præfecto: quem ex gente sua urbi præfecit. Bauarus tamen postea Castrucii precibus motus uicecomites oẽs incolumes dimisit: dũ Lucæ essent: ubi imperator a lucensibus magna cũ benignitate suscæptus est. Inde uero abiens comitãte cũ mille & quĩgentis equitibus Castrucio Romá puenit: ubi apud ædes laterani iussu cleri populiq; romani a Stephano colũna coronatur. Præerát tum urbi duo ex nobilitate romana: quos romani imperatoris uicarios appellabant. Tum uero cũ Nicolaus comes alter collega abesset: Stephano ea sors obtigit. Coronatus ĩperator Petrũ Corbariensem ordinis minoꝝ: ex Reatino agro oriundũ põtificem statim creat: Ioannis. xxii. æmulũ futuꝝ: hoĩem quidé humili loco natum: sed doctum: & ad res agendas aptissimũ. Habuit hic primo uxorem qua renuente ac reclamante religioné & habitum sancti Francisci suscæpit. Creatus itaq; Pseudo pontifex: ac Nicolaus quintus appellatus ab imperatore & his qui tum cum eo aderant: ut uerus Christi uicarius cõsalutatur. Creauit is quoq; cardinales & epõs homines sui ipsius cõsimiles. Interea uero cum equites galli in præsidio florentinorum relicti noctu insidiis Pistorium occupassent: Castrucium Roma abire confestim cogunt: qui primo iunctis cum uicecomitibus copiis Pisas Lucamq; peruenit. Inde uero in Pistorium mouens ciuitatem diu obsessam fame ad deditionem tandem cõpulit. Subsequens autem Castrucium cum exercitu Bauarus: Viterbii antipapam reliquit florentiam oppugnaturus: quam fortasse occupasset: ni Castrucio graui morbo ex immensis laboribus contracto mori contigisset. Bauarus tamé tanti accæpti beneficii immemor: eius filios Pisis ac Luca expulit: dum in ciuitatibus præsidia disponerent: urbibusq; ipse potitus est. Mortuo quoq; eodem tẽpore Galeatio uicecomite eius filii ad Bauarum confugiunt: hominem rogantes: ut accæpta grandi pecunia quam ipsi pollicebanť se in patriam remitrat. Tum ille pecuniæ admodum cupidus: Accium in patriam remittens: Marcum fratrem tandiu obsidem apud se detinuit: q̃diu ei pecuniæ redderentur. Verum Bauarus relicto Pisis antipapa Marcoq; uicecomite: Mediolanum ꝓfectus: in Germaniam iturũ nequaq̃ ab Accio ĩ urbé recipiť

paternaꝶ iniuriaꝶ memore. Germani aũt milites qui in hetruria Marcũ uicecomitẽ
obsidem retinebát: cognita hominis uirtute in eius uerba iurauere: ex captiuo ducem
creátes: qui statim dedentibus arcem castrucianis militibus Luca potitus ẽ. Verũ non
ita moltopost absente Marco germani milites mutata sententia Lucam urbem cuidã
genuensi ex gẽte spinola: qui multũ classe ualebat uendidere. Abeunte præterea in Ger
maniã Bauaro re omni infecta ad imperiũ spectante: Bonifacius Pisanus comes rẽ gra
tã Ioãni põtifici facturus Antipapã Auenionẽ ꝑducit: ubi in carcerem cõiectus uitam
cũ morte ꝑmutauit. Tum uero põtifex duabus maximis curis liberatus: ꝙ Antipapam
e medio sustulerat: ꝙꝙ Bauarus in Germaniã relicta Italia abierat: istante Franciæ rege
expeditionẽ ĩ saracenos ꝓmulgat impositis decimis: quæ Philippo ipsi ad expeditio
nẽ ituro darenť. Cæperãt tũ Lucã florentini: unde a militibus boemicis statim expellũ
tur: quos antea brixiani cõtra bergmates in Italiã accersierãt: quorũqꝫ auxilio fretus põ
tificis legatus: Parmã Rhegiũ Mutinãqꝫ cæperat. Is aũt inita cum Ioanne rege Boemiæ
amicitia õem rationẽ factionũ italicaꝶ repẽte cõmutauit. Nã quibus pontifex & Boe
miæ rex amici ac socii erãt: illis Robertus ac florẽtini repẽte aduersabanť; nullo guel
phoꝶ aut gibellinoꝶ discrimine habito. Mastinus enim Scala Verone: Philipinus Gon
zaga Mãtuæ: carrariẽses patauii: estenses Ferrariæ domini amicitiam & societatẽ cum
Roberto ineunt cuius etiam auxilio florentini adiuti Pistoriũ capiũt: dedentibus ta
men urbẽ quibusdã ciuibus nemineqꝫ aduersante. Interea uero marchiones estenses nõ
prius ab ĩterdicto ecclesiastico absoluti sunt: ꝙ ferrariensiũ precibus fatigati argentã a
se occupatã ecclesiæ Rauennati reddidere. Ii tamẽ auxilio scaligerorum freti castellum
sancti Fœlicis agri mutinensis obsidere incipiunt. Verum Carolo Boemiæ regis filio
Manfredoqꝫ cognomẽto pio carpi domino qui societatem simul inierãt estenses fũdũ
tur fuganturqꝫ: ex eoꝶ militibus ad octingentos cecidisse ea pugna cõstat: multosqꝫ ex
nobilitate captos: maxime uero Nicolaũ Estensem Rainaldi marchionis fratrẽ. Hac
aũt opportunitate motus legatus bononiensis: cõparato satis iusto exercitu: cui & Ga
leotus Malatesta ariminẽsis: & Frãciscus Ordelaphus forliuiensis: & Ricardus Manfre
dus fauẽtinus: & Hostasius Polentanus Rauẽnas præ fuere: Ferrariã obsidet. Nã ii oẽs
suaꝶ ciuitatũ dominatũ paulo ante occupauerãt cũ prius earũdem capitanei haberen
tur. Oppugnabať tũ acriter Ferraria capto sãcti Antonii suburbio: cũ auxiliares copiæ
a Philippino Gõzaga: a Mastino Scala: ab Vbertino carrariẽsi missæ animũ ad erũpẽ
dũ ferrariensibus dedidere: qui & hostes fundũt: & oẽs fere duces capiũt. Captus aũtẽ
Romãdiolæ comes cũ Nicolao Estensi cõmutatur: reliqui deĩceps ĩcolumes ad suos re
mittunť: hac cõditione tamẽ: ne arma amplius cõtra estẽses capiãt. Elatus uero tãta ui
ctoria Rainaldus Estensis ĩ agrũ bononiẽsem mouẽs lõge oĩa populatus a capiẽda ur
be paululũ abfuit. Vẽturũ quidẽ ĩ auxiliũ legati regẽ Boemiæ bononiẽses sperabãt: &
iã ẽe ĩ itinere dicebať: cũ subito ei nũciatũ: & Mastinũ Scalã Brixiã ac Bergomũ in de
ditionẽ accæpisse: & Acciũ uicecomitẽ Papiã ĩgressum arcem oppugnare. Hanc ob rẽ
ab instituto itinere discedẽs relicto Parmæ filio: cũ aliquot cohortibus Papiã ipse pro
fectus: cũ superare munitiones uicecomitis non posset uastato mediolanẽsium agro:
Parmã deĩceps re ĩfecta redit: ubi quoqꝫ ĩtellexit Americũ Castrucii filiũ Lucã amicoꝶ
opera recæpisse. Oppugnabatur tamẽ arx quã etiã rex accæpta grãdi pecunia lucẽsibus
& americo reliqt: breui ĩ germaniã iturus italicas factiones pertesus. Nam uicecomites
capta iã arce papiẽsi lõge & late uires suas diffũdebãt. Mutinæ itaqꝫ & Rhegii ĩposito
germanoꝶ præsidio: cõmẽdataqꝫ Parma Marsilio & Petro rubeo ĩ Germaniã abiit ce
lerẽ reditũ cũ maioribus copiis pollicitus. Abeũte aũt rege bononiẽses ipsi adiuuanti
bus florẽtinis: & Marchiõe Estẽsi pulso legato ĩ libertatẽ se uẽdicãt: cæso tũ ĩ urbe tũ ĩ
agris ecclesiastico præsidio. Hãc ob rẽ legatus oĩ ope destitutus: Auenionẽ ꝓficiscitur
ãno domini millesimo tercẽtesimo q̃rto & trigesimo: quo tpe eodẽ ĩ loco Ioãnes põti
fex moriť ætatis suæ ãno nonagesimo. põtificatus uero decimonono mẽse q̃rto relicta
ĩ thesauris tãta ui auri quãtã nullus ante se põtifex. Sepeliť aũt ĩ ecclesia cathedrali cum
magna funeris põpa. Sũt q̃ scribãt Petrũ Murroneũ: quõdam põtificẽ a Ioãne ĩ sanctos

relatū: Gentileq; Fulginatē & Dynū florētinū medicos īsignes magnis proemiis & honoribus tū ab eo affectos. Amator enī doctoꝝ uiroꝝ est habitus.

BENEDICTVS.XII.

BENEDICTVS Duodecimus: patria tolosanus ordinis cisterciēsis: Iacobus antea uocatus: sanctæ Priscæ presbyter cardinalis sextodecimo die post Ioānis mortē: Auenione pōtifex creatus statim cēsuras ī bauaꝝ a Ioāne factas: ut ī usurpatorē īperii cōfirmauit. Hac aūt ratiōe uacāte īperio ad arma oīa respiciebāt: cū unusquisq; quātūuis paruus dominus rapere ex alieno conaref. Scaligeri enī nō contenti Veronæ: Brixiæ: Bergomi dominatu: Parmā adimere rubeis conabāt: Gonzaga Rhegiū: Estēsis Mutinā: florētini Lucā appetebāt. Veꝝ cū scaligeri potiri Parma nequirent acriter q in præsidio erāt urbē defendētibus: maxime uero germanis militibus: q scaligero īfensi habebātur: ī uincētinos exercitū mouēt: unde re īfecta abeūte cū germanos milites abiisse Parma ītellexassēt: eā ꝓfecti urbe statim potiūf rubeis ipsis eā dedētibus. Nicolaus quoq; Estēsis Beatricæ Guidonis Gōziaci filia in uxore accæpta soceri copiis adiutus Mutinā capit. Philippinus itē Gōzaga ciuibus ipsis ultro dedētibus Rhegiū lepidi ī potestatē suā statim recæpit. Tū uero crescente Mastini Scalæ potētia qui & Parmā & Lucā & Patauiū dedēre Vbertino Carraria ī potestatē suā redægerat. Ad tantū dominatū extinguēdū oēs fere Italiæ pōpuli & pricipes simul cōiurarūt. maxīe autē ueneti: & Luchinus uicecomes q Accio pauloante mortuo ī domīatu succcesserat. Cīxerūt Veronā obsidione ueneti Gōzaga Estēsisq; dū Luchinus alio exercitu Brixiā & Bergomū ī suā pōtatē redigit. At cū ueneti timerēt nedū potētiā unius extiguere parāt alterius augerēt. Pacē hac cōditōe cū Mastino Scaligero ieunt: ut omisso patauio carrariensibus: dimissaq; Brixia & Bergomo uicecomiti. quas urbes nuper occupauerat: ipse Veronam Vicentiam Parmā Lucamq; retineret. Displicuit uehemēter hæc pax florentinis sociis & amicis: qui potiri Luca admodū cupiebāt: sed reiæcta in aliud tempus querela tum quidē reticuere. Pontifex autē misso in Italiam legato: senatui populoq; romano persuasit: ut senatoriā dignitatē: quā diu regio nomine gesserāt suis tandē & ecclesiæ auspiciis administrarēt. Hanc ob rē & Stephano Colūnæ senatoria dignitas ī quiquēnium prorogata est: & collegæ annui ei dati sunt. Veꝝ cū Pontifex Stephanum ad se Auenionē uocasset: Vrsus Anguillariæ comes Stephani collega Frācīscū Petrarchā uiꝝ eloquentissimū: maxīe aūt uernacula lingua rhitimisq; uulgaribus corona poetica ī capitolo donauit astāte populo omniq; romana nobilitate: anno salutis millesimo tercentesimo trigesimooctauo. At Pontifex ueritus ne uacāte īperio Italia ab aliquo externo hoste inuaderetur: Luchinū uicecomitē Ioānemq; eius fratrem archiepiscopū mediolanēsem Mediolani aliaꝝq; urbium: quas possidebant uicarios instituit. Eandem quoq; potestatē Mastino Scalæ Veronæ & Vicētiæ: Philippino Gōzagæ Mātuæ & Rhegii: Albertino Carrariæ Patauii: Obicioni Estēsi Ferrariæ Mutinæ Argētæ suo iure (ut ipse dicebat) tribuit: q uacāte īperio ois eius potestas ī pōtificē recidat Ihesu Christi supni regis unicū ī terris uicariū. Obicioni tamē Estēsi hoc uectigal īposuit: ut quotānis decē millia nūmū auri ecclesiæ romanæ ꝑsolueret. Semel aūt toto sui pōtificatus tpe sex presbyteros cardinales creauit: uiros ægregios nō de sua stirpe (ut nūc fit) sed undeq; ad tātā dignitatē uocatos nō īprobo tamē eos q ob cognationē & affinitatē ad sūmos dignitatis gradus erigūf: si tāta cōditiōe digni sūt. Tātæ præterea cōstātiæ fuit: ut dimoueri a recto uel ui uel precario uel pollicitationibus nūq̄ potuerit. Bonos enī diligebat & uicissim malos ac sceleratos apte odio habebat. Cōponere itē pacē īter Philippū Frāciæ & Eduardū Angliæ regē sæpe tētauit ꝑ legatos ac frustra: q maximis cladibus q̄ sæpissime iter se cōcertarūt. Nā Eduardi classis supra sclusas nō lōge a portu Flādriæ tāta ui cū gallis dimicauit & uicit: ut ad trigīta tria millia galloꝝ una pugna iterfecta referāf. Pōtifex aūt rē sæpius tētatā omittēs ædes pōtificias cū turribus & pomeriis īcohauit ac ꝑfecit: suoq; iussu īpensaq; basilicæ sancti Petri tectū restituit: quēadmodū epigrāma ad eius statuā ī eadē basilica positā īdicat. Morif aūt pōtificatus sui āno septimo mēse tertio: die decimo septio. Multā uim auri nō cognatis suis affinibus: sed ecclesiæ

relinquit Zotū pictorē illa aetate aegregiū ad pingēdas martyrū historias in aedibus a se structas cōducere i aīo habuit. In morte aūt optimi pōtificis & doctissimi oēs fere collachrymarūt:idq; i pōpa funeris qui aderāt fletibus & gemitu prae se tulere.

CLEMENS. VI.

CLEMENS Sextus patria lemonicensis: Petrus antea uocatus: primo monachus: deīde archiepūs rhotomagēsis: postremo Pontifex Auenīōe creatus ē. Fuit autē uir multae doctrinae cōpositaeq; eloquētiae: liberalis i oēs comis & phumanus. Electus itaq; nonis maii: millesimo tercētesimo q̄dragesimosecūdo. coronatur. xiiii. Cal. Iunii. Sequētibus uero ieiuniis pōtificatus sui āno primo: octo presbyteros cardinales creat: diacōnos duos. s. fratrē suū monachū tutellēsis pfessiōis: & Gulielmū ex sorore nepotē. Ex his praeterea quos presbyteros creauit unus ei affinitate coniūctus fuit. Sequēti aūt ānio duos itē creauit: quorū alter erat ex altera sorore nepos. Petentibus siquidē romanis: ut quēadmodū Bonifacius octauus olim cōcesserat: ut cētesimo quoq; āno (q̄d saeculū atitiqui appellabāt: unde ludi saeculares noīati sūt) plenā peccatorum oīum remissiotē uisitātibus limina apostolorū Petri & Pauli: quīquagesimo quoq; āno id facere libenter ānuit: cū diceret etatē hoīum iubileū illū centū annorū attigere non posse. Verū cū itelligeret totā Italiā ī tumultu esse: solos Luchinū & Ioānē uicecomites uicarios Insubrie cōfirmauit: de reliq̄s Italiae pricipibus nulla mētione habita. Existimabat enī solos uicecomites Bauaro resistere posse ī Italiā (ut ipse praedicabat) descēsuro: qui uicissim: ut par pari pōtifici redderet i ditiōe ecclesiastica multos uicarios iperiali auctoritate cōfirmauit. Nā Ioānē de uicourbis praefectū Viterbii. Galeotū Malatestam & fratres Arimini: Pēsauri: Fani: Antoniū Faletratiū Vrbini: Nolphū & Gallasiū fratres Callii: Alegretū Clauellū Fabriani Bulgarutiū Matelicae: Ismedutiū sancti Seuerini: Gētilē Varraneū Camerini: Michaelē mōtis Milonis. Pōgoniū Cīgoli. Nicolaū Boscaretū Esii. Guidonē Polētēsem: Rauēnae: Frācīscū & Synebaldū Foroliui & Cesēnae: Ioānem Māfredū Fauētiae dominos cōfirmauit: licet ante quidā ex his loca ipsa ptim ui: ptim beniuolētia ciuiū adepti fuerāt. ut i Benedicto diximus. Interim uero Frescobaldi Florētini ciues admodū potēres a ciuibus suis pulsi pisanos ad arma cōcitāt iniquo quidē tpe. Florētini enī Parmā a scaligeris empturi tū erāt: & ob eā rē filios obsides iā Ferrariā miserāt: quīgēta millia nūmū auri polliciti. Sequester. n. ad eā rē cōficiēdā ferrariēsis ab utroq; electus ē. Verū cū florētini alia sup aliā clade: tū a pisanis: tum ab eorū sociis afflictati essēt omittere tātā emptionē coacti sūt: ferre tamē auxilium lucēsibus a pisanis obsessis nō omisere adiuuātibus etiā sociis: copiarū duce Malatesta ariminēsi cognomēto ungaro: qui pisanos a ceruicibus lucēsiū armis quidē repulit. Tū uero Robertus florētinorū amicus sociorū calamitatibus pmotus: Gualteriū quēdā gallū Athenarū ducē appellatū: cū paruo equitatu ī Hetruriā misit: qui artibus exquisitissimis deiecto Malatesta ut i perito belli duce: ita gratiā florētini populi accupatus ē: ut breui & copiis eorū & urbi praeficeref: deiectis & extīctis oībus magistratibus. Huius quoq; fortunam iuuere aretini: qui hoī sese stari dedidere. At cū Accius corrigiēsis Parmā Vrbē quā ipse tueri nō poterat: Obitioni Estēsi dedisset: Philippinus Gōzaga bello ab ipso Obicione lacessitus: cōparato exercitu ī agro rhegiēsi hoīem īuadēs collatis signis tāto īpetu fūdit ut fugiētem Ferrariā usq; psecutus sit. Tū uero Obicio desperatiōe rerū motus Parmā ipsā quā retinere nō poterat Luchino uicecomiti tuēdā tradidit: āno domini millesimo tercētesimo sexagesimosexto. Cū aūt florētini ferre Gualterii tyrānidē diutius nō possēt: necarēturq; quottidie multi: i eū ob libertatē cōiurātes Angelus Acciaiolus urbis epūs ciues armatos i epātū ppere ad se uocat: patriā ī libertatē uēdicaturus. Quare tyrānus īparē se ciuibus uidēs episcopo ipso pacis sequestre adhibito icolumis cū militibus & rebus suis decio tyrānidis suae mēsae abiit. Verū plebs ipsa itegrata ut sēp nobiles ciuitatis: quorū cōsiliis & armis libertatē cōsecuta erat exules facit direptis eorū bonis aedibusq; euersis. Et nequid deesset ad pturbādā totā Italiā: i regno quoq; Neapolitano magnae discordiae exortae sūt. Rex enī Robertus sine stirpe uirili moriēs: Ioānā filiam Andreae nepotis sui Caroli regis Vngariae filio uxorē dedit: Neapolim enī illis diebus

adolescēs uenerat. Veꝝ Ioanna hoīem socordē perosa eū ī urbe aduersa ꝑ īsidias īterimit: alteriq; fratueli nubit Lodouico olī tarētini pricipis filio: quē Roberti quoq; fratrē fuisse cōstat. Tū uero Lodouicus rex Vngariæ primi mariti frater tātū scelus ulturus cū paratissimo exercitu ī Italiā ueniēs: primo sulmonēses resistere ausos oppugnare adorit. Interim aūt Romæ creādoꝝ senatoꝝ ex auctoritate apostolica cōmutata rōnet Nicolaus rētii ciuis romanus publicus scriba: uir qdē erecti ad libertatē excelsiq; aīi occupato armis capitolio tātū sibi beniuolētiæ & auctoritatis apud oēs cōparauit: ut facile quo uellet mētem populi Romani flecteret. Is aūt quo magis aīos hoīum cōmoueret: hoc titulo usus est Nicolaus seuerus: & Clemēs libertatis pacis iusticiæq; tribunus: ac sacræ romanæ reipu. liberator illustris. Hæc aūt uerboꝝ pōpa tātā de se & admiratiōné & opinionē cōcitauit: ut oēs Italici noīs ꝑ legatos pacē amicitiāq; ab eo peterit. Fuere & quædā externæ ꝓuīciæ: quæ ad romani īperii gloriā renascētem: ut ipsæ putabāt respicerēt. Sed paꝝ īoleuit fucata gloria: nā dum parti ciuiū cōsulit ꝑti aduersat: repente ex patrono tyrānus est habitus. Hāc ob rē septimo magistratus sui mēse īponte sua ignatis omnibus mutata ueste ꝑ obscurā noctē Roma abiēs ad Carolū Ioānis filium in Boemiā ꝓficiscit: quē Clemēs pōtifex ob multaꝝ līguaꝝ litterarūq; peritiam ī Bauari etiā cōtumeliā ab electoribus in cæsarē designari paulo ante fecerat. Captus itaq; tribunus a Carolo & Auemonē missus: pontifici dono dat. Lodouicus aūt Sulmone post lōgam oppugnationē potitus regnū deinceps facile occupat: abeūtibus ī ꝓuinciā narbonēsem ob timorē Iohāna & adultero Iodouico: relicto ad regni custodiā duce Dyrachino Roberti regis nepote: quē Carolus prælio supatū & captū ultimo supplicio afficit. At uero cū fere ī tota Italia peste laborarent Carolus relicto satis magno præsidio: tertio mēse ī Vngariā reuertit: eo maxīe tpe: quo Ioānes archiepūs magni animi cōsiliiq; uir mortuo fratre Luchino uicariatū mediolanēsem a pōtifice suscæpit. At Clemēs retento ī uīculis Nicolao cardinales quosdā Romā misit: qui statū urbis cōponerēt: ad quos Frācīscus Petrarcha ꝑscribēs eis ꝑsuadet: ut ꝓmiscue senatores ad tollēdā seditionē ex plebe ipsa creent: cū nō satis cōstet in ipsa urbe Roma: qui senatorii quiq; plæbei ordinis sint: q̄ oēs fere ꝑegrini sint & ignotis parētibus orti. Declarati itaq; senatores sūt: Petrus sarra colūnēsis & Ioānes Vrsi filius: Quo quidē tpe pestis adeo triennio totā Italiā ꝑuagata ē: ut uix decimus quisq; ex millesimo hoīe supfuerit. Nec id quidē mirū cū ob iubileū cōtagione hoīum & multitudine undiq; Romā cōmigratū: squalore sitq; pedore oīa inficerent. Venere aūt tū ī potestatē florētioꝝ Collis oppidū & Geminianū. Venit & ī potestatē archiepiscopi mediolanēsis Bononia ciuibus ipsis ultro dedētibus. Quare pōtifex cōmotus misso ī Italiā legato florētinos & Mastinū Scalā ī uicecomitē cōcitat. Sed mortuo Mastino archiepūs canē grādē Mastini filiū oēsq; flaminiæ: hetruriæ gibellinos ī foedus amicitiāq; sui pelliciēs: Bernaboue nepotē Bononiā misit: qui ciues ī fide cōtineret. Interim uero florētini nemine uetāte pistoriēses ac pratēses aggressi: eos tādē in potestatē suā armis redigūt. Veꝝ postea ab archiepiscopo uexati duce copiaꝝ Ioanne Aulegio uix tū quidem se moenibus turati sūt. Defecisse tum Anglare & Burgū sancti sepulchri ecclesiæ oppidū ad uicecomites cōstat. Pugnasse tū etiā legitur Genuēses & Venetos īter se bello nauali: in quo primo uicti Genuēses sūt: mox uictores præfecto classis Philippo Auria & Chium īsulam de uenetis cæpere: & Euboiam (quā Necropōtū uocāt) magnis cladibus uexarūt. Clemēs aūt quieti Italiæ tādem cōsultus Lodouicū Tarētinū principē regē neapolitanū decreuit pacē cū ungaro īstaurat. Vrbē Auenionēsem a Ioanna regina emit: eius enī patrimoniū habebat. Persoluit preciū ꝑheudi ꝑmutatione: tātundē enī & eo amplius ob regnū neapolitanū ecclesiæ Romanæ debebat. At uero dū Anglerianus uicecomes Scarperiā ī mugello obsideret: Senenses: Aretini: Perusini suis rebus timētes nouā societatē cū florētinis cōtra uicecomites ineunt. Sētire cū uicecomitibus Pisani aperte nō poterāt ob Gābacurtos familiā potētē florētinis amicā: q resistere uicecomiti nequeūtes: Carolū īpatorē ī Italiā uocāt. Hāc ob rē motus pōtifex ueritusq; ne Italia ferro ac flāma uastaret: quēadmodū se facturꝰ īperator minabat: & uicecomitibus Bononiā hac lege ꝑmutat: ut duodecī milia nūmū

auri quotãnis ecclesiæ ꝑsoluerẽt: & pacẽ iter Vicecomites & florentinos cõponit his
cõditionibus:ut neuter istoꝝ Pisanos:Lucẽses:Senẽses:Perusinos uexaret:utq; Burgus
sancti Sepulchri ecclesiæ obtẽperaret:libertatẽq; Cortonẽsium uicecomites tuerẽtur:
pacẽ quoq;:& fœdus cõponere iter Philippũ regẽ Frãciæ & Eduardũ Angliæ annixus
ẽ:sed frustra adeo erãt ad bellũ animati ĩ quo Eduardus uictor cæsis uigiti galloꝝ mil
libus Calesiũ undecim mensibus obsessũ:ui tandẽ cæpit. Eadem quoq; fortuna superã
tur Scoti ab his qui Eduardi auspiciis ĩ Scotia nũ militabãt. Põtifex aũt boni pastoris
officio functus:cũ foris prodesse christianis nõ posset:domi ecclesiastico senatui consu
luit. Aliquot enĩ præstãtes uiros ĩ cardinales legit:maxime uero Egidiũ hispanũ archi-
episcopũ Tolletanũ:Nicolaũ Cappociũ Romanũ ciuẽ:Rainaldũ ursinũ ecclesiæ Ro-
manæ ꝓtonotariũ Nepotẽ quoq; suũ huic numero ascripsit:qui postea põtificatũ ade-
ptus ẽ:& Gregorius undecimus appellatus. Sunt qui scribãt hũc pontificem in sanctos
rettulisse Hiuonẽ presbyterũ & confessorẽ Brittanicum Pontificatus autem sui anno
decimo:mense sexto:die uigesimooctauo millesimo tercentesimo quinquagesimo se-
cundo mortuus Auenione sepelitur:adhibita a cardinalibus qui tum aderant honesta
funeris pompa.

¶INNOCENTIVS.VI.

INNOCENTIVS Sextus patria lemonicẽsis:Stephanus antea uocatus: pon
tificii ciuilisq; iuris uir cõsultissimus:ꝓcurator primo:mox episcopus Clara
mõtanus:deinde cardinalis:pontifex tandem creatur:anno domini millesi-
mo tercẽtesimo quinquagesimosecundo decimosexto calendas decembris. Fuit autem
uir integerrimæ uitæ:magnæq; constantiæ & sæueritatis. Beneficia aũt ecclesiastica nõ
nisi ꝓbatissimis sacerdotibus:tum uita:tum doctrina dedit. Post uero coronationẽ su-
am multas reseruationes a Clemẽte factas suspẽdit:cõstituitq; statim:ut omnes præla-
ti:omnesq; qui beneficia habebant ad ecclesias suas sub anathematis pœna proficisce-
rent. Dicebat enĩ oues pascuas a ꝓprio pastore:nõ a mercenario custodiri debere. Impẽ
sam quoq; domesticã quæ magna erat imminuit:familiã suam ad certum & honestum
redigens numerũ. Nec domi uoluit nisi uiros ꝓbatissimos. Idem ut facerẽt cardinales
acerrimo ædicto mandauit:dictitans suã ac omniũ ecclesiasticoꝝ uitam cæteris exem-
plo esse debere ad imitationẽ saluatoris nostri:cuius tota uita ad institutionẽ humani
generis respiciebat. Præterea uero sacri palacii auditoribus salaria instituit:ne muneri-
bus corrumpi in decernẽdis litibus ob inopiam possent. Dicebat enĩ famelicos non fa-
cile etiam ab alieno cibo abstinere:si sit oblata quouis modo edẽdi facultas. In uictu
parcus est habitus:in sumptu bellico largissimus:dũ bello repetit quæ a tyrannis supe-
rioribus temporibus occupata fuerãt. Egidiũ nãq; hispanum e gẽte carilla cardinalem
sabinum uirum insignem e latere suo in Italiam misit: qui bello tyrannos ꝑsequeret:
ditionẽq; ecclesiasticam tutiorẽ redderet:eo maxime tempore quo imperator constã-
tinopolitanus:Aragonũ rex:& ueneti cõtra genuenses fœdere inter se iniere. Ii aũt cõ-
parata ingenti classe:numero nauium & copia militum superiores:genuẽses inter Cõ-
stantinopolim & Calchedinem aggrediuntur loco:ipsis Genuensibus iniquo uento ad
uersante. Pugnatũ est ab aurora usq; ad uesperam:ac tandem Græcis in fugam uersis:
Veneti ac Catelani magna ex parte cũ præfecto classis cædunt:pagano Auria duce. Ve
neti aũt tantã cladẽ & ignominiã iniquo animo ferentes:redintegrata cũ catelanis classe:
Nicolao pisano Venetæ classis præfecto:sequenti anno non longe a Corsica genuẽses
fundunt:eorũq; triremes quadraginta:uiris onustas demergũt. Hac clade perterriti ge-
nuenses:archiepiscopo mediolanẽsi ciuitatẽ ac sua dedunt:qui uenetos bello aggressus
patauinũ principem:ueronensem:Ferrariensem:mantuanũ:& florentinos ĩ se cõcitat:
ueritos ne superatis uenetis:ad se demum iretur. Pugnabat terra mariq;:sed genuenses
præfecto pagano Auria mira fœlicitate nauali pugna usi:apud sapientiam peloponne-
si ꝓmontorium uenetos superant:eorumq; præfectum Nicolaum pisanum captũ cũ
quinq; millibus hominũ Genuã ꝑducunt:anno domini millesimo tercentesimo quin
quagesimoquarto. Verum sequenti anno mortuo archiepiscopo mediolanensi ueneti

ac socii magna cura liberati sunt. Bernabos & Galeatius ex Luchino fratre nepotes pa
trui hæredes fuere. Sola Genua ab his defecit: inito cum uenetis fœdere: īchoato prius
a Bernaboue & Galeatio: suadente pontifice. Egidioque eius legato. Interim uero Calo
ioannes constantinopolitanus imperator in patriam redit: pulso armis Catacusino im
perii contra ius fasq; occupatore. Id autem factū est Francisci Gatalusii genuēsis opera
uiri reg maritimag peritissimi: cui Mitylenem cum Lesbo dono dedit, grati animi si
gnum præ se ferens: quam certe insulā superioribus annis Thurcus Gatalusus ipsis ui
abstulit. occupata prius Constantinopoli: totaque Thracia. Nec Romæ certe minor
perturbatio: quā Constātinopoli tum fuit. Franciscus enim Baroncellus romanus ciuis
admodum potēs: pulsis e senatoria dignitate Ioanne ursino & Petro columnensi. tribu
nitiam dignitatē sibi usurpat: cū his titulis: Franciscus Baroncellus scriba senatus: dei
gratia almæ urbis tribunus secūdus ac romanus cōsul. Tum uero Innocētius pontifex
re cognita: ad cōprimendam hominis audaciam Nicolaum Cencii: qui eodem modo
dominatum appetierat: e carcere Auenionensi ductum Romam mittit: ad tribunatū
repetendum. Is itaq; urbem ingressus adiuuante nobilitate ac magna plæbis parte. Ba
roncellum e Capitolio deiæctū interficit: ac solus tribunatu potitur. Verū cum nō ita
diu pristinæ cōditionis immemor nobilitatē persequeret: maxime uero colūnenses a
porta Exquilina ī Hernicos cū Clientela ꝓficiscentes: magno incōmodo pulsus in Ca
pitoliū se recæpit: unde fugiēs īstātibus hostibus mutata ueste cognitus a ciuibus roma
nis obtruncat. Tum uero auctoritate apostolica Guido Iordanis unicus senator ad an
num creatur. Imperator aūt regis Boemiæ filius ꝑbenigne a Carrariēsibus: Gonziacis:
Vicecomitibus suscæptus: Mediolani coronā ferreā (ut mos est) accipit. Inde uero Pisas
abiens legatos senensiū: uolaterranoꝝ: totiusq; fere hetruriæ obuios habuit. qui dice
rēt se paratos esse eius mādata facere. Idem fecissent florētini: nisi prius data ingenti pe
cunia se ab eius manibus redemissent. Romā aūt ꝓficiscēs: hac cōditione a duobus car
dinalibus ad eam rem missis coronat: ut neque Romæ neq; ī Italia diutius immorare
tur. Quo quidem in Germaniam abeunte. Egidius legatus oīa fere oppida breui recæ
pit: quæ tyranni instigante Bauaro in Flamminia (quā Romandiolam uocamus) ī Mar
chia anchonitana ī patrimonio sancti Petri occupauerāt. Eos tamē uicarios in oppidis
suis cōfirmauit: quos uiderat ecclesiæ romanæ obsequētes: utpote Galeottum Malate
stam & Guidonem polentanum in Flamminia: Varranenses in Piceno. Ordelaphos au
tem nequaquā ecclesiæ romanæ obtēperantes bello biennio persecutus: eos tandē e Fo
roliuio foroq; Populi ac Cesenna deturbauit. Potuissent ii quidem aliquā partem domi
natus retinere: adiuuante Iacobo cardinali columnensi: uiro huic familiæ amicissimo:
sed maluere totum constanter amittere quam partem turpiter retinere. Egidius autē
pacata Flamminia: adeo Foroliuii delectatus est: ut ærarium ecclesiæ & pecuniam ab
Auenione missam: unde arces Italiæ ædificarentur: eo loci reposuerit: & institutiones
quasdam ibi cōposuerit: quibus adhuc prouincia ipsa utitur. Cum autem Egidius Ita
liam pacasset: arcesq; in ditione ecclesiastica pluris ac pernecessarias ædificasset: oēsque
italos principes ac populos ad officiū redægisset: ad annum quintū legationis suæ suc
cessorem habuit: Arduinum Burgundū abbatem Cisterciensem: hominem rebus agē
dis nequaquā idoneum. Hāc ob rem abeunte Egidio: omnes Italiæ principes ac populi
arma capiunt. Nam & pisani florētinos adeo uexauere: ut cum nemo prodire obuiā au
deret: agrum omnem Florentinū diriperent: capto Figino superioris Arni castello: īcē
sisq; uillis omnibus quæ passim in agris ædificatæ erāt. Dux aūt florentini exercitus Pā
dulphus Malatesta tum erat: quem populus abdicare se magistratu coegit: quia nun
quam congredi cum hoste ausus est. Tum uero pisani elatiores facti: non tam spe po
tiundæ urbis quam inferendæ contumeliæ causa. leuibus aliquot præliis ante portas
cōmissis cum magna præda domum redeunt īstante iam autumno: & Bernabos quo
que Bononiam bello agitatam: acriter eam defendente abbate cluniacensi multis ca
stellis spoliat. Erat quidem Bononia (ut antea diximus) Vicecomitum dominatui sub
iæcta. sed Aulegianus eam abbati cluniacensi prodidit. Firmum in mercedem prodit-

onis accepturus. Verum dum Bernabos Bononiam & Rhegium bello premit: legatus apostolicus accitis in societaté belli Philippino Gonzaga. Cane ueronensi: Nicolao estē sium brixianos mouet. Tum Bernabos brixianorum periculo motus: relicta Bononia ac Rhegio: in hostem proficiscens apud monteclaꝝ tāto prælio superatur: ut ægre deinceps urbis mœnia tutatus sit. Eodem fere tempore florentini Galeotto Malatesta duce pisanos superant: illectis prius ad se eorum militibus pecunia. Hanc ob rem pisani in Gābacurtos ciues suos præpotentes omne crimé cōicientes: q̄ auare maligneque stipendia militibus persoluerent: Ioánem Agnellum exulem Bernaboui amicum: & Gābacurtis aduersantem reuocant: qui ciuitatem breui í potestatem suam redægit: sublatis e medio aduersæ factionis amicis. Verum cōposita a pontifice íter pisanos & florentinos pace. Ioannes Haucut pisanorum stipendiis militare solitus: milites omnes passim per omnem Italiam sparsos colligens: magnum omnibus terrorem iniæcit: tumultuante potissimum ciuitate romana in creádis senatoribus: quam discordiam Innocentius optime sedauit: externo senatore ad urbem misso Raimundo Ptholemæo ciue senési: qui annū integrū magistratū gessit: āno domini millesimo tercētesimo quinquagesimonono. Nō quieuere aūt cōpositis etiá hoc modo rebus romani. Ná pulso senatore sepré ciues crearūt cū sūma potestate: quos reformatores totius reipublice uocarūt. Hác ob rem Innocētius Vgonem lusignaneum Cypri regem: ad bellum quod in thurcos gerebatur proficiscenté: senatorem creauit: mandauitq; ut magistratū reformatorum omnino aboleret. Erat aūt tum maxime intentus abolendo bello quod inter anglos & gallios gerebatur: quo omnibus proficisci in Thurcum liceret. Verum cū angli in pitiriensi agro gallos superassent: cæpissentq; regem cum Philippo filio: ré difficiliore factu fecisse uidebant. Cum Eduardus magnitudine animi motus: captiuos omnes hac cōditione liberat: ne amplius contra se bella gerant: qui non ita multo post pacis fœdera rumpentes: Eduardum capere arma & obsidere Parisios impellunt. Parare & classem contra hostes christiani nominis Innocentius constituerat: cū & pisani qui tem nauticam optime norant cū florentinis: & ueneti qui classe plutimū ualebant cū Lodouico Vngariæ rege bella tum gererent. Taruisium enim rex magnis copiis tum obsidebat: nec seditionibus intestinis ueneti carebant. Nam Marinus dux affectatæ tyránidis conuictus securi percutitur. In tantis uero animi perturbationibus afflictatus Innocentius pōtificatus sui anno nono: mense octauo: die sexto morit: eo potissimum tempore, quo & Bartholus Saxoferratus uir illa ætare omnium consultissimus. Ante uero pōtificis mortem tanta solis defectio facta est quanta nunq̄ antea. Visum itaque omnibus est tantæ mortis planetas etiam signa aliqua dedisse.

❡VRBANVS. V.

VRBANVS Quitus patria lemonicensis: Gulielmus Grisant antea uocatus: sancti uictoris massiliensis abbas absens etiam omniū consensu pōtifex creatur. Legatione enī tum apud uicecomites in Italia fungebat. Vocatus itaq; Aueníoné pontificatum iniés: uir singularis uirtutis: ingentis animi: innocentissimæq; uitæ: statim ad tuendam libertatem ecclesiasticam animum adicit: eorumq; opera utitur, qui ad eam rem animati erant. Egidium enim Hispanum uiꝝ præstantem (de quo antea diximus) in Italiam cum summa potestate mittit: qui ita Lodouicum Gonzagā: Nicolaum estensensem: Franciscum Carrarium initis fœderibus in Bernabouem concitauit: ut prælio ab his superatus: & saucius ægre aufugerit: amisso í bello filio: captisq; Andrea Pepulo bononiensi exule: Synebaldo ordilapho: Paulo Mirandula Guidone Foliano: Azone corrigiensi. Gulielmo Caualcaboue ægregiis copiarum suarum ducibus. Permoti autem calamitare uicecomitum Fráciæ Angliæ ac Cypri reges: legatos ad Egidium misere oratum: ut uicecomitibus pacem redderet: nō discessere re infecta legati. Reddita siquidem pax est: quæ non diuturna fuit. Ioannes enim Haucut uicecomitibus militans: cum florentinos bello lacesseret: eorum copias apud Miniate oppidum grauiter profligauit. Hanc ob rem Egidius legatus Thomam Obitionem ægregium copiarum ducem cum tribus millibus equitum: & satis magno peditatu florentinis

auxilio mittit. Pugnatū ē inter Aretium & Cortonā dubio marte quattuor horis:atq; demū Thomas ita hostes superat adnitente peditatu:ut sex millibus equitū qui cū anglico militabāt pauci euaserint:atq; ipse dux in deditionē uenerit. Huius autem tantæ uictoriæ fama permoti:qui ab ecclesia defecerāt statim deditionē fecere. At uero cum Vrbanus ad quartū sui pōtificatus annū in Italiam uenisset cōponēdaꝝ rerum causa: ei legatus Egidius Corneti fit obuiam rationēq; administratæ ꝓuinciæ reddens:dum Corneto Romā ꝓficiscit̄:liberatus tantæ legationis onere: quieturus obsenuū Viterbium redit:ubi & tertio mense post moritur:uir certe singularis uirtutis:præstantisq; animi:quiq; dignitatē ecclesiasticam:dum uixit mirifice tutatus est. Eius autē corpus Assisium delatū:in ecclesia beati Frācisci tumulat̄:sepulchro a se cōdito dū uiueret. At uero cum Carolus imperator intellexisset Vrbanū Romam ꝓfectum:eo & ipse quoq; cū uxore & liberis statim aduolans in itinere Lucam pisanis:Miniate oppidū florentinis adimit:sibiq; uindicat. Profectus ne sit Romā haud satis cōstat:cum ab Innocentio sexto pontifice romano coronam imperii accæpisse dicat̄:cardinali hostiensi Romam ob rem misso. Accæpta aūt a florentinis igenti pecunia:ne eos bello uexaret:tertio mēse postea q̄ uenerat Italia cessit:anno millesimo tercētesimo sexagesimooctauo. Vrbanus uero apostolorum capita diu quæsita tandem inuenit:desierant enim in honore esse ꝓpter desuetudinē & ignorationem hoīum. Apud uero sancta sanctorum reperta: ac locellis argenteis recōdita ad altare maius basilicæ lateranensis cum maxima ueneratione & celebritate collocant̄:astante clero populoq; romano. Idem quoq; pontifex ædes pontificias tum in Vrbeueteri: tum ī Monteflascono cōstruxit: ut ei ac cæteris pontificibus eo proficisci liceret:uitandi urbani æstus causa. Breui aūt in Galliam reuersurus:Ioannē Haucut ægregium copiaꝝ ducem e carcere missum:copiis illis omnibus præfecit:quæ antea sub Egidio militauerant:ut tam diu ditionem ecclesiasticam ab hoste tueret̄:quoad ipse reuerteretur. Redire nāq; ad Italiam ei in animo fuit. Verū dū in Gallias proficiscit̄ pōtificatus sui anno octauo:mense quarto Massiliæ moritur: uel(ut alii uolunt)Auenione uitā finiuit:eo maxime tempore quo Brigida deuotissima christi mulier Suetiæ princeps Romam uoti causa uenerat:motusq; nonnulli in Apulia exorti sunt:mortuo Nicolao acciolo: eiusdem prouinciæ gubernatore: uiro strenuo ac in rebus agendis sapientissimo.

GREGORIVS.XI.

GREGORIVS Vndecimus patria lemonicensis:Petrus Belfortis antea uocatus:sanctæ Mariæ nouæ diaconus cardinalis Auenione pontifex omnium cōsensu creat̄. Hunc enim adolescentem uix decimūseptimū annum attingentem:Clemens sextus eius patruus cardinalem creauit. Et ne uideret̄ carni ac sanguini magis quam ecclesiæ cōsuluisse:eundem ad exquisitissimos doctores:maxime uero ad Baldū:qui tū Perusii legebat disciplinæ gratia statim misit:ubi tantū in quouis genere doctrinæ profecit:ut idem Baldus eius auctoritate ī confirmādis rebus dubiis plerūq; uteretur. Fuit præterea tātæ innocētiæ & placabilitatis:adeoq; humanus & pius: ut ab oībus unice diligeretur. Eo itaq; tempore quo pontificatum iniit:Romæ senator singulo semestri a pontifice datus ius populi dicebat. Vrbis aūt custodiam totamq; reipublice administrationem & curam Banderesii tum gerebat. Bāderesii enim appellati sūt germanico uerbo a uexillis:quibus in bello utebantur. Singulæ enī decuriæ signo īternoscebantur suo:capita regionū nunc uocantur:qui urbis tribubus præsunt. In Cisalpina autem principes illi(quos diximus in uicecomites coniurasse)Rhegium a uicecomitibus possessum proditione occupant. Superat arx per quam Bernabos urbem ingressus hostes primo impetu fundit:Rhegiumq; libere recipit:Lucio teutonico duce inde deturbato. Agebantur hæc in Italia:cum Petrinus Cypri rex Petro genitori in regnum suffectus magnarum discordiarum inter genuenses & uenetos causa fuit. Nam dū Famagustæ coronationis suæ pompam duceret:adessetq; genuēsis & uenetus baiulus(ita enī appellāt mercatoꝝ prætores)uelletq; utriq; ad dextrā regis īcedere:tātus repēte tumultus exortus ē:ut genuenses cæsi ac pulsi per ignominiā sint,rege ī uenetos magis q̄ i

genuenses iclinãte.Hãc ob rem genuenses Petri fregosi auspiciis:Dominici fregosi du-
cis fratris comparata quadragĩta triremium classe:Cyprum hostili animo inuadit: q̃t-
tuordecim millibus hoiũ i insulam positis:qui omnia ferro ac flãma uastarẽt:ob ui-
olatũ ius gẽtiũ.Rex uero ab oĩbus auxilio destitutus:ad misericordiam cõfugiens de-
dita Famagusta.quadragĩta millia nũmũ auri quotãnis genuensibus pollicetur: si pacẽ
reddiderint.At uero cũ legatus pontificis i Italiã uenisset:resq; ecclesiasticas recenseret:
inita cũ uicecomitibus pace:initium perturbandi omnia a pratensibus ortum est.Ii enĩ
uindicare se in libertatem a populo florentino quærentes:exercitum ecclesiæ ꝓmitten
te legato i Hetruriã uocãt quem ita florentinus populus pecunia corrupit:ut eoꝝ au-
xilio Pratũ ingressus:& cõiurationis capita ultimo supplicio affecerit:& multa uexilla
libertatis:litteras & nomẽ præ se ferẽtia pluribus cohortibus distributa:ad oppida trãs
miserĩt:populos ut dominos cohortantes:ut libertatis memores ecclesiæ iugum reiice
rent.Primi aũt Typhernates(quos castellanos uocãt)ab ecclesia desiuere:hos deinceps
perusini:tudertini:spoletini:eugubini:uiterbienses:asculani:fotoliuiẽses secuti sũt.Oc-
cupauerat tum etiam Astorgius Manfredus sub bauaro tyrannidis dulcedine gustata
Granariolũ agri fauẽtini castellum:ad quem opprimendum e Bononia legatus ioannẽ
Haucut cũ aliquot cohortibus mittit.Turati sunt Astorgium florẽtini & Bononiẽses:
qui excluso Haucut cum omni præsidio in libertatem se uindicauerant . Haucut uero
cernens fauẽtinos ad rebellionẽ spectare:& ciuitatem crudeliter diripuit cæsis passim
omnibus:quos obuios miles habuit:& solum urbis uiginti millibus nũmũ auri Nico-
lao & Alberto estensibus fratribus uendidit:occupato Bagnacauallo:ubi impedimen-
ta exercitus sui ad tẽpus reposuit.Tũ uero põtifex cognita tanta reꝝ permutatione: car
dinalem gebẽnensem legatum cũ sex millibus equitũ brittonũ in Italiam mittit: qui p
Taurinos descendentes sine ullo maleficio usq; ad Bononiæ portas ꝓuenere : urbẽ ob-
sessuri. Sed legatus cognito florentinoꝝ aduentu:qui Rodulpho Varraneo duce bo-
noniẽsibus suppetias ferrebãt:cũ copiis suis Cesẽnam hyæmatum cõcessit: in qua urbe
ita tumultuatũ est ob superbiã galloꝝ:ut sexcenti brittones interfecti sint:reliqui urbe
eiæcti.Qui postea per arcem ingressi aucti numero cædibus & rapinis oĩa cõpleuere :
neq; his quidem parcentes:quoꝝ ætas suppliciter ueniã petit. Solæ uirgines & iunio-
res matronæ ad iniuriam reseruatæ sũt.Fotoliuienses aũt ueriti ne a legato inopia con
silii & gubernatoris opprimerẽtur:Synebaldũ.Pinũ:Ioannem:Theobaldũ: ordelaphos
dominos in urbẽ recipiũt:quoꝝ uirtute ab impetu brittoñũ defensi cõstantissime sũt.
Existimans aũt Gregorius pontifex hæc omnia mala:quæ in Italia cõmittebantur sua
absentia fieri:naufragiũq; tã diuturnũ absente gubernatore cõmitti:de ꝓfectione sua
ad Italiã uir bonus diu multũq; cogitare cæpit:sed hominẽ ꝓmaxime mouere cuiusdã
episcopi uerba:qui interrogatus a pontifice dum simul iambularent:cur nõ rediret ad
ecclesiam suã:quã haud par erat tã diu sine pastore nudam relinqui.Cur inquit tu sũme
pontifex cæteris exemplũ daturus tuũ episcopatũ non repetis : ecclesiamq; romanã?
Motus his uerbis pontifex:paratisq; i rhodano una & uigĩti triremibus alio se ituꝝ si-
mulãs:ne a gallis retineret:si se profectuꝝ ad urbẽ intellexissent:ipsam nãq; curiã emo
lumẽti causa i Gallia uolebãt.Genuã itaq; primo inde Cornetũ contẽdit:ũde terrestri
itinere nauigationẽ ꝓtesus hyæme præsertim:Romã ꝓuenit ãno domini millesimo ter
cẽtesimo septuagesimosexto idibus Ianuariis: Põtificatus sui septimo:migratiõis uero
romanæ curiæ in Gallias anno septuagesimo . Quo autem apparatu quamq̃ incredibi
li populi romani lætitia suscæptus in urbem sit : honorato quoque obuiam pro-
deuntre non attinet dicere : cum uultu gestu acclamationibus omnem lætitiæ spe-
ciem effuderint : ut filii solent redeunte peregre exoptato parente.Indigebant omnia
aduentu pontificis. Nam & moenia & basilica ac priuata ædificia ubique ruinam
minabantur : quæ certe magna ex parte restituit : ut turris suo iussu ædificata ad
sanctam Mariam maiorem indicat . Labefactati etiam ita ciuitatis mores erant :
ut nihil urbanitatis habere uideretur ; utque illi mores aliũde petendi essent : quæ

totũ orbẽ terrarũ quondã ad urbanitatẽ redægerat. Collocata itaq; ĩ urbe sede sua pon-
tifex (ut bonũ pastorẽ decet) omnia circũspicere cæpit de medelaq; uulneribus inferẽda
cogitare. Pax igitur qua sanari nõdum obducta uulnera poterant: sibi diu multumque
cogitanti oblata est. Legatum itaq; primo ad florentinos mittit: qui ad arma spectabãt:
eosq; adhortatur: ut æquas pacis cõditiones nõ detrectent. Ii: uero pontificis potentiam
suspectam habentes: ne ad pacem cogerentur cum Bernaboue hoste paterno auitoq;
fœdus & amicitiam ineunt. Postea uero Ioãnem haucut pecunia & pollicitatiõibus cor
ruptũ ab ecclesia in partes suas trahunt: quo successu elati nullum iniuriæ cõtumeliæ-
que genus prætermittunt: quod in pontificem transferri posset: qua ex re anathemate
notati hac insolẽtia usi sũt: ut etiam sacerdotes suos quibus a sacris interdictum erat:
celebrare contra ius fasq; coegerint. Tum uero pontifex a precibus ad arma cõuersus:
conciliatis prius bononiensibus: qui suo nomine urbem gubernarent: Varraneũ mer-
cede cõducit. hac ĩ re florentinorũ artibus usus: eiq; exercitũ ecclesiæ cõmittit: paulo-
post in florentinos moturo. Id ut destinauerat statim faceret discordia ĩter genuenses
& uenetos orta effecit. Veritus enĩ est ne aliqua externa uis Italiã inuaderet: si ipse quo-
que cũ florentinis decertaret. Nam dum andronicus genuẽsium auxilio fretus quibus
Tenedon insulam mercedẽ facinoris permiserat patrem Caroli ioannem constantino-
politanum imperatorem regno deturbasset: Veneti eundem in patriam reduxerunt:
ac Tenedon insulam ab eo accæpere. Qua ex re indignati genuẽses ĩ aliud tempus ui-
dictam distulere: ueriti pontificis anathema: qui utriq; populo interminabatur: nisi ab
armis discederent: cũ diceret neutri eorũ bellũ illud cõpetere. Sed dum uir sanctus ac-
curate agit oĩa: quæ ad pontificem pertinent intollerabili uesicæ dolore moritur sui
pontificatus anno septimo: mense quinto: quinto cal. Aprilis: millesimo tercentesimo
septuagesimooctauo: sepeliturq; in basilica beatæ Mariæ in uia noua sepulchro mar-
moreo. qđ adhuc uisitur: tanto oĩum cũ gemitu & lachrymis: quanto nunq̃ antea quis-
q̃ sepultus est. parente enim & unico genitore priuati oẽs uidebantur. Lugebantq; nõ
modo præsentem: uerum etiam futuram calamitatem: in quam sublato optimo põti-
fice ob patrum discordiam incidere.

VRBANVS. VI.

MORTVO itaq; Gregorio cum de creãdo uno põtifice mentio haberet: cle-
rus populusq; romanus ad cardinales cõcurrũt: eosq; rogãt: ut unũ aliquem
uirũ præstãte deligãt e natiõe Italica: q ecclesiã rõanã & christianã rẽp. ĩtegre
ac sãcte gubernet. Aliter de christiano noĩe illo maxĩe tp̃e actũ eẽ. nisi optimus pastor tũ
deligeret. Italũ aũt reqrebãt. ne si Gallus deligeret romanæ curiæ iterũ migrare ultra-
mõtes necesse eẽt: cũ maxĩo urbis romæ totiusq; Italiæ detrimẽto & dãno: q dicerẽt ab
sẽte põtifice oẽm puĩciã urbẽq; romã tyrãnicis seditiõibus cõtinuo uexari: ecclesiasq;
romanas neglectas & ĩcultas situ squalore iã magna ex p̃te plabi tolliq; ob eã rẽ popu-
lorũ pietatẽ Romã cõtinue pficiscẽtiũ: cũ uideãt & sedẽ põtificiã & titulos cardinaliũ &
monasteria ac sacratissima martyrũ loca sine tecto corruẽtibus: iã pietibus pecoribus &
brutis aĩalibus patere. Aequũ eẽ ut eo loci põtifex resideat: ubi Petrus sedẽ põtificiã reli-
cta patria sua: relicta natõe uolẽte deo collocauerit: auxeritq; martyrũ cõfessorũ sãctissi-
morũ põtificũ cineribus ac sãguine: unde pastores ecclesiæ: undeq̃q; circũspiciẽtes mã-
datorũ christi memores: ĩcitatiq; maiorũ exẽplis: quorũ martyria & res gestas ãte oculos
haberẽt. saluti hoĩum cõsulerẽt patrimoniũq; beati Petri recuperarẽt. qđ põtificũ absẽ-
tia ĩ hetruria. ĩ sabinis: ĩ hernicis: ĩ ũbris: ĩ Piceno: ĩ Flãminia a tyrãnis q̃busdã occupatũ
fuerat. Rencere se ĩpresẽtiarũ q̃ ĩminuta sit hoĩum pietas & pegrinatio ad urbẽ Romã:
ĩmo ad sactorũ corpora & reliqas uisẽdas ob põtificũ absẽtiã: quæ adhuc redĩtegrari
posset: si põtifex italicus crearet. Respõdere tũ cardinales sibi curæ fore: ut uirũ opti-
mũ deligerẽt q ecclesiæ dei præesset nulla psonarũ aut nationũ accæptiõe hĩta ad imi-
tationẽ saluatoris: q ad apostolatũ uiros ex oĩ natõe delegit. Irẽt ipsi & bono aĩo eẽnt
arbitrarẽtq; se nil acturos: qđ nõ torũ ad honorẽ dei: ad utilitatẽ ecclesiæ romanæ to-
tiusq; christiani populi p̃tineret. Disposito deĩde apđ sanctũ Petrũ cõclaui collocatisq;

in Vaticano militum stationibus:ne tumultu aliquo tanta electio impediretur:ubi de
ineundis suffragiis mentionem faciunt magna contentio subito exorta est. Tresdecim
erãt cardinales gallici:ii pontificẽ e suo corpore uolebãt:quattuor erãt italici:quorum
unus ex gente Vrsina ad pontificatum maxime:spirabat. Inclinabat aũt in gallos quip-
pe(qui plures erant)res ipsa:sed forte fortuna inter lemonicenses & reliquos gallos or-
ta discordia:cum utraq; pars e suis aliquem creari uellet effecit:ut Bartholomeum Ba-
rensem archiepiscopũ patria neapolitanũ:uel ut alibi legitur pisanũ:extra collegiũ car-
dinaliũ pontificem crearent absentem q̃uis:Vrbanũq; sextum appellarẽt. Prius autem
q̃ in publicũ prodiret scitũq;:Vrbanũ pontificẽ creatũ esse:calumniari galli electionẽ
illam fraudibus & metu extortã ĩstantibus romanis ui & armis:ut italus aliquis creare
tur. Cardinales aũt e conclaui prodeuntes:partim in Hadriani molem:partim uero ad
montana loca confugere impetum populi furentis uitaturi. Secessit & ad Vicouarum
cardinalis ursinus:ĩ tanta discordia magnã spem consequendi pontificatus collocans.
Verum non ita multo post cardinales poenitentia ducti ad urbem uenere:Vrbanumq;
ante electum confirmarunt:consalutarantq; ut uerum põtificem decebat. Post men-
sem uero tertium in calores urbanos galli culpam reiicientes a pontifice petunt: ut si-
bi proficisci Anagniam cum bona eius uenia liceat aerem mutaturi pestilentem : æsta-
te præsertim : maxime uero gallis: sed reuera sæueritatem Vrbani ueriti abiere. Nã se-
mel atque iterum eos ad se uocatos admonuit: ut manus abstinentes haberent : non
dona aliqua:non munera acciperent:dum causas agunt:dum patrocinium suum bene
ficia petenti præstant. Interminatusq; est se acerrime puniturum ĩ simonia depræhen-
sos:aut iniustas causas fouentes. Præterea uero ostendit sibi placere:& ita uelle ut põ-
pam dimitterent:tantãq; familiarium turbam & equorum:cum id quod in tales sum-
ptus consumerẽt ecclesiæ romanæ p̃niciosos. paupibus & restituẽdis corruẽtibus ba-
silicis deberetur. Se deinceps bonoꝝ delectum habituꝝ dicebat affirmãs:malos suoꝝ
flagitiorũ poenas laturos:nisi sentẽtiam mutarẽt. Et quia sentiebat cardinales gallos de
reditu curiæ romanæ in puinciam suam aliquando mentionem facere:aperte ostẽdit
se Romæ mansurum:neq; cuiq̃ suadenti ut inde abiret obtemperaturꝝ:q; diceret fun-
damentũ uniuersali ecclesiæ fideiq; christianæ Romæ iactum & auctũ ad culmen esse.
His itaq; rationibus moti cardinales gallici:& hi maxime qui thesauros ecclesiæ ĩ mor
te pontificũ expilauerãt:quiq; pro arbitrio animi sui omnia prius agebant : Anagniam
primo mox fundos cõfugere:ubi primo in Vrbanũ(ut falsum põtificem) inuecti sũt:
q; dicerent hominem ui creatum:ui etiam coronam pontificatus accæpisse:cũ electio
illa & coronatio in loco minime tuto sit habita:in qua libere deberẽt esse hominũ uo-
luntates, libera suffragia:cum cõtra ipsi a populo romano coacti sint italicum potius q̃
gallicũ eligere. Has aũt ob cãs sede uacante(ut ipsi dicebant) octo namq; erant Ioanna
regina fauẽte:gebẽnensem cardinalem(qui ante legatus ĩ Italia fuerat)põtificẽ deligũt :
eiq; Clemẽti septimo ĩdita appellatio ẽ. Hinc magna discordia ĩ ecclesia dei orta:& diu-
turna(quam scisma uocant)cum pars christianoꝝ principum Vrbano:pars gebennen-
si faueret. Neq; hoc modo cõtenti seditiosi cardinales:brittones qui multa ecclesiæ ca-
stella:multas urbis uillas iam diripuerãt:arcesq; occupauerant:in pontificem & roma-
nos mittunt. Ad pontem Salaꝝ romanus populus hosti incõposito agmine obuiam fa
ctus superat & cædit: Veꝝ cũ postea apud Marinũ pugnã magna aĩoꝝ concitatõe ini-
isset:adeo brittones cædũt:ut uix nũcius tãtæ cladis supfuerit. Qui ĩ arcibus erãt:se ali
quãdiu ac suos tutati sũt. Maxĩe uero arcis surianæ præfectus:q post multos ãnos Mar
tino põtifici deditionẽ fecit. Interi uero genuẽses odiũ qd ĩ uenetos mẽte cõcæpãt ostẽ
dunt:ascito ĩ societatem belli Lodouico Vngariæ rege:Francisco carrariensi patauino
domino: Austriæ duce:patriarcha aquileiensi. Sentiebant tum cum uenetis Petrus lu-
signaneus Cypri rex: & Bernabos uicecomes . In prĩo aũt cõgressu nauali prælio supi-
ores ueneti fuere : in littore Antiatum uictore pisano classis præfecto. Ex decem nã-
que genuensium triremibus quinque amissæ sunt. Tum uero marchiones Carreti ad-
iuuãte Barnaboue:Albingaunum(quod nunc Arbingam uocant) Naulum & castrum

Francũ de genuensibus occupant. Verum non ita diu in gratiam cum genuensibus re-
deuntes: omnia reddidere. Genuenses præterea coniæcto in carcerem Dominico Fre-
goso duce: eiusq; fratre Petro: & Nicolaum Gualchum ducatui: & Lucianum Auream
classi maritimæ præficiunt. Bernabos uero qui filiam regi cyprio ĩ matrimonium col-
locauerat: eã cum duodecim triremibus: sex catelanis: & tottidẽ uenetis honorifice ad
maritũ in Cyprum misit: quibus triremibus Perinus deinceps terra mariq; Famagustã
oppugnat: sed frustra: acriter qui in præsidio erãt urbem defendentibus: disiæctaq; etiã
uenetis & ꝓcellis classe. Non cessabant hinc ueneti: hinc genuenses maria ipsa tum in-
ferum: tum supeꝝ uexare. Nam dũ Carolus Zenus classis Venetæ præfectus: tyrenũ
mare genuensibus infestum reddit: Lucianus Aurea hadriaticũ cum magno uenetoꝝ
detrimẽto discurrit: ab Iadera (ubi stationes habebat) ĩ uenetos mouens. Iadera nãq; re-
gis Vngariæ erat. Ob hãc aũt iniuriam cõmoti ueneti: cum allicere ad certamen Luci
anum nõ possent: Catarum & Sibinicum ipsius regis oppida incendunt. Interim uero
mortuo Galeatio uicecomite ãno domini millesimo tercẽtesimo septuagesimonono:
tota fere Insubria ad Bernabouem inclinatura uidebatur: qua ex re maximam uolupta
tẽ cæpere ueneti sed frustra. Nam & dimidia pars regionis primo deinde tota Ioan-
ni Galeatio nepoti obtigit. Lucianus autem genuensium præfectus: Polam mouens
classem uenetorum in portu ipso superat: & capit. Verum dum incaute nimium in
hostem fugientem ruit: lancea transfixus moritur. Vtraque classis & uictrix & ui-
cta Iaderam perducitur: quo statim genuenses Petrum auriam in demortui fratris lo-
cum misere cum triremibus nouem: aliisq; nauigiis compluribus: qui uictoriã fratris
recensens ad duo millia captiuorum inuenit: depræhenditq; multos ĩ prælio & in un-
dis perisse. Oppugnabant & terra ueneti a Carrariensi: eiusq; sociis quos antea cõme-
moraui: quibus ueneti Albricum barbianũ Cunii comitem ægregiũ copiarum ducem
opposuere. At Petrus Auria genuensium præfectus: sexaginta triremium totidẽq; na-
uigiorum comparata classe Venetias contendens: Gradum comaclum caprulas ui ca-
ptas incendit. Inde uero Clugiam mouens a præsidio ueneto aliquandiu ægregie defẽ-
sam: tandem eam ui capit: patauino tyranno cõmeatum subministrãte. Cecidisse ea op-
pugnatione ad sex millia hominum cõstat: & ad nongentos & quinquagĩta ex uene-
tis captos. Iaderãq; missos: muliebri tamen pudicitiæ in tanta clade ignotum est. Fracti
autem tanta calamitate ueneti: cum nec terra nec mari auxilia sperarent: captiuis genu
ensium e carcere liberatis: eisq; Clugiam ad præfectum genuensium impetrandæ ue-
niæ causa missis: pacem petiuere: eas accæpturi leges quas uictor imposuisset. Genu-
enses uero supbia elati (ut uictores facere cõsueuerũt) uenetos reiiciũt: nisi se ac sua oĩa
dedentes: qui ad tuendam patriam conuersi: deductis ante portus fauces catenis ferre
is: dipositisq; in littore portus tricentis equitibus: totidemq; peditibus ad unum aliquẽ
ex ciuibus suis respiciunt: quem bello præficerent. At uero dum fluctuarent in tãta
perturbatione: quem potissimum deligerent: incerto anctore uox audita est unicum
uictorem pisanum: qui genuenses optime nosceret idoneum esse: qui tantæ rei præfice-
retur. Nõ est audita temere ea uox: quasi auspicato emissa. Ad carcerẽ concurrunt oẽs
(eo enim deductus fuerat ob rem male ad Polam gestam) eductũq; bello maritimo so-
lum præficiunt. Instabant genuenses & captis circũquaq; castellis: ingredi urbem para-
bant: quos post longam pugnam Ioannes barbadicus armatis lembis quibusdam perfa
cile repulit: cum progredi ulterius in estuariis illis triremes genuensium non possent.
Hac etiam arte Barbadicus usus est: inuenta tum primum a quodam theutonico bom
barda fuit: a sono & tonitru sic dicta: nulla erat scapha uenetorum nullus lembus: qui
non duas bombardas & eo amplius haberet: quibus multi genuẽses: ut a re ĩsolita: nec
ad præcauẽdũ scita opprimebantur. Singulæ enĩ bõbardæ binos ternosue plerunq; ne
cabãt: cũ præserti ĩ triremibus declinare ictus: ut ĩ terra nõ liceat. Adhortabãẽ aũt ue-
neti Bernabouẽ uicecomitẽ sociũ & amicũ ita genuenses bello premere: ut obsidione
tam graui liberẽẽ iã enĩ cõmeatibus carebãt. De uenetis tum quidem actum fuisset: si
ut Carrariensis admonebat) genuenses cauissent: ne commeatus mari uenetis impor-

tari possent. Bernabos autem uenetis aliqua ex parte satisfacturus: exercitum suum in genuenses mittit: qui uallem Pulcepheræ deprædatus: acceptisq; decem & nouem millibus nūmum auri: omissis Genuensibus auro cū Bernaboue non ferro decernētibus: onustus præda in Insubriā redit. Nō ē usus ea fœlicitate Astorgius faoētinus: eo cum equitatu a Bernaboue missus. Vrbi enim appropinquans ab erūpente populo genuensi fūditur fugaturq;: ægre quidē Asturgius euasit rustico cucullo idutus. At Caloloannes īperator græcorū cū uenetis sentiēs. Perā genuensiū Constantinopoli uicinā oppugnare adorit. Videbat enī genuēses pluribus bellis: & quidē grauissimis implicitos: sed Andronicus eius filius patri ac ueneto æque hostis thurcorū bulgarorūq; præsidiis & societate frætus: eā acerrime defendit: eoq; terroris patrem deduxit: ut in partes genuensiū statim trāsiret. Interim uero Vrbanus nō ītentus componēdæ paci īter christiāos (ut par erat) sed iniurias a Ioāna regīa acceptas ulcisci cupiēs: Lodouicū Vngariæ regē īpulit: ut Andreasūi fratris mortē se adiuuāte ulcisceret. qui Carolū filiū ī Taruisinus cōtra uenetos dimicātem ī Ioannā cōcitās res uenetorū prope afflictas meliusculas fecit. Superuenit & Carolus Zenus uenetus uir bello nauali ægregius: qui depressis duabus honorariis nauibus ante portū clugiensem: eo necessitatos genuenses pduxit: cū educere naues suas nō possēt: clausis reliquis ostiis: ut ipsi obsidentes q̄ obsessi maiore rerum omniū penuria laborarēt. Sed nihil æque genuēses afflixit q̄ Petri auriæ mors ictu bōbardæ īterfecti: dum munimēta Clugiæ aetiter defēdit: in cuius locū Mattheus ruffus statim suffectus: dū Clugiā peteret cū nouis triremibus apud Māfredoniā Thadeū Iustinianum cū sex triremibus annona onustis cæpit. His uero cladibus motus Agapitus cardinalis Colūna & genuēses & uenetos sæpe ac frustra ad pacē adhortatus ē. Sed ii de uita & sanguine nō de īperio īter se dimicātes: sanis bene admonētium cōsilus: nusquā obtemperarūt. Postremo itaq; genuēses Clugiæ obsessi cum erumpere nō possent premēte ueneto: habereue cōmeatus neqrēt: a Mattheo Ruffo patauinoq; domio: q id se facturos breui pollicebātur: deditionē fecere calēdis Iulii millesimo tercētesimo octuagesimo. Capti sūt ea deditiōe ex hostibus ad q̄ttuor millia tricēti & q̄dragita. Plures aūt fame & ferro in ipsa oppugnatione periisse cōstat. Nō quieuere tamē tanta accepta clade genuenses: qui cū triremibus octo & trigīta tergestinos deficere a uenetis ad patriarcham aquiliensem cōpulere. Cæpere & Iustinopolim: excepta dūtaxat arce. Aucta deinde classe Venetias iterum cōtendunt: sed cum nemo ad certamē prodiret: in Istriam redeuntes Polam urbē ui captā incendūt. Multæ utrinq; cædes inuicē acceptæ: dataeq; sunt. Veneti tamē bello terrestri a Carrario opprimebantur: licet Iacobus Caballus ægregius copiarū dux eos acerrime tutaretur: dum Taruisium oppugnatur: quod fame in hostium postestate fere uenerat. Verū cū fessus & defatigatus iā uterq; populus tam diutino & atroci bello esset: dux Sabaudiæ pacem inter eos hac formula cōponit octauo calendis Septēbris: millesimo tercētesimo octuagesimoprimo: ut regi Vngariæ decimo quoq; anno ueneti septē millia nummū aureorum psoluerēt: sī nullum piratam in suis Dalmatiæ locis tutū esse pateretur: sicq; nullibi salem fieri sineret: utque patriarchæ aquiliensi in Foroiulio eadem maneret conditio: quæ ante bellum fuerat. Venetis autem & genuensibus imperatum: ut captiuos alterutrum incolumes dimitterent: de præda utrinq; capta nulla mentio. Mandatum patauino: ut ab obsidione Taruisii recederet: utq; arces & turres in stagnis & ad fluuiorum ostia excitatas statim demoliretur: termini inter uenetum & patauinū positi. Interea uero Carolus quem diximus a pontifice ex Vngaria contra Ioannam accitum: cum octo millibus equitum in Italiam ueniens: Aretium primo in potestatem suam redægit guelphorum & gibellinorum seditionibus diu agitatum. Inde uero in florentinos mouens: a Ioanne Haucur qui tum Stagiæ erat propellit. Sed florētini ueriti ne sustinere tāti regis īpetū nō possēt: pacē a rege datis quadragīta millibus nūmū auri redimūt: Haucutq; sine stipendio dimittunt: qui Bagnacauallū Nicolao Albertoq; estēsibus uēdidit: quo facilius retīere Fauētiā ī potestate sua possēt: quā tamē haud ita multo post amisere: Astorgio Māfredo eā q̄dē ꝓditione adepto. Carolus uero salutato Romæ Vrbano regnū ingressus: superatis etiam

Ioãnæ ducibus Neapolim dedẽtibus ciuibus capit. Obsidebaẽ in castello nouo regina: cũ aretini guelphi tumultu excitato Iacobũ Carazolũ neapolitanũ ciuẽ eo a rege missum fugere in arcem compellũt. Cõfugere eo & gibellini: quibus certe uir æquus non magis q̃ guelphis cõsulebat. Volebat.n. oĩa pari iure ĩ ciuitate agi. Accito itaq; ob acceptã iniuriã Albrico barbiano e tudertinorũ finibus urbẽ ingressus: dũ guelphos ad officiũ redigere conaẽ: gibellinorũ quoq; bona diripit. Ferrabac aũt alter copiarũ dux Albricũ secutus: qđ reliquũ supfuerat ĩ Aretio abrasit. Dũ hæc ad Neapolim & Aretium agerenẽ: noua belli nubes Italiã inumbrauit. Nã Lodouicus Andegauẽsis a regibus Francorũ originẽ ducens: Italiã ingressus cũ triginta millibus equitũ noti longe a Bononia cõsederat: a Clemẽte antipapa impulsus: nõ tam ut reginã Ioannam obsessiam liberaret: q̃ ut Vrbanũ armis põtificatu deiceret. Hãc ob rem Carolus omisso Aretio: Albricũ & Ferrabac ad se uocat. Florẽtini quoq; Ioannẽ Haucut rogatu Vrbani ad Carolũ misere. Lodouicus aũt per marsos iter faciens ad cassinensem saltũ iam puenerat. Adhuc.n. ad duodecim millia equitũ expectabat: qui italiã ingressi duce Andegranio per placentinũ: lucensem: florẽtinũ: senensem agrum iter facientes: Aretiũ iam puenerant: urbẽq; a guelphis ĩtroducti: post illatã ab Albrico cladem diripuere. Defendebaẽ arx guelphorũ præsidio: quæ diebus quadragĩta oppugnata: ĩ gallorũ potestatẽ ꝑpediẽ uẽtura erat: nisi Lodouici andegauẽsis mors interuenisset. Tum Andegranius re cognita cohortãtibus aretinis in arce obsessis: urbem florentinis uẽdidit: in Galliasq; redit. Andegauẽses aũt milites morte ducis cõsilio carentes: bini terniue mẽdicantes etiã in patriã rediere. Tum uero Vrbanus terrore Gallicu liberatus: Neapolim se cõferẽs a rege petit: ut sibi liceat creare nepotẽ suũ Campanũ pricipẽ: quod cum impetrare nequiuisset; homo sub specie iusti & honesti minus urbanus ac nulli gratus: ad minas cõuersus: eo iracundiæ regẽ cõpulit: ut custodiis adhibitis ꝑ aliquot dies ꝑdire in publicũ nequiuerit. Verũ dissimulata ad tempus iniuria: Nuceriam ad uitandos æstus (ut ipse dicebat) cũ bona regis uenia ꝑfectus: cõmunitaq; firmis præsidiis urbe: & nouos cardinales creat: & septẽ ex ueteribus ĩ carcerẽ conicit: q̃ diceret eos cũ rege & antipapa cõtra se cõiurasse. Præterea uero & ꝓcessum (ut istorum more loquar) cõtra regem inchoauit: missa de more citatione: qui breui se uenturum Nuceriã respõdit: diluiturũq; obiecta crimina: non uerbis modo: uerũ etiam armis. Nuceriam itaq; cũ satis magno exercitu ueniens: urbẽ obsidet. Motus aũt hac indignitate Raimundus Balcianus e gente ursina: comitis Nolani filius: qui postea tarentinus princeps est habitus suis copiis fretus: quas sub rege ductauerat: Vrbanũ cũ tota curia ad ꝓximũ littus deductũ: genuensiũ triremibus ad id instructis paratisq; imposuit: quibus dum Genuam pontifex defertur. ex septem cardinalibus Nuceriæ captis: quinq; laccis inuolutos in mare demersit. At uero mortuo Lodouico Vngariæ rege ꝓceres ungari Carolum statim ꝑ legatos accersiũt: qui eo ꝑfectus. dũ cõuentũ ad res cõponendas celebrat: curãte regina quæ odiũ dissimilauerat obtruncaẽ: anno millesimo tercentesimo octogesimoquinto: quo tẽpore Ioannes Galeatius Bernabouem uicecomitem: cui erat ex fratre Galeatio nepos: captum in carcere Modoetiæ conicit: ac coniæctum usq; ad mortem detinet: eiusq; ditione potitur. Prius enim dum patrimonium diuidunt: Papia Vercellæ: Nouaria: Dertona: Alexandria: & cætera ad Apeninum alpesque pertinentia Galeatio: Placentia uero Cremona. Parma: Lauda: Brixia: & Bergomum Bernaboui sorte obtigerant. Mediolanum autem utique commune erat. At Vrbanus circumacto anno: quo se Genuam contulerat: intelligens ecclesiasticas ciuitates a florentinis ad libertatem (ut antea incitari) Lucam primo: mox Senas & Perusium peruenit. Confirmatis deinde aduentu suo ciuitatibus: desiderio (ut ipse dicebat) uidendi Neapolim: Ferentinum usq; proficiscitur: ea mente re uera: ut Ladislaum admodum puerum: & Ioannam Caroli filios hæreditate paterna deturbaret. Multi enim proceres Lodouico Andegauensi studere soliti: potiundi regni spem ei præstabant: sed magna usi fide caietani pueris in uita retentis: regnum quoque cum summa laude seruauerunt. Pontifex itaque re infecta Romam rediens: cum magno apparatu honoreque plusq̃ dici potest

a populo romano ĩ urbem suscipit̃:licet haud ita multo post a Bãderesiis insidias ppessus sit:q̃s certe oĩo deuitauit & sustulit creatis una die nouẽ & uigiti cardinalibus:quorũ de numero romani tres sũt habiti. Reliq uero fere oẽs neapolitani fuere. Interea uero Antonius Scala ueronẽsis:& Frãciscus senior patauinus dominus grauissimo iter se bello cõtendere:Ioanne Vbaldino Carrarii:& Ioãne Ordelapho Scaligeri copias ducẽtibus. Veq̃ Galeatius uicecomes ĩstigante Carrario supatis Scaligeris: Verona Vĩcẽtiaq̃ potit̃. Neq̃ hoc quidẽ cõtentus Galeatius:paucoq̃ mẽsiũ obsidione Patauiũ capit: ac Franciscũ Carrariũ ĩ carcerẽ medoetianũ cõicit. Eius uero filius Frãciscus iunior fuga salutẽ sibi quæsiuit. Florentini quoq̃ augendæ ditionis cupidi. Politianũ Lucinianũ oppida ex ueteri senensium dominatu arte magis q̃ uiribus in potestatẽ suã redægere. Præterea uero Carolũ Bernabotis filiũ & Antoniũ Scalã cũ quinq̃ millibus equitum ĩ agrũ senẽsem hostilĩ aĩo ĩmittũt. Hãc ob rem Galeatius motus legatos ad florẽtinos mittit:qui suo noĩe cõquerãtur Carolũ uicecomitẽ:& Antoniũ Scalã hostes suos a populo florẽtino:quo cũ ipse pacẽ antea inierat & fœdus:mercede cõductos eẽ: uexarĩq̃ ab eis bello senenses amicos & socios cõtra ius fasq̃. Legatis itẽ mandatũ est: ut nisi ab ĩiuria senẽsiũ discederẽt: exauctorarẽtq̃ suos belli duces:florẽtino populo bellũ ĩdicerẽt. Quo minus uero id statim Galeatius faceret:Petri Gãbacurtæ pisanoq̃ tyrãno precibus factũ ẽ:qui Galeatio & florẽtinis amicus:rẽ iter utrũq̃ cõpositurũ se prædicabat. Interim uero Vrbanus põtifex põtificatus sui ĩfœliciter acti ãno undecimo:mẽse octauo Romæ morit̃:sepeliturq̃ ĩ beati Petri basilica:paucis admodũ eius mortẽ(utpote hominis rustici & inexorabilis)flentibus. Huius autem sepulchrum adhuc uisitur cum epytaphio satis rustico & inepto.

BONIFACIVS. VIIII.

BONIFACIVS nonus patria neapolitanus:Petrus cognomẽto: Tomacellus antea uocatus:Romæ cardinaliũ omniũ cõsensu põtifex creat̃:anno domini millesimo tercẽtesimo octuagesimonono. Hic & si annoq̃ circiter triginta esset dũ põtificatu inuit:ita tamẽ deinceps uixit in tam florida ætate:& tãta peccandi licẽtia:ut nulla ei libido:nulla uoluptas ĩiungi uel obiici posset:iuuẽtutem certe cũ ipsa senectute cõmutasse uidebat̃. Fuit præterea tãti animi cõsiliiq̃:ut primus populi romani uim omnẽ in põtificem trãstulerit:creatis suo nutu magistratibus omnibus: munitaq̃ sancti Angeli arce in mole Hadriani sita ad Tyberis põtem:quo ab urbe ĩ Vaticanũ itur. Munitisq̃ item pontibus:quibus ĩ trãstyberim romani cõmeant. Veq̃ dũ Bonifacius nonus adhuc ĩ põtificatu esset:Galeatius florentinos & bononiẽses bello aggredit̃:Ioanne ubaldino & Lãtedesco Petramala copiaq̃ suaq̃ ducibus:qui uallẽ. Arni supioris ingressi:oĩa lõge ac late populabãtur. Iacobusq̃ Vermes bononiensem agrum suo nomine ingressus:ciuitati quoq̃ multa damna intulit. Tum uero florẽtini ad præcauenda mala solliciti:& Ioannẽ Haucut:& Carolum Bernabouis filium & Antonium Scalam cum quattuor equitum:peditũ duobus millibus bononiensibus sociis & amicis auxilio misere. Solicitare præterea litteris & nũciis Stephanũ Bauariæ ducẽ: ad quẽ Franciscus Iunior confugerat:& Iacobum Armeniaci comitem magna mercede conductum:ut in Italiã contra Vicecomitem descenderent:eumq̃ a ceruicibus suis ad propria tuenda auerterent. His cohortationibus motus Frãciscus iunior mutata ueste fauẽtibus uenetis:secreto tamẽ Patauiũ ingredit̃:urbeq̃ potitur. Subsecutus uero Bauariæ dux:urbem ingressus oppugnare arcem non destitit. Veronenses autem harum rerum permutatione moti.pulso uicecomitis præsidio:Antonium Scalam ad se uocant: qui fere his diebus in Hetruria mortuus erat:relicto unico filio ĩ prima pueritia adhuc supstite. Qua quidẽ re cognita pœnitẽtia ducti:ĩ primis Vgolotũ Blancardũ:qui ĩ cremonẽsi agro cũ exercitu Galeatii erat ad se uocãt:ĩpetrata prius errati uenia: psolutisq̃ aliquot millibus nũmum auri: ad redimendam tanti erroris culpam. Ingressus urbem Blancardus:retinere milites a direptione tã opulẽtæ urbis nequaq̃ potuit. Vxor uero Galeatii tãtæ ciuitatis calamitatẽ miserata:triduo post militibus direptioẽ ĩhibuit. At

dux Bauariæ cõquestus se mercede a florẽtinis defrandatũ:ab oppugnatiõe Patauiæ ar-
cis i Germaniá discessit. Tũ florentini prebẽte aditũ Alberto Estẽsi:q iápridé ab amici-
tia Galeatii discesserat. Ioanné Haucut carrariẽsi socio auxilio misere:cuius fortitudine
& astu arx patauina i deditioné breui recepta ẽ. Vnde Galeatii copiæ quæ eo recuperá
dæ urbis causa uenerát:in uicentinos secessere. Descẽderat iá tũ etiá comes Armeniaci
a florentinis mercede cõductus:ꝑ Taurinos i Italiá cũ uiginti millibus equitũ. Castella-
ciũq; i Alexandrinis ui captũ diripuerat:quare Galeatio necesse fuit copias suas e uin-
cẽtinis reuocare:quas hosti opponeret. In suburbio Alexádrino cõsederát mediolanen-
ses:i quos delati armeniaci sine ullo ordine excidiũ ipsis militibus & ciuibus minabãt.
Pugnatũ ẽ ꝓ portis aliquádiu:& ab italis tádiu ꝓtracta pugna ẽ:donec sui(quos circũ-
acto itinere ad carpẽdũ extremũ hostiũ miserát)nil tale opinátes aggrederẽtur. Dũ pu-
gnatũ supuenere illi:atq; ita a tergo:a lateribus:a frõte cæsi:prius pene oppressi sũt igen-
ti cæde. oppidanis etiá supueniẽtibus:quá discrimẽ in qđ delati fuerát cognouerint. Co
mes ipse armeniaci táti exercitus dux captus:ex uulnere accæpto i prælio statim morit̃.
Capti & Rainaldus Láfigliatius & Ioánes Ricius florẽtini equites:q armeniacũ i Italiá
duxerát. Tũ uero Galeatius táta uictoria fretus:ꝑtem copiaꝝ i Haucutũ mittit:qui ea
mẽte Atesim & Mintiũ traiæcerat:ut se cũ armeniaco cõiungeret. Verũ Haucutus re
cognita:quáta maxíe celeritate potuit:i patauinos mouit:nõ paucis suoꝝ i itinere amis-
sis ob deriuatas passim a rusticis aquas:ne redire hosti ípune liceret. At florentini bel-
lo pressi a Iacobo Verme:qui eo a Galeatio cũ duodecim millibus equitũ:peditũ q̃ttu-
or missus fuerat:Haucutũ reuocát:qui hostes florẽtinoꝝ(quibus par eẽ aperto marte
nõ poterat)miris artibus ludificatus ẽ. Interim uero hortáte Bonifacio põtifice: & An-
tonioto Adurno genuẽsium duce:pax æquis cõditionibus íter Galeatiũ & florẽtinos
Genuæ cõposita ẽ. Sed dũ unũ incendiũ extíguit̃:alteꝝ exardescit. Ná & Frácíscus co-
gnomẽto Vicus urbis præfectus Viterbiũ põtifici ꝓditione abstulit: & Petrus Gába-
curta Pisaꝝ dominus a Iacobo Appiano publico scriba:& omniũ cõsilioꝝ suoꝝ ꝑtici-
pe cũ filiis occidit̃:ipseq; Appianus dominatu potit̃. Mortuo aũt Alberto estẽsi: Acci-
us & ipse estensi familia ortus iápridẽ patria pulsus:adiuuantibus Cunii comitibus re-
dire i patriá instituerat. Sed tutores Nicolai pueri Alberti filii:sũptis armis Acciũ Ferra-
ria sũmouẽtes:Lucũ & Cõsilicæ oppida Ioáni Cunio ꝓmisere:si Accũ íterficeret. Tũ Io
annes cõposita fallacia uiꝝ Accio ꝑsimilẽ íterficit:& accæptis oppidis ueꝝ Accium in
publicũ ꝓducit. Nõ cõmisisset tantũ facinus Albricus ex eadem familia ortus:cui plus
itali debẽt q̃ oĩbus ducibus qui tũ fuere. Primus enĩ docuit italos bella gerere:iam pri-
dẽ arma ferre desuetos:quibus se deinceps ab íteſtino externoq; hoste tutati sũt. Prius
enĩ siquid gerere itali uel inter se:uel i barbaros uoluissent:accire externũ militẽ opus
erat. Sed táta militũ copia hoc duce breui suborta ẽ sub uexillo sãcti Georgii: ut & brit-
tones q ꝓuĩciá nostrá & ecclesiæ castella euerterát:teutonicos:anglicos:postremo oĩa ua
státes Italia expulerit. Hic brachiani & sfortiani milites originẽ habuere: quoꝝ armis
Italia apud exteros tantũ noĩs cõsecuta ẽ:ut aut exteri timore ꝑculsi quieuerít:aut adi-
tũ ad nos tentantes magnis cladibus superati sint. Interea uero mortuo Clemẽte septi-
mo adulterino põtifice:i eius locũ a cardinalibus táti scismatis auctoribus:Petrus Lu-
na Benedictus. xiii. appellatus:Auenionæ sufficitur. Successit tum etiá Carolo íperatori
romano Venceslaus filius:a quo Ioánes Galeatius uicecomes mediolanensis ducatus ti
tuliũ accæpit:misso oratore Petro Philargi mediolanẽsi archiepiscopo: qui postea ro-
manũ pontificatũ adeptus: quintus Alexáder appellatus ẽ. Galeatius aũt mortuo Ioá-
ne Haucut:Florentiæq; sepulto:quo uno duce ĩ rebus bellicis tum maxíe florẽtini ute-
bant̃:mittere Albricũ cũ suis copiis i Hetruriá cõstituit:qui florẽtinos Appianũ pisa-
noꝝ tyrannũ bello lacessentes i officio cõtineret. Erát í eo exercitu Paulus ursinus: Ce
culus. Brolia brádolinus:Paulus sabellus:Lucas canalis:cohortiũ præfecti insignes: qui
simul cõiunctis copiis animisq; oppugnare Florẽtiá adhorti: ad monasteriũ cartusiẽse
castra posuerát:unde crebris icursionibus tum agros:tum ciuitatem Florentiá cõtinuo
uexabant:cædibus:rapinis:icendiisq; oĩa cõplẽtes:anno domini millesimo tercẽtesimo

nonagesimoseptimo. Quo quidé tempore & Bonifacius Perusiũ se cõtulit : nobilitaté
plæbeis raspantibus cõciliaturus. Sed plæbs præsente pontifice præter datã fidé arma
capiés: interfectis ad octuaginta ex optimatibus: Biordũ & Michelettũ plæbeiaq; par-
tiũ principes in urbem intromissos dominos cõstituút. Indignatus aũt ob eam ré poti
tifex: Assisiũ petens: inde ad ducem Galeatiũ oratores misit: qui eum adhortarentur: ut
oppugnare Mantuam desineret : quam tum aqua & terra obsidione premebat : accito
in Cisalpinã Galliã ad id bellũ Albrico Barbiano. Hãc aũté ob rem ex fœdere florenti-
nis licuit: & uenetis belli socijs mantuano auxiliũ mittere: Carolo Malatesta mãtuani
sorotio tantæq; copiaq; duce: qui ingenti clade Galeatii exercitum apud Gouernolum
profligauit. Erat tũ quoq; in animo florentinis pisanos bello persequi : sed eos a tanta
re auertebát Pupii Balneiq; comites: & ubertini rebelles: qui florétinæ ciuitati exitium
minabantur: si in pisanos mouerent. Verum mortuo nõ ita multo post Iacobo Appia-
tio: filius Gherardus patri succedés: cũ retinere Pisas in potestate sua non posset: ob se-
ditiones a florétinis excitatas: urbé ipsam Galeatio uicecomiti uendidit Plumbino op
pido tantũmodo sibi ac suis retenro: millesimo tercétesimo nonagesimonono. Interfe
cto aũt Biordo Lanthedesci ĩsidus perusini uindicare se in libertatem conati sunt. Ve-
rum cũ Vgolinus Truncius Fulginas põtificis uicatius: eius nomine Perusium ĩ dediti-
oné ecclesiæ trahere conaretur: indignati ciues Galeatio sese dedunt: qui post méses du
os Bononia quoq; Luca falso potit͛. Hinc maior timor florétinos incessit: passim de se
ac libertate sua actũ dicétes: nisi Galeatius morte e medio auferret͛. Appropinquãte ue
ro iubilei anno: legati romanoq; pontificé adeunt rogantes: ut Assisio Romã pficisce-
retur: qui & si id magnopere cuperet: tamé dissimulato desiderio facturum se quod pe-
tebát negauit: q̄ diceret eos noluisse recipere senatores ex nobilitate externa secundũ
cõsuetudiné & instituta pontificũ : qq; cameræ cõseruatores suopte ĩgenio elegissent:
homines quidem parum idoneos: & quoq; licentia banderesiis omnia licerét. Tum ue-
ro romani ut ré gratam põtifici facerét: & bãderesios tollũt: & Malatestã Pandulphi fi-
liũ pisautiésem: uirũ doctũ põtificis nomine in senatorem recipiũt: pecuniasq; insuper
Bonifacio dant: quo ei proficisci ad urbem liceret. Vrbem itaq; ingressus munita mo-
le Hadriani (ut antea diximus) mœnius & turribus dominatu urbis sensim potitus est.
Celebrato deĩde iubilei anno millesimo quatercentesimo: quo inumera fere hominũ
multitudo ad urbem religionis causa uenerat. Florentini Galeatium a ceruicibus suis
auertere cupiéres: Robertũ Bauariæ ducem: quem imperii electores abrogato ob igna-
uiam Venceslao Boemo delegerant: hac conditione ĩ Italiã uocãt: ut nõ prius pmissam
mercedem acciperet: q̄ uicecomitis ducatum attigisset. qui brixianũ agrum ad Benacũ
ingressus parte pecuniarum accæpta: cum Galeatii copus cõgrediens superatur: ac Tri-
dentum fuga petit. Retinere homĩé ueneti & florentini multa polliciti: quo minus in
Germaniã rediret: nequaq̄ potuere. Tum uero Bonifacius siue uicecomitũ potentiam
ueritus: siue augendæ ditionis ecclesiasticæ cupidus: annatarum usum beneficiis eccle-
siasticis primus imposuit. hac cõditione: ut qui beneficium consequeret͛ dimidiũ ãnui
pu̇entus fisco apostolico psolueret. Sũt tamé qui hoc inuentũ Ioanni uigesimosecũdo
ascribant. Hãc aũt cõsuetudiné oés admisere præter anglos qui id de solis episcopati-
bus cõcessere. in cæteris beneficiis non adeo. Cõfirmata hoc modo pecuniis arce magi
stratibus suo nutu in urbe delectis ditione ecclesiastica: pontifex Ladislaum adolescéré
Caroli neapolitani regis filiũ ĩ regnũ paternũ restituit: a tyrãnis & populis occupatũ: q
Lodouici andegauensis partes secuti fuerát. Quo aũt facilius & honestius id fieret: pri-
uationé Caroli ab Vrbano sexto Nuceriæ factã abrogauit: cardinaléq; florétinũ Caie-
tã misit: quæ sola in fide remanserat: ut eo loci adolescenré coronaret: ubi sũma cum fi-
de seruatus fuerat. Vicecomes aũt redeũte in Germaniã ĩperatore Roberto: copias su-
as Albrico duce ad opprimédũ Ioãné Bétiuolũ misit: qui Bonomésem urbé ĩ suã redæ-
gerat potestaté: pulso uicecomitũ præsidio. Militabát tũ ĩ exercitu Galeatii Franciscus
Gonzaga cõposita ĩter eos pace: militabat Pandulphus Malatesta Caroli frater. Aderat
& Ottobonus Rubeus parmésis ciuis: quoq; noĩbus pterriti florétini: Bernardoné co-

p iaꝝ suaꝝ præfectum bononiẽsibus sociis auxilio mittit:cuius aduentu bononiẽses
a nimis aucti:hosti mœnibus appropinquanti occurrere audent:quo prælio superati :
omnem equitatum cũ Bernardone in ipsa pugna interempto amisere. Captus etiam eo
prælio Iacobus Carraria:Francisci Gonzagæ precibus conseruat̃. Aufugerat tũ cũ pau
cis Benriuolus in urbem:quã dum acriter nimiũ tutat̃ : in globũ incidẽs:cũ uiuus capi
tiõ posset obtruncat̃. Potitus itaq; deinceps nullo resistente Bononia Galeatius:magnũ
terrorẽ florentinis iniæcit. Eo enim se breui moturum omnem belli ĩpetum ostende-
bat. Verum morte adiuti(ut ipsi optabãt) non ita multo post tanto metu liberati sunt.
Mortuo aũt ex febre Ioanne Galeatio apud Meregnanũ:cũ ante cometes tãtæ mortis
indiciũ apparuisset:anno millesimo quadringẽtesimo secũdo:multi repẽte tyrãni obor
ti sunt:aut ciuitatũ suaꝝ principes:aut cohortium præfecti:a militibus ducis ob largi-
tionẽ ad occupandas ciuitates adiuti. Oborta tum quidem infinita mala sũt : cũ nemo
unus præesset:qui uicia hominũ imperio & auctoritate cõpesceret. Innouata est etiam
guelphoꝝ & gibellinoꝝ perniciosa seditio:quæ ducentis & eo amplius annis p Italiam
uagata oẽs ciuitates ita ad arma ciuilia cõcitauit:ut ferme ad ĩternetionem certatũ sit.
Nam Vgolinus caualcabos:oppressis gibellinis Cremonæ imperitabat:Parmam Otto
tertius ĩterfectis ac pulsis Rubeis optinebat:Soardi Bergomũ:Rusconii Comũ: Vigna
tæ Laudam: Vercellas Alexandriam:plurimaq; p eam regionem oppida Fazinus canis
dux copiaꝝ ægregius ui occupauerat. Omitto reliquos tyrannos a Galeatio pulsos : q
tum quidem redeundi ad tyrãnidẽ & dominatũ ĩpem aliquam sumpsere. Maxime ue-
ro Gulielmus Scala:& Carolus uicecomes Bernabouis filius:qui principes oẽs & popu
los ad defectionẽ solicitabãt. Hinc etiam Pinus ordelaphus patria pulsus:Foroliuio po
titur. Albricus quoq; Cunnii comes Fauentiã bello pressã i sui potestatẽ redægisset:ni-
si a Ladislao adhortante etiam põtifice:in regnũ accitus propere fuisset : magnusq; co-
mestabilis(ut eoꝝ uocabulo utar)creatus. Miserat & eo cum satis iusto exercitu fratrẽ
suum pontifex:ut regi auxilio esset:qui a neapolitanis repulsus:Perusium mouẽs ciui-
tatem ipsam in potestatem pontificis breui redægit. At Baldesar Cossa neapolitanus
ciuis:sancti Eustachii cardinalis bononienses aliquãdiu obsessos:redire tandem ad ec-
clesiã cõpulit. Bracbio mõtonio copias ecclesiasticas:quem ut uiꝝ ĩ re militari præstã-
tẽ Albricus in Flãminia reliquerat. Sub eo eni ab ineunte ætate militauerat: ordinesq;
duxerat. Idem etiã cõtigerat Sfortiæ e Cotignola Flãminiæ oppido originẽ ducẽte:quo
rum uirtute militia italica ita breui creuit:ut qui duce in re bellica deinceps ĩdigerent:
altero istorum uterentur. Hinc ille factiones militares exortæ sunt:ut sexaginta iam an
nis nil prope gestum in Italia sit:quod nõ alteri istarum ascribi possit. Qui enim a bra-
chianis opprimebatur:uicissim a sfortianis alterã factionẽ precio cõducebat. Albricus
aũt(unde tanquã ex equo troiano innumerabiles belli principes emanarunt)Neapolim
diu oppugnatam:tandem in potestatem Ladislai recæpit:qua uictoria moti oẽs regni
principes ciuitatesq;:statim in deditionẽ regis puenere. At uero Ladislaus regnandi cu-
pidus:priusq̃ fundamenta regni Neapolitani confirmasset:accitus ab ungaris: ad illud
quoq; regnum iure hæreditario suscipiendũ:cũ copias traiæcisset : Iaderãq; obsideret:
certior ab amicis fit:neapolitanos & aliquot regni pceres ad defectionem spectare . Ia-
dera itaq; potitus:eadẽq; uenetis diuẽdita: Neapolim redit:reuocatoq; e Flãminia Al-
berico(eo nãq; ad suos uisendos profectus erat)oẽs pceres dominatu priuauit. Recusã-
tes aũt parere e patria deiæcit. In Seuermatũ uero familiã crudeliter aĩaduertit : prima-
tibus ipsis ultimo supplicio affectis. Bonifacius aũt ĩ tãta reꝝ perturbatione diu affli-
ctatus:dolore lateꝝ tandẽ morit̃:põtificatus sui anno q̃rtodecimo: mense nono:mille
simo quadringẽtesimo quarto. Sepeliturq; ĩ basilica Petri sepulchro marmoreo uermi
culato opere distincto(quod adhuc cernit̃)cum gentilicus insignibus:quæ itẽ indicant
multa ædificia tum in mole Hadriani:tum in capitolio:tũ in palacio Vaticani huius
iussu & ĩpensa ædificata tum fuisse. Huic autem pontifici ad summam gloriam nil cer
te defuisset:nisi affinimũ & cognatorum affinitatibus obtemperans:aliquam notam cõ
traxisset. Multa enim crimina per simoniacam prauitatem cõmittebantur:petentibus

contra ius fasq; omnia tum fratribus:tum cognatis:quorum magna multitudo questus gratia Romam uenerat. Indulgentiæ uero & quidem plenariæ ita passim uendebantur:ut iam uilesceret clauium & litterarum apostolicarum auctoritas. Reuocare hæc oīa Bonifacius conatus cognatorum precibus:eo itentidem redire cogebatur. Vnde melius actum cum ecclesia dei censerem:si pontifices reiectis affinibus & cognatis:uel saltem in mediocri fortuna collocatis:pōtificiæ dignitati potius q̄ carni & sanguini consulerent. Maxime uero hoc tempore quo mortuo Tamburlano:qui thurcos superauerat:eorūq; regem cathenis uinctum secum trahebat:armenios:persas:ægyptios: assyrios sine gubernatoribus reliquerat:qua ex re facile christianis tum fuisset Hierusalem: ac sanctum domini sepulchrum recuperare. In nostros enim conuersus albos suo pontificatu nouam superstitionem introducentes persecutus est. Ex alpibus namque descendisse in Italiam anno ante iubileū presbyterum quendam cū magna hominū multitudine:ex patre meo qui hominem uiderat intellexi. Is quidem albo indutus panno: tantam modestiam uultu ac uerbis præ se ferebat:ut ab omnibus sanctus haberet̄. In italiam itaque descendēs magnā hominū ac mulierum multitudinem in sentētiam sui ipsius breui deduxerat. Linteis albis circūuoluti omnes sine discrimine mares an fœminæ:rustici an ciues:serui an liberi eēnt:passim ueluti pecora ubi nox oppressisset dormiebant. Publice in uicis epulabantur:perlatis undiq; certatim quasi ad sacrum epulis. Crucifixum sacerdos ipse præ se ferebat:quē lachrymari ob hominū errata dictitabat. Id quotiens accidisset succlamabāt omnes ueniam a deo petentes. Laudes beatæ uirginis canebant euntes & stantes hymnis ad id apte compositis. Ex cisalpinis autem in Flāminiam Hætruriā picentes aucta opinione sanctitatis ueniens:non plebem modo rudem & crudelem:sed & principes & episcopos ciuitatū in sententiam suam facile ꝑtraxit. Substitit Viterbii cum magna multitudine labore itineris fessus. Romam inde (ut ipse dicebat)ad uisenda loca sancta sanctorūq; corpora uenturus. Sed Bonifacius fraudem subesse ueritus ꝙ diceret hominē superstitiosum pontificatum appetere: adiuuante illa multitudine milites aliquot præmittit: qui hominē cōpræhensum ad se perducant. Sūt qui scribant huius fraudē questione detectam fuisse:hominēq; in tanto facinore depræhensum:meritas pœnas luisse:igne scilicet:quo exustum ferunt. Sūt etiā q dicant nil fraudis in hoīe depræhensum fuisse:sed id factum a pontifice abolendo rumori:quo hoiem per inuidiam captum & necatum affirmabant. Vtrū uerius sit deus nouit. Hoc tamen constat post tantam colluuionem:quæ partim hac supstitione partim frequentia iubilei obuenerat:magnā hominū multitudinem pestilentia consūptam fuisse. In tantis autem malis quibus prouincia nostra afflictabatur:unum tamen bonum in Italiam auectum est:ad nos enī Chrysolaras Bysantius litteras græcas attulit:quæ annis iam quingentis in Italia conticuerant. Hinc græcæ latinæq; linguæ scholæ exortæ sunt:Guarino:Victorino:Philelpho:Ambrosio monacho: Leonardo aretino:Caroloq;:ac plerisq; aliis tanquā ex equo troiano in lucem prodeuntibus:quorum æmulatione multa ingenia deinceps ad laudem excitata sunt.

¶ INNOCENTIVS.VII.

INNOCENTIVS Septius patria sulmonēsis: Cosmatus ātea uocaus sanctæ crucis presbyter cardinalis:romæ pōtifex creat̄:tumultuāte tota Italia. Mortuo enī Ioāne Galeatio:duobus filiis superstitibus:sed adolescētibus adhuc tota Italia ad arma respiciebat. Ioānes maria maior natu(id enim ei nomē erat)ducatū Mediolani sibi uendicat. Philippus uero Maria minor natu Papiæ dominatum: cuius comes iure habebatur:facile obtinuit. Reliquæ ciuitates(ut antea dixi:ad quinq; enim & uiginti fuisse constat)ab imperio uicecomitum defecere. Nam.& Paulus Guinisius ciuis:lucensis patriæ dominatum sibi usurpauit:& Franciscus Carrarius sublato e medio tanto duce:cuius arma mirumimmodum timuerat:augendæ ditionis in magnam spem ueniens:Veronam:Brixiam:Bergomum:Cremonam legatos ad solicitandos in partes suas guelphos misit. Verum ubi uidet Gulielmum Scalam & Carolum uicecomitē:qui imperia ciuitatum suarum desiderabāt:posse conatibus suis obstare:Gu-

lielmo Veronæ:Carolo Mediolani:accæptis ab eo mutuo triginta millibus aureis:do
minatú pollicitus est.Reducto itaq; in patriam Gulielmo : eodéq; non ita multo post
ueneno sublato:Verona ipse potitur.Eadem quoq; fraude Carolum aggressus est:cum
is instaret:ut nõ apparétibus promissis:pecuniam saltem mutuo datam solueret.Litte-
ris quoq; Franciscú Gonzagá admonet:ut descendere in partes suas spõte uelit:ample-
ctiq; eius amicitiá & societaté:sin secus esset animatus:habituq; se eum pro hoste factu
rúq;:ut breui eius pertinaciæ poeniteat:fieri perfacile id posse dicebat : cum Veronam
mantuanis finitimam adeptus:Brixiam quoq; í potestatem suam breui sit redacturus:
unde percõmode mantuanos bello premat.Nil respondere Franciscus instituit priusq̃
uenetorum legatos audiret:quos in uia ad se eútes intellexerat . Veneti enim carrario-
rum potentiam suspectam habentes:Vincentiam dedentibus ultro ciuibus in deditio
nem & tutelam recipiunt:q̄ Francisci arma uererentur:q̄q; sub quouis alio quam sub
patauino domino esse mallebát:quippe cú íter patauinos & uicentinos ímortale odiú
intercedat.Admonet tum Franciscum Carrarium uenetus:ne uincentinos uectigales
suos bello attingat:utque ab expugnanda Colonia(quam suæ ditionis esse rebantur)
abstineat:aliter uenetos bello persecuturos illatas iniurias.Respondet Franciscus mira
ri se uenetorum impotentiam:qui cum nullum ius incontinenti habeant:leges tamen
merito imperantibus uelint præscribere:irent & æstuariis se ac palludibus continerét:
eosq; præesse ciuitatibus sinerent:qui eam facultatem a maioribus suis accæpissent.In
dignati mirumímodum ueneti:legatos suos qui in uia erant admonent:ut foedus & so
cietatem cum Francisco Gonzaga ineant:eúq; primum copiarum suarum ducem de-
ligant:addita pecuniarum summa: quæ ei stipendii nomine quottannis daretur. Tum
uero Franciscus icto foedere maturandum ratus:q̄ iam hostes potitos Colonia intelle-
xerat;conscripto magno militum numero;ueronenses ad eá parté adoritur:qua ad mã
tuanos uergunt.Idem faciunt ueneti ex uincentinis eo mouentes:quo impetu ueroné-
ses perterriti : cum nulla spes auxilii subesset:deditioné fecere.Oderát etiam ciues Frá-
ciscum carrariensem:qui Gulielmú Scalam ueneno necasset:eiusq; filios occupata frau
de Verona in carcerem coniæcisset.Dum urbem uero instructis aciebus ingrediútur :
nequa fraus ab hoste subesset:Iacobus Carraria qui ibi cum præsidio erat:repente cum
militibus aliquot Hostiliam profugit.Sed dum Padum traicit;captus Venetias mittit:
Munita autem firmissimo præsidio Verona:inde cum omnibus copiis ueneti Patauiú
mouétes:urbem præaltis muris ac profunda fossa munitam:defensamq; firmo præsi-
dio obsident:& tandem post aliquot menses interclusis undique cõmeatibus:in dedi-
tionem accipiunt.Cõfugerat in arcem Franciscus cum filiis ac nepotibus:quam tamen
ueneti non ita multo post coepere:urgente eos qui in præsidio erant ad deditionem fa-
me.Franciscus aút captus ac Venetias missus una cum fratre necatur. Hunc exitum &
finem habuit qui humaná cupiditatem secutus:spreta pace omnia bello occupaturus
uidebatur.Neque in hoc quidem malorum omnium finis fuit.Nam uel ignauia pon-
tificum:qui interdictis antea minis:armis postremo tollere discordias consueuerant :
uel scismate potius (quo tú ecclesia dei multú laborabat)eo uentum erat:ut uilissimus
quisq; tyrannus post mortem Ioannis Galeatii unúquodque facinus quantumuis ma-
gnum aggrederetur.Innocentius enim dum cardinalis adhuc esset:carpere negligentiá
& tumiditatem priorum pontificum consueuerat:q̄ diceret eorum secordia factú : ne
scisma ecclesiæ romanæ:totiusque reipublicæ christianæ pernicies hactenus extinctú
& sublatum esset. Verum ipse pontificatum adeptus:secutusque inquibusdam Vrbani
& Bonifacii uestigia:quos priuatus carpebat:non modo quod tantopere laudabat effe-
ctu: uerum etiam iniquo animo ferrebat:si quis apud se ea de re uerbú ullum fecisset.
Præterea uero adeo tumultuose omnia gubernabat : ut cum semel romani restitui in
libertatem ;reddique sibi Capitolium : pontem Miluium : & arcem Hadriani pete
rent : instarentque item ut scisma rem perniciosi exempli de ecclesia tolleret : bel
la extingueret & seditiones : rege gallorum ad eam rem conficiendam operam su
am pollicente : ac Petro Luna antipapa nequaquam tantam concordiam abnuente :

romanos ipsos pontifex ad Lodouicum nepotem diuertentem : apud hospitale sancti spiritus uia saxia tanquã ad certum carnificem miserit. Vndecim enim ciues reip. suæ labenti negligentia pontificis consulturi statim necanturæ fenestrisq; deiiciuntur: q; diceret eo modo tolli seditiones:& scisma non alio quidẽ posse. Hac autem sæuitia motus populus romanus:accito Ladislao Apuliæ rege arma capit:supplicium de Lodouico sumpturus. Verum pontifex declinaturus populi furorem: Viterbium cum Lodouico citato gressu proficiscitur. Tum uero populus cum sæuire in auctotem tanti facinoris non posset:in aulicos iram cõuertit:quorum bona magna ex parte direpta sũt. Seruati tamen quidam dicuntur in ædibus cardinaliũ romanorum:qui adiuuantibus clientibus:ægre tamen ad se confugientes tutari sunt. Capto deinde Capitolio:occupatoq; ponte miluio arcem Hadriani oppugnare frustra conati sunt:adiuuantibus etiam ru̾manos Ioãne columna Troiæ comite:Gentile mõterano:comite Carrariæ:ægregiis copiarum ducibus:& Ladislai regis auspiciis militantibus. Verum superueniente Paulo Vrsino mandato pontificis cum Mostarda & Ceccolino turmarum præfectis ĩ pratis neronianis:Ioannem Columnam & reliquam Ladislai militiam fundunt. Hanc ob rem romani quidem multis incommodis circũuenti:cum & homines & eorum pecora abigerentur:residente etiam ira iam antea concæpta:pontificem in gratiam recipiunt:rogantq; ut ad urbem redeat. Erat enim natura comis & blandus:adeoq; pontificii ciuilisq; iuris peritus:ut facile homines tum rationibus:tum suauitate dicendi ĩ sui ipsius sententiam alliceret. His rebus itaq; hoc modo compolitis Romam ueniẽs plures cardinales delegit : quorũ de numero fuit Angelus Carrarius:patria uenetus:tituli sancti Marci presbyter cardinalis : in pontificatu Gregorius duodecimus appellatus. Fuit & Petrus Philardi natione Cretensis: basilicæ duodecim apostolorum presbyter cardinalis : Alexander quintus deinde creatus. Tertius habitus ẽ Otto Columna : natus e principibus romanis ad uellus aureum:sancti Georgii diaconus cardinalis. Martinus quintus postea uocatus. Confirmato autem hoc modo pontificatu suo : Lodouicum nepotem agri Piceni marchionẽ creat:eundẽq; firmanum principem cõstituit. Ipse uero non diu post Romæ moritur pontificatus sui anno secundo:sepeliturque in basilica Petri in sacello quod olimpontificibus dedicatum erat:quodq; uetustate & situ corruẽs. Nicolaus quintus postea restituit. Notato etiam hoc epytaphio hominis sepulchro:Innocentio septimo pontifici maximo:cũ neglecti eius sepulchri memoria interiisset:Nicolaus quitus põtifex max. restitui curauit. Interim aũt cũ & uero põtifice & optimo imperatore carerent itali:unicuiq; scelerato peccãdi licentia data ẽ. Nam Cabrinus fundulus cuius opera Carolus Caualcabos multum & belli & pacis artibus utebatur spe occupandæ tyrannidis elatus : q; ei non secus ac Carolo magistratus omnes atq; artium præfecti parerent:Redeuntem Lauda Pompeiana:Carolum ad machasturmam ab urbe Cremona decem millia passuum cum fratribus & cognatis obtruncat. Inde uero propere antequam res in urbe sciret:cum aliquot militibus Cremonã properans occupata arce ac portis omnibus forum armato ĩgressus milite:quos uidet conatibus suis obstare posse:aut obtruncat:aut pellit. Obtinendæ autem tyrannidis causa nullum genus crudelitatis omittit. Erant tum quoq; in armis mediolanenses prĩcipes ne dicas eorum opera tyrannos opprimi potuisse : instante præsertim Gutecaldo Genuæ præfecto regis gallorum nomine:qui tum redigere Mediolanum ĩ potestatem regis conabatur. Contra uero Fazino Cane ægregio tum copiarum duce : retinere Ioannem Mariã in dominatu paterno conante. Otto quoq; tertius parmensis dominus:ad colloquium spe cõponendæ pacis cum Nicolao estensi pellectus. ad Ruberam(id castelli nomen est)obtruncatur. Cuius quidem cædis:Sfortia Cotignola iubente Nicolao auctor habitus est. Mortuo autem Ottone Rhegio statim & Parma dedentibus sponte ciuibus(qui aderãt)Ottonis nomẽ Nicolaus potitur. Ladislaus uero occupata Roma(ut antea dixi)accæptaq; in deditionẽ Perusia: quam tũ armis Bracchius uexabat in Hetrutiã hostili animo mouet:quæ certe industria & auspiciis Malatestæ pisaurẽsis ægregie defensa ẽ. Repulsus enĩ inde Ladislaus:in regnũ trepidus sese recæpit

maiore ꝓpe accepto q̃ illato hostibus incōmodo. Liberati aũt tãto hoste florẽtini ĩ pisanos conuersi post longam oppugnationem: Pisas tandem capiunt Tartalia Sfortia ducibus: anno domini millesimo quadringentesimo sexto.

GREGORIVS.XII.

GT uero dum scisma in ecclesia dei longius protraheretur cũ ꝑniciæ christiani nominis altero pontifice Romæ creato: altero Auenione principes Galliæ: duces scilicet Bituricẽsis: Burgundus: Aurelianus: qui tum ob ualitudinem regis Gallias gubernabant: calamitatem ecclesiæ tandem miserati: Auenionem ad Petrum Lunam: Benedictum decimum tertium appellatum perueniunt: hominéq; rogant: ut collabenti ecclesiæ tãdem consulat: etiam si abdicare se põtificatu necesse ẽet: quẽadmodum in conclaui se facturum ꝓmiserat iureiurando interposito: dum pontifex creatur. Spondent præterea alterum pontificem: qui tum Romæ crearet̃ post mortem Innocentii idem facturum. Ita enim inter hos principes & qui in Italia erant reip. christianæ amantissimi conuenerat: ut abrogatis duobus de põtificatu cõtendẽtibus: quorum alter gallicæ: alter italicæ factionis haberetur: unus aliquis postea deligeretur omnium nationum pater & pontifex. Respondet Benedictus se quidem grauiter deũ offensurum: si ecclesiam dei desereret: cui patronus & publicus pater cõsensu bonoꝝ: nõ furtim: sed publice ascriptus esset: nolle se in dubium ponere quod iustis suffragiis sibi demandatum fuerat. ꝙ dicerent sublato scismate: de concordia agendum esse: sibi admodũ placere: modo id in loco fieret libero: ne coactus quispiã potius quã sponte facere aliquid uideretur. Vnũ tamen se polliceri: idq; iureiurando affirmare: si aliter tolli scisma non posset: depositurum omnẽ pontificiam dignitatem: modo idẽ eodẽ tẽpore ab altero antipapa statim fieret. Prĩcipes itaq; cognita hominis uolũtate: cõsultare ĩter se cœperunt: quonã modo Benedictum in sententiã suã ꝑducerẽt: quoꝝ colloquia & consultationes Benedictus ueritus: põtificias ædes armis & cõmeatu optime muniuit: ĩ quibus aliquot mẽses obsessus: tãdem patis ad fugã triremibus: ꝑ Rhodanũ ĩ Cateloniam unde oriũdus erat adnauigauit. Sũt aũt qui scribãt principes gallos id molitos in Bened ctũ esse: ĩstãtibus cardinalibus gallicis: qui eũ oderãt: ꝙ alterius nationis esset & nõ gallicæ. Nam cũ post mortem Clementis de creando põtifice gallico inter eos non conueniret: hũc post longã altercationẽ crearunt: ut uirũ bonũ & reip. christianæ amãtissimũ: qui eos sepe admonuit: ut honeste ac sancte uiuerẽt: utq; a simoniaca prauitate cauerẽt: aliter se ĩ eos grauiter animaduersurũ. Huius itaq; mores ferre nequeuntes prĩcipes gallos in uirum optimũ & constantis uitæ cõcitasse. At uero cardinales qui post mortẽ Innocentii Romæ tum erãt: cognita trium prioꝝ pontificum ĩ tollẽdo scismate negligẽtia: cognitoq; etiã discrimine: ĩ quo respu. christiana ubiq; terraꝝ: maxime uero ĩ Gallia uersabatur: ĩ unũ cõuenientes cõclaui ad sanctũ Petrũ ĩ Vaticano habito: iurarunt singuli maximis execrationibus ĩterpositis: abdicaturos se statim põtificatu: si ei deligi ad tantũ magistratũ cõtigisset: hac cõditione tamẽ: ut id quoq; ab antipapa fieret. Venere aũt ĩ hãc sententiã: ut & gallicæ nationi satisfacerẽt: quæ ob ĩpotentiã creandi antipapæ cõsuetudinẽ introduxerat: a qua remoueri nõ sine ignominia uidebatur: nisi id quoq; ab italis fieret. Vtq; in sententiam Benedicti uenirent: qui hac una tatione non alia sanari ecclesiam posse dicebat. ꝙ si eis contigisset utrunque abrogari: unum uerum pontificẽ omniũ (qui tum erãt) cardinaliũ consensu creãdũ esse: cui oẽs reges & prĩcipes obtemperarẽt. Creatus itaq; Romæ anno. domini millesimo quadringentesimosexto pridie calẽdas nouẽbris Angelus Corarius uenetus tituli sancti Marci presbyter cardinalis: qui (ut dixi) Gregorius duodecimus appellatus est: statim qđ ante pontificatũ ꝓmiserat se facturũ scripto adhibitis etiã notariis & testibus confirmauit: suaq; manu scripta tabellionũ notauit. Cũ uero de eligendo loco quo sine discrimine uterq; uenire posset mentio haberet̃: neq; ea de re satis inter eos cõueniret: collusores & fidefragi ab utroq; cardinaliũ cõuentu sũt habiti: qui Pisas hic Roma: hic Auenione adnauigãtes uno cõsensu Gregoriũ & Benedictũ dignitate põtificia priuarũt: cõsentiẽtibus ĩ tam graue sententiã oĩbus nationibus præter Hispaniã citeriorẽ: regem Scotiæ:

& comitē Armeniaci:qui Benedicto fauebant. Inita deinde creandi noui pōtificis ratione:qui bene ac sancte sine ulla seditione ecclesiam dei gubernaret:uenere in hanc sententiam ut Alexandrum quintum crearent. Dum aūt Gregorius abesset:creādiq; Alexandri ratio haberetur:armis omnia Romæ circūsonabant. Ladislaus enim rex occupata Hostia pedestribus naualibusq; copiis adeo romanos incursionibus uexauit:ut inita pace honorifice postea in urbem receptus tāquā dominus: & magistratus mutauerit: & portas ac moenia pro arbitrio animi sui operibus & custodiis firmauerit. Verum superueniēte Paulo Vrsino ecclesiastico duce apud sanctum Iacobū in septimiano acerrime pugnatum ē:multis utrinq; desideratis. In transtyberi nāq; rex suos tum continebat:arbitratus se illo in loco tutiorē esse ob nauales copias:quas Hostia Romā subuexerat. Is uero deinceps cedens potius q̄ fugiens ursinæ factioni:quæ in dies magis magisq; augebat:Neapolim ꝓficiscitur. Debilitata præsertim factione sua ob superatos ante īgressum suū colūnenses:Ioanne colūna:Baptista sabello:Iacobo ursino:Nicolao columna ducibus:qui occupata sancti Laurentii porta:urbem iā ingressi erāt. Veꝝ superueniente Paulo Vrsino:superati(ut dixi)& capti magna ex parte fuerāt. Ex his capitali supplicio duo affecti sūt:quorum alter Galeottus normannus eques insignis: alter uero Ricardus sanguineus est habitus:e familia nobili ac uetusta originem ducens. Reliqui uero incolumes dimissi fuerant:hac tamē cōditione ne amplius Ladislai auspiciis militarent. His autem perturbationibus:adeo Romæ annonæ caritas inualuit:ut mēsura tritici(quam rubium uocant)florenis decem & octo uenderetur: propter abacta pecora & rusticos partim captos:partim necatos:ut in bello fieri consueuit.

¶ ALEXANDER. V.

ALEXANDER Quintus natione cretēsis:Petrus antea uocatus:ordinis minoꝝ frater:archiepiscopus mediolanēsis:uir doctrina & sanctitate uitæ præclarus:omniū cardinaliū cōsensu:qui tum ī cōcilio pisano erāt pōtifex creat. Hāc ob rē Gregorius ī Austriæ ciuitatē ꝓfectus quasi ꝓfugus de cōcilio generali mentionē fecit. Verū cū eo in loco nequaquā se tutū arbitraretur:Ariminū ꝓfectus a Carolo malatesta perbenigne & splēdide est habitus. Benedictus aūt post habitū ī Perpiniano cōciliū:quo tutior esset ad castellū Panischolæ locū munitissimū cōfugit;ubi diutius īmoratus. Vterq; aūt licet in pisano cōcilio exauctorati essent:tanquā ueri pōtifices cardinales crearūt:maxime uero Gregorius:qui dū Lucæ esset de cōsensu cardinaliū:qui non dū ab eo discesserāt Gabrielē Cōdelmariū cardinalē creat:qui postea ī pōtificē electus: Eugenius quartus appellatus ē. Ad Alexandrū redeo:uiꝝ in omni uita & ætate præstātem. Hic enī ab adolescentia ordinē minoꝝ īgressus:adeo Parisius liberalibus studiis theologicæq; disciplinæ uacauit:ut breui & publicā scholā habuerit:& ī libros sententiaꝝ docte & acute scripserit. Magnus quoq; orator: magnus prædicator est habitus. Hāc ob rē a Ioanne Galeatio duce mediolanēsi accitus primū locū ī consultationibus suis habuit. Creatur deinde rogatu Galeatii uincentinus episcopus:postea nouariensis mutato loco:postremo præsul mediolanēsis factus:ab Innocentio septimo cardinalis basilicæ duodecim apostoloꝝ creatur:quo quidē gradu pōtificiam dignitatē adeptus: merito Alexādri nomē cōsecutus ē:cū & liberalitate & magnitudine animi: cū quouis optimo principe cōferri posset. Adeo enī munificus erat in pauperes & uiros sua benignitate dignos:ut breui nil sibi reliquerit. Vnde per iocū dicere interdū solebat:se diuitem episcopū fuisse:pauperē cardinalē:mendicū pōtificē. In eo enim defuit illa habēdi cupiditas:que una cū re & ætate accrescit simul. Sed hoc uitiū cadere ī uiros bonos & rerum humanaꝝ cōtemptores nō potest: qui quo magis cōsenescūt:eo minus uiatici īdigere se cognoscūt: & ob hāc rem cupiditates sedant:refrænāt auariciam: ac cæteras animi labes expellūt. Tanti præterea animi Alexāder fuit:ut Ladislaū regē tum potentissimū:qui ditionē ecclesiæ pontificibus absentibus diu multūq; uexauerat:oppidaq; aliquot ui occupauerat:ī cōcilio pisano approbātibus qui tū aderāt regno priuauerit: iusq; illud Lodouico Andegauiæ duci cōpetere declarauerit. Soluto aūt cōcilio pisano pōtifex Bononiā ꝓficiscit:cui ciuitati tū præerat Baldesar Cossa sancti Eustachii car-

dinalis:quem Alexander in legatione cõfirmauit:q eius industria ac præsidiis pisanũ
concilium habitũ fuisset:q etiá uir erat:qui percõmode tyrannis ac rem ecclesiasticam
occupare conátibus:obici quouis tépore posset.In hoíe tamé plus ferociæ:plusq au-
daciæ & sæcularitatis(ut ita dicam)erat:q̃ eius professio requirebat.Militaris prope ha-
bebat eius uita:militares mores:adeo ut multa etiá quæ loqui fas nõ é:sibi licere arbi-
traret.Cum uero Alexáder grauiter ægrotare cœpisset:nosset q morté prope instare:
cardinales ad se uenientes ad concordiam:ad pacé:ad tuendá ecclesiæ dignitaté adhor-
tatur.Testatus præterea est per eam morté quam ante oculos se cõtinuo cernere dice-
bat:nec reformidare cõscientia bene actæ uitæ motus:se existimare & credere quæ in
concilio pisano decreta fuissent.recte atq ítegre facta esse omnia:sine dolo malo frau-
deue.Cũ hæc dixisset:lachrymátibus omnibus qui aderát:illud saluatoris uerbũ ægre
proferens.Pacem meá do uobis:pacem meá relinquo nobis:statim morit põtificatus
sui mése octauo:sepelitur q Bononiæ í ecclesia fratrũ minorũ.Laboratũ est autem hoc
anno fame ac peste.

IOANNES.XXIII.

IOANNES Vigesimustertius patria neapolitanus & nobilis:Baldesar cogno
méto Cossa antea uocatus:Bononiæ omniũ cõsensu pontifex creatur. Sũt
aũt qui scribát id factũ uioléter esse:q & legatus Bononiensis esset:& arma-
tos milites tum in urbe:tum in agris ꝓ statione habuerat:ut si precario id obtinere nõ
posset:minis & armis tandem cõsequeret.Vtcũq é cõstat eũ pontificé creatũ fuisse ad
eáq dignitaté semper aspirasse.Ná cũ adolescens esset:ac Bononiæ aliquot annis iuri ci
uili operã dedisset:assumpto(ut nũc fit)doctrinæ gradu:Romã iter instituit.Interroga-
tus aũt ab amicis quo ꝓficisceret:ad pontificatũ respõdit.Romá itaq ueniés:a Bonifa-
cio nono í cubiculũ secretũ recipitur.Creatus deinde sancti Eustachii cardinalis:lega-
tus e latere Bononiá mittit:quá breui cõducto milite una cũ magna Flamminiæ par-
te potestatem ecclesiæ redægit:pulsis quibusdá tyrannis:aliisq extremo supplicio affe-
ctis.Verum post noué annos cũ longa pace ciuitatem Bononiensem mirũmmodum
auxisset:grandeq pecuniam sibi cõparasset:mortuo Alexandro largitione usus:maxi-
me uero erga cardinales a Gregorio creatos pauperes adhuc pontifex creatur:quo fa-
cto oratores statim ad electores imperii misit:eos oratũ:ut Sigismundũ Lucimburgũ
Vngariæ & Boemiæ regem imperatoré crearét:uirum strenuum(ut ipse dicebat) & ad
omnia fortiter agenda promptissimũ.Hac ení ratione hominis gratiá aucupabat.Vbi
uero hoc ei ex sententia accidit:cũ in cõuentu pisano cõstitutũ esset:ut ad certũ tépus
cõciliũ haberet:ne alibi tráfferret celebraturũ se id Romæ prædixit:& quo liberius eo
proficisci oíbus liceret;pacare Italiá conatus est:maxime uero Cisalpiná:in qua bellum
in dies magis magisq crescebat;Fazino cane discordias suscitáte:q mercenarios milites
retinere sine bello apud se nequaquá poterat.Eos ení rapinis direptionibus urbiũ pa-
scere consueuerat.Forte tum accidit ut papienses(quos Philippus ob tenellam adhuc
ætaté retinere í officio nõ poterat)studio partium cõcitati ad arma cõcurrerét:hinc gi-
bellini Beccaria familia duce:Fazinũ cũ exercitu í urbem introduxere:pacti fortunas
guelphorũ.Verũ is cũ armato milite ingressus:neutri in diripiendis fortunis pepercit.
Querentibus aũt gibellinis:sua quoq bona cõtra datá fidé diripi:respõdit ac ægregie
quidem:gibellinos saluos fore:eorũ uero bona q guelpha essent militibus se í prædam
cõcessurũ:deridés utriusq factionis stulticiá & cupiditaté.Inde uero abiés:relicto í por
tis & in arce firmo præsidio:tutelá Philippi donec adoleuisset præ se ferens:cõtra Pan-
dulphũ Malatestá ducés brixianos:& bergomates ícursionibus rapinis uexat:neca cre
monésibus quidem abstinuit:quibus tũ Cabrinus Fũdulus íperitabat.Dũ hæc aũt in
Brixiano agerét:Vngariæ rex iturus(ut ipse prædicabat)Romá libero itinere ad acci-
piédá íperii coroná duodecim millia equitũ:peditũ octo í uenetos mittés:capto primo
ípetu Foroliuio:Taruisiũ oppugnat.Huic uero táto exercitui ueneti Carolũ Malate-
stá obiciũt:qui cõtádo magis q̃ dimicádo exultátem uictoria hosté remoraret.Parum

etiã abfuit q̃n ueneti eodẽ ãno Veronã ꝓditiõe quorũdã ciuiũ amitterẽt:ad rapinã magis q̃ adlibertatẽ ſpectãtiũ. De nocẽtibus pœna ſũpta:ac ſtati ſedata ſũt oĩa. Mortuo aũt eodẽ anno Fazino Cane:cõiurati quidã Ioãnem Mariam Mediolani ducẽ interficientes:Bernabouis filios & nepotes ĩ urbẽ recipiũt. Tũ uero Philippus pſuadẽtibus amicis:Beatricẽ uiduã ob Fazini mortẽ ditiſſimã:& cuius auctoritate qui ſub marito militauerãt admodũ mouebanť:duxit uxorem. Qua ex re & ciuitates omnes quæ Fazino paruerãt:ſtatim ĩ deditionẽ accæpit:& Carmignolã:Siccũq; Mõtagnanũ:qui legionem mortuo Fazino p ſeditionẽ diuiſerãt:in ſuã militiã pſuadẽte Beatrice ptraxit: quibus ducibus Philippus poſtea uſus:Aſturgiũ Bernabouis filiũ Mediolano pellens: ĩ expugnatiõe Modoeciæ ĩterficit. Agebãtur hæc ĩ Inſubria:cũ Ioãnes Frãciſcus Gõzaga Frãciſci iam mortui filius cũ ſatis iuſto equitũ peditũq; numero:Bononiã præſidii cauſa proficiſciť:mãdato Ioãnis põtificis:cuius auſpiciis tũ militabat. Nã Malateſta ariminẽſis Ladiſlai regis mercenarius:urbẽ ipſã graui bello tũ premebat. Is itaq; adiuuantibus bononiẽſibus: grauia aliquot prælia cũ hoſtibus fecit:qbus ſuperior factus:urbẽ acerrime tutatus ẽ. Sequẽti uero hyeme Ioãnes põtifex a Ladiſlao bello uexatus:Roma Florẽtiã:atq; ĩde Bononiã ueniẽs:haud ita multo poſt Mãtuã ꝓficiſciť:ubi ſplẽdide ac magnifice a Ioãna Franciſco Gonzaga ſuſcæptus ẽ. Quẽ inde abiens cũ magna parte copiaꝝ Laudam põpeianã(quo uenturũ Vngariæ regem ſciebat)ſecũ ducit. Multũ enim huic pricipi fidebat cuius fidẽ & integritatẽ bonomenſi bello optime notat:q̃uis pollicitationibus & donis ĩ partes regias a malateſta ſolicitareť. Cũ itaq; põtifex ac rex haud quaq̃ ſe tutos Laudæ arbitrarentur:Ioãnem Franciſcũ Mantuam(quo ſe uelle ire dicebãt)ad parandos cõmeatus:diſponẽdãq; urbẽ:qua recipi cõmode tãta multitudo poſſet, ꝓpere mittunt:qui breui paratis rebus oĩbus Cremonã(quo iam ꝑueniſſe pontificem ac regẽ intellexerat)redut. Hos aũt inde Mantuam abducẽs:populo omni fere obuiam effuſo, opinionẽ omniũ benignitate & gratia ſuperauit. His uero cõuentibus:qui Laudæ Cremonæ Mãtuæ fũt habiti. de pellẽdo ex Latio: Vmbria:Hetruria Ladiſlao. q Romã & multa eccleſiæ oppida occupauerat ẽ actũ: Videbãt u Italiã ĩcẽdus belloꝝ aliter liberari nõ poſſe:de ĩpenſa bellica nõ Mãtuæ ſed Bononiæ(cũ eo ueniſſent)agendũ cenſuere. Veꝝ maior eos cura inceſſit. Ad conciliũ nãq; Ioannes omniũ nationũ conſenſu citatus:ad tollẽdum ſciſma:duos cardinales ſtatim in Germaniã miſit. qui una cũ pricipibus gallicæ & germanicæ nationis locũ cõcilio idoneũ deligerẽt. Cõſtantia maguntinæ ꝓuinciæ ciuitas ad id potiſſimũ idonea eſt uiſa. Eo itaq; ad certam diem ex ĩſtituto ꝓficiſcuntur oẽs: ꝓficiſciť & Ioãnes põtifex:admonentibus tamẽ quibuſdã ne ĩd faceret: q uererentur:ne cũ põtifex accederet:priuatus reuerteretur:quod etiam cõtigit. Eo nãq; ꝓficiſcẽs cũ uiris qbuſdã ĩ oĩ genere doctrinæ præſtãtibus: diu multũq; germanos diſputationibus ĩcertos & ambiguos tenuit:quid potiſſimũ decernerẽt. Verũ ſupueniente Sigiſmũdo:factaq; omnibus dicendi qđ liberet poteſtate:multa crimina & quidem grauiſſima pontifici obiecta ſunt:quorũ cauſa mutato habitu familiaq; Cõſtantia clanculũ Scaphuſã ſe cõtulit: ueritus nequid grauius in ſe conſulereť. Erat Scaphuſa Foederici Auſtriæ ducis ciuitas quo etiã pleriq; cardinales a ſe creati fuga ꝑuenere. Verum his poſtea cõcilii auctoritate reuocatis: Ioannes Scaphuſa Friburgũ confugit:iturus inde ſi tuto fieri poſſet ad Burgũdiæ ducẽ. Sed curante concilio Ioannes capitur:& in inſula ſancti Marci ꝓpe Conſtantiam in carcerem conicitur:pontificatus ſui anno quarto:menſe decimo. Cauſam fugæ diſquirere conciliũ tum coepit:certoſq; iudices uiros grauiſſimos & doctiſſimos delegit:qui crimina Ioanni obiecta diſcuterent:eadẽq; ex ordine referrent. Ad quadraginta capitula & eo amplius cõtra hominẽ ꝓbata ſunt:quoꝝ aliqua cũ in eo minime imutari poſſent(adeo erãt inueterata) cõtra fidẽ iudicata ſũt:aliqua uero chriſtianis omnibus(ſi non dãnareng)ſcandalum paritura. Venientibus itaq; omnibus in eandẽ ſententiã:Ioannes merito e põtificatu deiæctus ſententiam in ſe latam comprobat. Quo facto ſtatim ad Lodouicum bauarum: qui cum Gregorio duodecimo ſentiebat cuſtodiendus mittiť:donec aliud decernereť. In Haldeberga caſtello munitiſſimo triennio ſine ullo cubiculario famulóue italico

diligenter asseruatus est. Teutonici erant custodes omnes: quibus cũ Ioannes nutu &
signis loquebatur: cum nec ipse linguá teutonicam: nec illi uicissim italicá sciret. Ab-
rogatum Ioanni pontificatum ab his tantummodo: qui cum eo antea senserant ferũt.
Nondũ enim qui cũ Gregorio & Benedicto sentiebant conuenerant. Ii igitur ut abro-
gationem a se factam ueram & íntegram iudicarent: omnes synodicum decretum pro-
mulgarunt: quo affirmabát concilium generale legitime congregatum: habere statim
a christo potestatem. Hoc quidem fundamento concesso: ipsum etiá pontificem conci
lio subiciebát. Quare Gregorio necesse fuit: suadéte etiá imperatore Sigismũdo: unũ
aliquẽ ad conciliũ mittere: cũ ipse proficisci recusaret: qui suo nomine concilii senten-
tiam approbaret. Missus itaq; Carolus Malatesta uir certe insignis: cum uideret omnes
in hanc sententiam uenire: ut Gregorius quoq; põtificatu se abdicaret: in publicũ pro-
diens: ac in sede Gregorii non aliter extructa ac si ipse adesset collocatus: plecta renũ-
ciandi facultate: Gregoriũ pontificatu abdicat: quẽ statim conuentus omnis pro tam
libera abdicatione: agri piceni legatum creat. Is itaq; non multo post Recaneti morit
dolore animi (ut aiunt) propter subitam abrogationem ante constitutũ tẽpus a Caro-
lo factam. In longum enim rem protrahi uolebat: in mora spem aliquam ponens. Mor-
tuus igitur ante Martini pontificatũ in recanetensi ecclesia sepelitur. Sublatis duobus
põtificibus: tertius in quo abrogando maior difficultas ĩerat restabat: Petrus Luna Be
nedictus tertiusdecimus (ut antea dixi) uocatus. Vt aũt is etiá nolẽs abdicare se magi-
stratu cogeret: Sigismundus imperator una cũ oratoribus cõcilii ad Franciæ & Angliæ
reges peruenit: eosq; adhortatus ẽ: ut ꝓ salute christiani noĩs iam ob scisma periclitan-
tis in abrogando Benedicto: sublatis aliis duobus: eius sequerétur sententiam. Grato
aũt respõso accepto: inde Narbonam properat ad Ferdinandũ aragonũ regem: cuius
populi magna ex parte Benedicto obtemperabant: quo cũ ĩter alia capitula hoc pactus
est: ut Benedictũ rationibus moueret ea facere quæ Gregorius & Ioannes ĩ cõcilio cõ-
stantiensi ægissent. Id uero si facere recusaret: populos cogeret ab eo ad concilium Cõ
státiense deficere. Benedictus aũt in castello Panischolæ loco munitissimo se cõtinẽs:
moueri ꝑsuasionibus e sententia sua nõ poterat: q̃ diceret & se uerum christi uicarium
esse: & Cõstantiá non esse locum libertati ecclesiasticæ conuenientem: cũ Ioannes ui-
gesimustertius ab his etiá abdicare se pontificatu coactus fuerat: qui partes suas antea
sequebant. Tum uero prĩcipes Hispaniæ cernentes pertinaciá Benedicti: concilii opini
onem secuti: in reliquoꝝ sententiá uenere. Gerebant res in concilio quinq; nationum
suffragiis: italica: gallica: germanica: hispanica: & anglica. Quicquid uero harũ nationũ
suffragiis decernebat: id ita ratũ erat: atq; ꝑ præconẽ aut ꝑ notariũ publicũ ꝑ curia enũ
ciabat: si oĩum cõsensu postea confirmatũ fuisset. Qua quidem auctoritate Benedictus
discussa aliquádiu re: pontificatu tandem priuatur: absentibus reiectisq; nationibus:
quæ cum eo sentiebant: maxime uero scotis & comite Armeniaci. In eodem quoq; cõ-
cilio condẽnata est Ioannis Viglef hæresis: & duo ex sectatoribus eius cõbusti sũt: Ioan
nes Hus: & Hieronymus eius discipulus: tanq̃ hæresiarchæ: q̃ inter cæteros errores di-
cerent ecclesiasticos ad imitationem christi pauperes esse debere: cum ex tanta rerum
copia & luxu populi omnes scandalizarent. Rebus autem hoc modo compositis: cum
de restituenda ecclesia: emendandisq; moribus clericorum mentio haberetur: fieri id
non posse existimarunt uacante sede. Vnde de eligẽdo nouo põtifice sermo ẽ habitus:
quo decreta cõcilii maiorẽ deĩceps auctoritatẽ haberẽt. Cũ igit hac de re uerbũ habe-
ret: placuit ex unaquaq; natione uiros sex deligi: & quidẽ probatos: qui una cum cardi-
nalibus conclaue ingressi pontificem deligerent. Anno igitur millesimo quadringen-
tesimo decimoseptimo: sexto idus nouembris cõclaue ĩgressi. cõsentientibus cardinali-
bus duobus & triginta: nationibusq; omnibus: præter omnium spem & opinionẽ: cũ
iam quadriennio uero põtifice caruisset ecclesia: multiq; scismatici tum interessent: ter
tio idus nouembris: in celebritate beati Martini hora tertia O[illegible]o Columna romanus
princeps: sancti Georgii ad Vellus aureũ diaconus cardinalis põtifex creat: tãta oĩum
læticia: ut præ gaudio loqui uix homines possent. Effusus nimio gaudio imperator:

nullo habito dignitatis suæ discrimine:cõclaue ingressus:& gratias omnibus ægit:qui
tantũ uirum & tam necessariũ reip.christianæ prope extinctæ delegissent:& ante pon-
tificem prostratus : cum sũma ueneratione eius pedes exosculatus est:quem cõtra põ-
tifex amplexus:nõ secus ac fratrẽ in precio habuit:eiq; gratias ægit:q̃ sua opera & idu-
stria pax tandem ecclesiæ dei reddita esset . Vocari autem Martinus uoluit : q̃ ea ele-
ctio in Martini celebritate habita fuisset.Interim uero dum hæc Constantiæ agerent:
mortuo etiã Ladislao cõtra florẽtinos ꝓficiscẽte:Romæ ad arma & libertatẽ cõclama
tum est.Cogitur a populo Petrus Mattheucii.etiam nolens gubernacula reipu. suscipe
re:qui postea magistratu se abdicauit:cum intellexisset legatum a Ioanne pontifice iam
antea designatũ:paulo post affuturũ cum senatore ciue bononiensi:qui urbẽ igressi
& Paulum Palonũ:& Ioannem Cincium seditiosos ciues capitali supplicio affecere.Se
quenti uero anno Brachius Montonius Romã cũ exercitu ueniens urbe potitus:oppu
gnare arcem sancti Angeli adhortus est : quæ firmo Ioannæ reginæ præsidio defen-
debatur.Nã Ioanna Ladislao fratri in regnũ successerat.Verũ superueniẽte Sfortia mi-
litum reginæ duce:nõ solum Brachium ab oppugnanda arce dimouit:sed etiam homĩ
nem pugnantẽ continuo ab urbe expulit romanis in neutram partem inclinãtibus . In
ea pugna occiditur Ioannes Columna a milite : qui olim cum Paulo Vrsino militaue-
rat:quem Lodouicus Colũna cũ Brachio militans in agro fulginati interfecerat . Erat
autẽ militi ĩ animo Lodouicum obtruncare ulciscendæ Pauli necis causa:sed Ioannes
Lodouicum defensurus innocens moritur.Dum autem Roma hoc modo fluctaret :
in uarias partes declinãs:creato Martino:spem aliquã exoptatæ quietis tandẽ cõcæpit.

¶MARTINVS.V.

MARTINVS Quĩtus patria romanus:Otto cognomẽto Columna prius uo-
catus:non magis suo q̃ ecclesiæ iam labentis tempore pontifex in concilio
creatur:nationum omniũ & cardinalium consensu.Is enim a teneris annis
cura parentum moribus & litteris imbutus:ubi adoleuisset:iuri põtificio Perusii ope-
ram dedit:unde ad urbem rediens:ob integritatẽ & doctrinã Vrbani sexti referendari-
us factus est:quod munus tanta cũ humanitate:iusticia:& mãsuetudine gessit:ut diaco
nus cardinalis ab Innocentio septimo creatus sit.Nec ob eã quidem rem a natura sua
discessit.Humanior enim q̃ antea factus patrocinium suum omnibus præstabat:ita ta
men ut in rebus publicis non multum se immiserat.Nam cum in conuentu constanti
ensi multæ in utrãq; partem altercationes haberent propter diuersa factionum studia:
ipse medium quoddam tenuit: quo in alterutram partem inclinare nullo modo uide-
batur:communi utilitati semper consulens.Hãc ob rem & imperatori:& cardinalibus:
ac deniq; omnibus gratus põtifex creat:quo ĩ magistratu nõ somno & ocio: sed nego-
cio & solicitudini deditus:audire:refellere:approbare:suadere:dissuadere:hortari:deter
rere accedentes ad sedẽ apostolicam cõsueuerat:cognita petentiũ honestate: uel secus .
Mira enim utebatur facilitate:& honesta petentes a se uon compotes dimittebat.In cõ
sultationibus aũt miræ prudentiæ uir est habitus.Nam & quid agẽdũ:& quid uitandũ
esset:statim re ꝓposita acutissime diiudicabat.Breuis ĩ dicẽdo:cautior ĩ agẽdo adeo:ut
prius rẽ factã cernerẽt hoĩes:q̃ ab eo excogitatam putarẽt.Eius aũt sermo plenus sentẽ
tiis erat.Ex ore eius nullũ uerbũ tã crebro q̃ iusticiæ nomẽ ꝓdibat.ad suos p̃sæpe cõuer
sus:maxime ad eos qui ꝓuincias & ciuitates gubernabãt:his uerbis utebat.Diligite iu
sticiam qui iudicatis terrã.Indigebat tũ profecto tali pontifice ecclesia dei : qui nauicu-
lã Petri scismatis & seditionũ omniũ fluctibus quassam:redigere ĩ portũ salutis guber-
naculo admotus sciret & posset.Adeptus itaq; tãtũ magistratũ:cũ restare adhuc caput
renascẽtis hydriæ cerneret:Benedictũ Lunã cũ aliquot cardinalibus & prælatis : Pen-
insulæ tanq̃ in arce scismatis se continentem:quibusdam Aragoniæ populis in utram
ptẽ ĩclinarẽt adhuc titubãtibus:approbãte cõcilio alamãnũ Ademariũ uiꝝ doctissimũ
& cuius sepulchrũ ĩ sãcta Maria noua adhuc cernimus:patria florẽtinũ:sancti Eusebii
presbyteꝝ cardinalẽ:legatũ e latere suo ĩ Aragoniam mittit : qui sub pœnis & censura

ecclesiastica Petrum admoneret:ut se pontificatu abdicaret. Cardinales autem qui cū
Petro sentiebant intelligentes ultimam concilii & pōtificis sententiam:Petrum ipsum
adeunt rogantq;:ut de ecclesia dei tandem omne scisma tollat:quo iā multis ānis chri-
stiana respublica magnis calamitatibus afflictata erat. Id autem ob salutem labentis ec-
clesiæ a Gregorio & Ioanne factum esse. Respondet Petrus cauillationibus quibusdā:
id sibi nequaquā integrum esse:sibi aūt cum Martino conuenturū: si uera essent quæ
de hominis integritate & humanitate dicerentur:sinerent sibi id negocii:nec amplius
ea de re soliciti essent. Ex quattuor uero cardinalibus duo pertinaciam hominis inspi-
cientes:ab eo ad Martinum statim defecere. Qui aūt in fide māsere:anticardinales fūt
habiti:quorum alter cartusiensis fuit:alter uero Iulianus dobla appellatus est. Martini
quoq; auctoritatem Hispania omnis statim secuta est. Idem fecere non multo post &
scoti & armeniaci. Atq; ita oīs respublica christiana una duntaxat Peninsula excepta:
Martini auctoritatem secuta est. Composita aūt ex sententia tanta re principum oīum
ecclesiasticoꝝ & secularium:maxime uero Sigismūdi imperatoris labore & industria:
de componendis moribus nimia licentia iam labefactatis:tam laicorum quam clerico
rum menno haberi cæpta est. Verum quia quadriennio constantiense concilium iam
durauerat:cum magno prælatorum & ecclesiarum incōmodo:Martino placuit appro-
bante concilio:rem tantam in aliud tempus magis idoneum transferre: Dicebat enim
rem ipsam maturitate & concilio indigere:quia ex Hieronymi sententia:unaqueq; pro-
uincia suos habet mores:suos sensus:qui tolli sine perturbatione rerum subito nō pos-
sunt. Verum quia scisma ex parua re antea ortū fuerat:diutiusq; cū magna calamitate
christianæ reipublicæ durauerat:de celebrandis conciliis talem sententiam promulga-
uit. maxime uero ubi intellexit Ioannem uigesimumtertium e custodia lapsum aufugis-
se. Verebatur enim ne rursum aliud concilium inchoaretur. Eius autem sententia &
decretum tale fuit:ut a fine concilii constantiensis non nisi ad quinquenniū usq; conci
lium denuo celebraretur:utq; a quinquennali in septennium aliud trāsferretur:ab hoc
uero in decennium res protracta legis haberet locum:ut singulis quibusque decenniis
generale concilium idoneo haberetur in loco:ubi de rebus omnibus ad fidem & rem-
publicam christianam pertinentibus menno fieret. Ad hanc autem institutionem ap-
probandam patentibus litteris(quas bullas uocant)comprobari Martinus rem uoluit:
in eius sententiam concilio ueniente. Omnia autem decreta ante pontificatum suū in
scismate facta:nisi ad fidem & bonos mores pertinerent:omnino sustulit. Vt uero oēs
intelligerent sibi in animo esse concilium habere:locum ad id aptum publico concilio
disquirit:ac tandem approbantibus omnibus Papiam q̄ idoneum habendi concilii lo-
cum decernit. litterasq; apostolicas in hanc fere sentētiam super ea re ædidit. Martinus
episcopus seruus seruorum dei: ad futuram rei memoriam:cupientes ac etiam uolētes
huiusce generalis cōcilii decreto satisfacere:concilio approbante & consentiente:cū de
loco ambigeretur:Papiam urbem auctoritate nostrarum litterarum designamus. Nulli
ergo hominum liceat huius nostri decreti paginam infringere. Siquis autem hoc at-
tentare præsumpserit omnipotentis dei iram:beatorūq; Petri & Pauli apostoloꝝ eius
se noscat incursurum. Datū & actū Constantiæ in loco publicæ sessionis tanti concilii
xiii. calēdas maii:pontificatus nostri anno primo. Præterea uero dissoluendi cōcilii cu-
pidus:anno domini millesimo quadringentesimo decimooctauo: conuentum habuit
publica sessione:quo sublato cōsensu oīum:maxīe uero imparatoris:hæc uerba mādante
pōtifice ab Ibaldo sācti Viti ī Marcello diacono cardinali audiētibus oībus enunciata
sūt. Domini ite ī pace. Abeūdi itaq; oībus potestas facta ē. Cū aūt pōtifex hīc ab īpera-
tore & germanis rogaret:ut ī Germania aliquādiu remaneret hīc a pricipibus gallicis:
ut ī Galliā pficisceret:ostēdit sibi id nequaquā ītegrū eē:q; diceret patrimoniū ecclesiæ
absēte pōtifice a tyrānis q̄bus ī Italia occupatū distrahi:& lacerari:urbēq; Romā religi-
onis christianæ caput:cū rectore suo careret:pene ad īteritū redactū eē:peste:fame:fer-
ro:igne:seditōibus: De basilicis uero ac sāctoꝝ martyꝝ sacellis nolle dicere: que absēte
pōtifice aut iā corruerēt:aut paulo post collapsuræ uiderent. Proinde sibi abeūdū esse

dicebat. Ferrent æquo animo quod uellent ratio & necessitas: paterenturq; eũ sedere ĩ
solio Petri: quem pontificem omnium consensu decreuerant. Ecclesiam romanam ca-
put esse & matrem omnium ecclesiarum: proinde in ea immorandum pontifici esse: ne
uerus gubernator a puppi ad proram transferatur: cum magno nauigantium (hoc est ĩ
christiana republica uiuentium) periculo & detrimento. Abiens itaque Cõstantia: ac p
sabaudiá iter faciens: dum Italiam petit: Mediolanũ peruenit: ubi a Philippo duce po-
puloque mediolanẽsi nullo non genere honoris adhibito: perbenigne suscipitur. Erat
tum quidem Philippus ĩ armis: dinonem paternam repetens: defendentibos se acriter
tyrannis: qui gustata semel imperandi uoluptate: nõ ita facile de possessione pellebant.
Vrgebat tum Carmignola primus Philippi copiarum dux Pandulphum Malatestam:
qui capto Bergomo: prodente arcem præfecto. pecunia & pollicitationibus corrupto
in brixianos mouens: eum omni dominatu breui spoliasset. nisi a uenetis ingenti pecu-
nia ac firmissimo equitatu esset adiutus: & a Martino pontifice: qui auctoritate & gra-
tia Philippum ad pacem cum Pandulpho Malatesta ineundam perpulit: quæ postea
Mantuæ Martino eo accedente Ioanne Francisco sequestro adhibito: his legibus com
posita est. ut Pandulphus persoluto quottannis tributo: tã diu Brixia potiretur: quoad
ei uiuere liceret: nulla ĩ testãdo de ciuitate: quæ merito ad Philippũ de uolueretur reli-
cta potestate. Hãc uero pacẽ sequẽti anno Pandulphus disturbauit: annixus pecuniis &
milite retinere Cabrinũ Fondulũ ĩ urbe Cremona: quẽ armis Philippus cõtinuo uexa
bat: ciuitatem paternæ ditionis tot annis a tyranno possessam repetens. Erat tamen fa
ma Pandulphum urbẽ ipsã a Cabrino emisse: Salodii riperiam (ita ripam Benaci uocãt)
in precium pollicitus. Ab hoc autem bello Ioannes Franciscus deterrere hominẽ ob af
finitatem conatus est: missis legatis qui eum admonerent contra ius fasque agere: q
fœdera sperneret: q tyrannum tutaretur: q cõtra eum arma sumeret: a quo dominatu
brixiano donatus fuerat. Non esse contemnendum auctoritatem Martini: de sua nolle
dicere cuius auctoritate pax erat cõposita: si hominum auctoritatem contemneret: de-
um saltem inspiceret: quem testem uiolati ab eo fœderis: dũ pax fieret inuocauerant.
Abiens aũt Mantua pontifex quarto post accessum mense; Ferraria ac per Flãminiam
iter faciens: Florentiam peruenit: uitata de industria Bononia: que posteaquã intellexe-
rat Baldesarem Cossam coactum esse abdicare se pontificatu: pulsis ecclesiæ magistra-
tibus: in libertatem se uindicauerat. Instat tum acriter Carmignola iubente Philippo: q
suo iure ducere exercitum ĩ Pandulphum posset: atq; breui capta magna brixiani agri
parte: ad Montemclarum castra locat: cum Lodouico Meliorato Innocẽtii septimi ne-
pote certaturus: qui aduentare cũ magno equitatu in auxiliũ Pãdulphi dicebatur. Affi
nes nãq; erant: & id Lodouicus necessitudini tribuebat. Conserto itaq; prælio: ac Lo-
douico turpiter fugato: Carmignola haud ita multo post Brixiam ĩ potestatem Philip-
pi redægit. Potitur & breui Cremona Philippus: ac Cabrinum tyrannum ad Castellio-
nem captum: capi tali supplicio afficit. Hoc tãto Philippi successu Nicolaus estẽsis mo-
tus: sponte facturus id ad quod armis cogi potuisset: Mediolanum ꝓfectus: Parmã (quã
mortuo Ottone tertio occupauerat) Philippo reddidit: retento Rhegio Martini ponti-
ficis rogatu pheudi nomine. Profectus & eo Ioãnes Franciscus mantuanus prĩceps Phi
lippo gratulatũ ꝓ re bene gesta: cũ minus comi fronte inspiceretur: cũq; ĩtelligeret Phi
lippo in animo esse quicquid de cremonensibus & brixianis teneret: iure suo repetere
ꝓpere Mediolano abiens: uenetorum deinceps & florentinorum amicitiam ac socie-
tatem secutus est. Ii enim duo populi sibi timentes: unũquẽq; in partes suas blanditiis
& pollicitationibus alliciebãt: q Philippus regnandi cupidus: ruptis legibus initi foe-
deris: & ultra Macram Sarsanam oppidum lunensis agri Thome Fregosio dedisset:
quem e principatu ui & armis deiæcerat: ne cum genuensibus exulibus quicquam ad-
uersus se moliret: & bononienses florentini populi socios ad defectionem concitasset:
eorumque milites stipendio conduxisset: & forum Liuii nunc ob Tebaldi pueri tenel-
lam ætatem: nunc ob ferrariensis principis gratiam (ut crebro dicebat) occupasset: cũ
fœderibus cautum esset: ne Philippus Bononiam & Flamminiam armis attingeret.

Verebantur item ne trium simul potentissimoꝝ principum: Philippi: Martini pontificis: Alousii regis (quos societatem inisse cõstabát) ui & armis occuparent omnia: cum contra Philippus omnium malorum crimina in uenetos & florentinos reiiceret: q̃ ueneti retinere Pandulphum ĩ dominatu brixiano sint annixi: q̃q; florentini & genuenses quosdam hostes suos cõmeatu pecunia iuuissent: q̃ Liburnum ditionis genuensis (quam tum in potestaté suam redægerat) cétum millibus nummis aureis emissent. Satis tum quidem ad cõcitandum bellum hæc discordiarum semina uideri poterant: sed nihil est quod æque uenetorum animos ad bellũ impulerit: q̃ auctoritas Francisci Carmignolæ: uiri bellica laude insignis: atq; ea ætate clarissimi: qui (ut ipse dicere solebat) ægre ferens Philippi insolentiã: ad uenetos tum confugerat: eosq; ad bellum animauerat: operam suam in ea re pollicitus. Quare ii duo populi ascito in societátem belli principe mantuano & ferrariensi: partitaq; bellica impensã: cum exercitu equitum duodecim: peditum octo millibus: cui Carmignola præficitur: cũq; fluuiali & maritima classe Philippum eodem tempore multis a lateribus oppugnare adorti: a guelphis brixianis: qui Philippo aduersabantur: ĩ urbem uocantur: qua quidem ex parte occupata: ueneti tandem septem mensium oppugnatione totam deniq; in potestatem suam redægere. Ducente deinde Carmignola ad capienda brixianoꝝ castella: Martinus pontifex Philippi ducis calamitate motus: cardinalem sanctæ crucis ad uenetos mittit: qui pacé inter Philippum & uenetos componeret: qua infecta: q̃ ueneti & florentini iniqua postulare uiderétur. rursum magnis uiribus bellum utrinq; parari cœptum est. pugnatũ é ter eo anno collatis signis ad Gotolengum brixianorum castellum: ad summum cremonensem uicum: quibus in locis æquo marte utrinq; discessum est. Ad Maclodium tertia pugna est habita: quo in prælio superátur Philippi copiæ: capiturq; Carolus malatesta totius exercitus dux. Constat aũt hanc tantam fuisse cladem: ut si milites captos retinere Carmignola uoluisset: signaq; ocius perterritis inferre: eiicere principatu Philippum consternatum: tanto accæpto incommodo haud magno negocio potuisse. Captus (ut dixi) eo prælio Carolus a mantuano principe: ob affinitatem incolumis dimittitur. Interim uero dum Carmignola ad oppugnanda brixianorum oppida: quæ ĩ Philippi fide permanserant copias ducit: eidem Philippo respirãdi spacium dat. Nam & pacem cum Amedeo Sabaudiæ duce: a quo bello premebatur: datis ob id Vercellis componit: & Sigismodum ac Brunorum Scalam in uenetos concitat. Martinus autem pontifex Philippi rem in maximo discrimine uidens: cardinalem sanctæ crucis secundo ad componendam inter Philippum & uenetos pacem mittit: qui Ferrariæ subsistens: eo ꝓficiscentibus cum mandatis principum ac ciuitatum legatis: ita pacem composuit: ut Brixiam ueneti & oppida brixianorum cremonensiumue: quæ antea cæpát retinerent. Præterea uti Philippus Bergomum bergomatemue agrum uenetis ex fœdere dederet: hac conditione: ne socios uenetorum: florentinorumq; bello lacesseret: aut ad id defectioné concitaret. Approbauit hanc pacé Martinus: ueritus ne Philippos ducatu omnino pelleretur. Homini enim amicissimo: cum ob religionem auxilio esse non poterat: tum uel maxime q̃ superioribus annis ærarium pontificium exhaustum omnino fuerat: eo bello quod contra Brachium gesserat. Nam eo tempore quo Florentiam profectus est: ostendit Brachium Montonium: uirum in re militari præstantem: Perusium: ducatum spoletinum: & magnam patrimonii partem ita occupasse conductis mercede quibusdam tyrannis circũquaq; positis: ut ipse tuto procisci Romam non posset. Cum uero admonitus Brachius: redire ad sanitatem nollet armis spiritualibus: hoc est censuris primo in eum pontifex usus est. Interdictum enim a sacris his omnibus est: qui Brachio parerent: uetitiq; sacerdotes decreto pontificis eisdẽ ĩ locis celebrare. Hác ob rem florétini moti amici Brachii ĩcõmodo: de pace cũ Martino agũt: hac cõditione: ut Brachius ad pedes Martini ꝓuolutus: ueniá peteret: qđ etiá fecit: oppidaq; aliquot ecclesiæ redderet: utq; ét stipédiis põtificis militás: Bononiá rebellé ĩ Martini potestaté redigeret. Cui qdé bello Gabriel Cõdelmerius: tituli sancti Clemétis præsbyter cardinalis & legatus præfuit: cuius ĩdustria & Brachii uirtute Bononia ĩ ptáte ecclesiæ breui redacta

est. Interim uero dum hæc Bononiæ agerentur quattuor illi cardinales:qui olim cũ Petro Luna adulterino põtifice senserát:Florétiá ad Martinũ uenientes : cũ magno & honorificẽtissimo comitatu publico cõcistorio suscæpti:dignitatũ suarũ titulos retinuere.Tres enĩ diaconi cardinales erát:q̃rtus uero q antea canonicus regularis fuerat:presbyter cardinalis ẽ habitus. Dũ aũt Baldesar Cossa adhuc ĩ uiculis apud Heidelberg ĩ Germania a comite Palatino detineret:quidá florẽtini ciues : quorũ de numero Cosimus habitus est:rogare pontificẽ Martinũ oĩo non desistebát:ut tandem e carcere Baldesarem liberaret:factũq; se id põtifex pollicitus ẽ. Verũ dum eo legatũ ob eam rẽ mittit:Baldesar more impatiẽs trigita millibus nũmũ aureorũ Palatino comiti persolutis:se e uinculis redimẽs in Italiá ueniẽs:ut recta Florẽtiá proficisceret:apud Petrũ Rubeũ agri parmensis batuñẽ ueterem amicum diuertens:parari sibi insidias intelligit. Hanc ob rẽ noctu cũ legatu põtificis.qui eũ in uia cõuenerat:ad Thomá Fregosum ueterem amicũ cõfugiẽs:magnã iniæcit oĩbus suspicionẽ:ne rursũ scisma innouaret.Erat enim uir magni animi:sagacissimiq; ingenii:& qui priuatá uitá nequaq̃ pateret. Nõ deerant præterea qui hoĩs audaciá ad res nouas moliendas cõcitarẽt.adeo tũ rebus nouis studebat : sed deus omnipotẽs ecclesiæ suæ cõsulturus.Baldesarẽ impulit:nullis pactionibus iterpositis:nulla reqsita cautione:Florentiá ad Martinũ ꝓficisci:quo cũ uenisset admirantibus oĩbus:exosculatu põtificis pede:eũdẽ audiẽtibus oĩbus ut uerũ põtificẽ & christi uicariũ canõice electũ salutauit. Mira ꝓfecto hæc res oĩbus uisa ẽ: & dei potius quá hoĩum industria eo deducta : q homo regnandi cupidus:in sũmo rerum fastigio ante collocatus ĩ loco libero:ubi plurimũ ab omnibus diligebatur amabaturq;:táta uteref mansuetudine.Quæ certe omnibus præ gaudio lachrymas excussit:maxime uero his cardinalibus:qui eum prius ut pontificem secuti fuerant. Martinus autẽ uicissitudine rerum humanarũ motus:post aliquot dies hominẽ ĩ numerũ cardinaliũ asciscẽs episcopum Tusculanum creat:atq; deinceps eo habuit ĩ honore:quo reliquos cardinales tam publice q̃ priuatim. Verum Baldesar dolore animi ut putatur(ferre enim uitam priuatam non poterat)aliquot post mẽses Florẽtiæ moritur:sepeliturq; honorificentissimo sepulchro in templo sancti Ioánis:non longe ab ecclesia cathedrali:magna adhibita funeris pompa:eam rem Cosmo medice procurante:quem homines estimát pecunia Baldesaris opes suas ĩ tátũ auxisse:ut & primarius apd florẽtinos ciues & ditissimus oĩum apud italos:ac fortasse apud exteras quoq; natiões deĩceps sit habitus. Sepulchro hoĩs hæc uerba fere inscripta sũt:Baldesaris Cossæ Ioánis.xxiii.quondam papæ corpus:hoc tumulo conditum.Interim uero dum hæc Florentiæ agerentur:oratores imperatoris cõstantinopolitani ad pontificẽ uenere:pollicentes græcos quoad fidem pertineret uelle ĩ sententiam latinorũ uenire:si æquæ conditiones ꝓtuponerentur. Hos & perbenigne ac splẽdide pontifex suscæpit:& legatum e latere creauit:Petrum fontesiccũ:sancti Angeli cardinalem hominem hispanum in quauis facultate doctum:qui Constantinopoli ad res componẽdas proficisceretur. Verũ priusq̃ uirum integerrimum a se dimitteret:eo præmisit fratrem Antonium Massanum:ordinis minorum generalẽ gubernatorẽ:qui imperatoris ac græcorũ explorata sententia:quid eá in re postea sperandum esset:pontificem admoneret.Instantibus autem romanis:ut demum pontifex Romam proficisceretur:Martinus cum bona Florentinorũ gratia discessurus:ciuitatẽ honore metropolitico exornauit.Nam cum antea ab ipsa pene urbis origine episcopatum tantummodo habuisset:in archiepiscopatũ eorũ cathedralem ecclesiam transtulit:eiq; subiæcit ut matri Volaterraná:Pistoriẽsem:Fesulanam ecclesiá. Dedicauit præterea ipsemet maius altare sanctæ Mariæ Nouellæ ordinis prædicatorum:apud quam basilicá tádiu diuertit: quádiu Florentiæ fuit.Est enim conuentus ille ad recipiendos pontifices permaxime commodus. Abiens itaq; Florentia : Romam tandem peruenit:effusa obuiá omni urbana multitudine:effusis pricipibus tátæ urbis:qui hoĩem nõ secus ac quoddá salutare sidus:uel unicũ patriæ parẽtẽ expectabát.Diẽ illũ ĩ fastis ánotauere rõani:decĩmo calẽdas octobris:áno domini millesimo q̃drigẽtesimo uigesimo primo Vrbẽ Romá adeo diruptá & uastá ĩuenit:ut nulla ciuitatis facies ĩ ea uideret.Collabẽtes uidisses

domos : collapsa templa:desertos uicos : cenosam & oblitam urbem : laborantem re-
rum omnium caritate & inopia. Quid plura:nulla urbis facies:nullum urbanitatis in-
dicıú í ea uidebať. Dixisses omnes ciues aut íqlinos esse:aut ex extrema omniú hoíum
fece eo cōmigrasse. Ciuiú itaq; suoꝝ calamitate ꝑmotus pōtifex optimus: aíum ad ex-
ornandam ciuitatem:componendosq; ciuiú mores ita adiæcit:ut breui cōualescēs me-
liorē faciē præ se tulerit. Hāc ob rem ciuitas ipsa:eūꝫ nō modo sūmum pōtificē : ueꝝ
etiā í patriæ parentē appellauit. Sed ne tā publica lætitia diuturna esset sine aliqua mo-
lestia. sequenti āno mense nouēbris in uigilia beati Andreæ:adeo in īmensum Tyberis
creuit: ut ꝑ portam Flāminiam ingressus:totā urbē in plano sitam inundauerit:tēpluq;
Pātheon usq; ad altare maius repleuerit. Decrescēs aūt biduo post:multa aīalia possim
secū traxit:multaq; ciuibus dāna intulit:qui nō secus per uicos nauigabant:ac ꝑ alueū
Tyberis facere cōsueuerūt. Alouisius aūt rex Lodouici regis filius eodē fere tpe Romā
ad pontificē ueniēs regni neapolitani titulū a Martino cōsecutus est : cardinaliū oíum
cōsensu. In regnū nāq; per adoptionē a regina Ioanna Ladislai sorore uocatus:sine ullo
marte hoc modo cōsecutuꝫ se regnū putabat. Verum studio partium ab urbe Neapo
li submotus in Calabryā secessit. Cum aūt cōcilii tēpus instaret(ut ex decreto cōstanti-
ensi īstitutū erat)Martino placuit:sentientibus etiā ita cardinalibus oíbus: præmittere
quosdā prælatos qui Papiæ illud inchoarēt. Is enī locus ad eam rē oíbus ꝑmaxime cō-
modus uidebať. Missi itaq; eo statim Petrus Donatus archiepūs cretēsis:Iacobus Cāplo
epūs spoletinus:Petrus Rosatius aqleiēsis diocesis abbas: frater Leonardus flotētinus:
fratꝝ prædicatoꝝ generalis:cōciliū īchoarūt:ad qd nemo qdem adhuc uenerat:præter
duos abbates burgūdos. Differre itaq; rē í aliquot dies placuit:donec ex oí natiōe unus
aliqs supueniret. Ex gallica.n.& germania natōe nondū qs uenerat. Parui nāq; momēti
fore putabāt:qd sine istoꝝ auctoritate & suffragiis eēt īchoatū. Sed ecce dū hos expectāt
tāta repēte pestis Papiā īuasit:ut præsidentes cōcilii:mutare locū & tempus sint coacti.
Placuit itaq; omnibus ex sententia pontificis Senas migrare:quo maior ex omni natio
ne multitudo q̄ Papiam ꝑuenit. Alphōsus aūt aragonū rex Martino insensus:q titulū
regni Siciliæ & Neapolis habere nequiuerat:datum(ut antea dixi)Alouisio regis Lodo-
uici filio:oratorem ad cōciliū mittit:qui & cōciliū in longum duceret:& causam Petri
Lunæ adhuc in Paniscola supstitis restitueret:largitiōe:pollicitationibus ambiēdo unū
quēq; ex his qui in concilio auctoritatem haberet. Hanc ob rem Martinus non igna-
rus quantā calamitatē ea res ecclesiæ romanæ allatura esset:quātūq; ꝑiculi in mora ha-
beretur:mādauit cōciliū statim dissolui:approbatis decretis in cōcilio habitis:quæ ad
fidem pertinebāt. Et ne subterfugere conuentū christianoꝝ uideretur : insequens se-
ptēniū cōcilio adiudicauit:qd in Basilea celebraretur . Atq; hoc modo scismatis & di-
scordiaꝝ semina a quibusdā:in cōcilio senensi iacta & sparsa:sublata hominis prudētia
& astu sūt. Tum uero Alphōsus palā de Martino cōquestus est : q̄ diceret eius opera &
se a regina Ioanna abrogatum regno esse : quem ꝑius hæredem instituerat : & Alo-
uisium regis Siciliæ filium nouū hæredem institutū. Refellebat quidē hæc crimina per
facile Martinus q̄ diceret Alouisiū hæredē Ioanne ab Alexandro quīto: & Ioāne uige
simotertio in regno prius cōfirmatū fuisse:reiiceret eam omnē culpam in reginam: nō
aūt in se:ad quem pertineret pheudotarios ecclesiæ cōfirmare nō aūt tollere: nisi aliqd
grande facinus in sedem romanā cōmisissent:se non uidere cur Alouisius Ioannæ suo
iussu coronatæ: legittimus hæres esse non posset. At uero Brachius cū uideret pōtificē
multiplici cura implicitū:ob simultatē cū Alphonso contractā:multis oppidis ecclesiæ
per uim potitus:Aquilam urbē regni neapolitani graui obsidione premit. Hāc ob rem
motus pontifex:cōparato satis iusto exercitu:liberare Aquilam annixus: adiuuantibus
his qui cū regina & Alouisio militabāt:nō lōge ab Aquila patenti cāpo Brachiū superat
& interficit. Aderāt í eo prælio sfortiani : Frācisco duce Sfortiæ filio:qui superioribus
annis dum Piscariam flumen traiicit(quod Aternum ueteres appellabant)in undis pe-
rierat. Delatum itaq; Romam Brachii cadauer:in loco prophano extra portam sancti
Laurentii sepelitur. Hac autem uictoria tāta deinceps tranquilitas exorta est : redactis

ad deditionẽ ecclesiæ Perusio: Tuderto: Assisio: aliisq; oppidis quæ Brachius occupaue
rat: ut Augusti Octauii fœlicitas & pax redisse sua ætate uidere͞t. Licebat tũ frui ocio
& libere per siluas noctu etiam ac tuto commeare. Nulli latrones tũ extabant: nulli si
carii & fures: adeo hoc hominũ genus persequeba͞t: sublato e medio Tartalia: Lauello:
aliisq; tyrannis: qui latrociniis potius q̃ militia uitã traducebãt. Huic aũt fœlicitati ob
stare Boemi hæretici uidebantur: qui hæresi & armis germanis catholicos continuo
uexabant. Vt igitur ii quoq; rationi & ecclesiæ obtemperarẽt: cum bene monenti pa
rere noluissent: legatos in Germaniã misit: qui catholicos ad arma cõcitarent. Ac pri
mo quidem: seorsum tamen Henricum sancti Eusebii cardinalem: deinde Bartholo
meũ placentinum: postremo uero his reuocatis Iulianum Cæsarium sancti Angeli car
dinalẽ eo misit: qui certe nõ sua culpa sed ignauia militũ magnũ incõmodũ ab hosti
bus accæpit. Martinus aũt ob eã rem haud animo cõcidens: maiora in hæreticos para
bat. Verũ priusquã tantã rem aggrederetur: sedate italo℞ discordias istituerat. Nã pa
ce (ut diximus) a Martino cõposita inter Philippũ & uenetos: florẽtini ægre ferẽtes: La
dislaũ Pauli Guinisii tyrãni lucẽsis filiũ superiore bello sub Philippo militasse: occasio
nẽ opprimẽdæ Lucæ nacti: q, supiore pace nil scriptis de Guinisio cautũ fuerat: i agrũ
lucensem copias mouẽt: Nicolao fortebrachio copia℞ duce. Captis itaq; nõ ita multo
post quibusdã castellis circũquaq; positis: urbẽ obsidione cingũt. Tũ Philippus solicita
tus Pauli precibus: ueritusq; ne si Luca i florẽtino℞ potestatem deueniret: acriores eos
utpote ppinquiores haberet hostes: Frãcisciũ Sfortiam cũ magno equitatu primo i Par
mensem agrũ mittit: unde pedestres copias cõscriberet. Qui quidẽ uere iã appetẽte Ap
penninũ transgressus: tantũ terroris florẽtinis iniæcit: ut priusquã in uallem nebularũ
(ita enim accolæ uocãt) descẽderet: hostes mouere castra: ac Lucã obsidiõe liberare præ
metu coægerit. Eius aũt aduentus eo gratior lucẽsibus fuit: q, pulsis hostibus: ac capto
tyranno: liberi omnino Frãcisci auxilio futuri uidebãtur. Verum Franciscus accæptis
quinquaginta millibus nũmũ aureo℞ ex ærario florẽtino de promptis: lucenses maio
re in discrimine: q̃ unquã antea fuerãt reliquit: pactus ob datã pecuniã se eo toto seme
stri Philippi imperio obtemperaturũ. Obsideri deinde lucẽses acrius sunt cæpti. Qua
re Philippus instante Martino pontifice: qui lucensium quoq; uices dolebat: Nicolaum
picenniũ cum maximo equitatu eo statim mittit: qui fusis ac fugatis hostibus: non solũ
Lucã obsidione liberauit uerũ etiam inde mouens ex pisanis ac uolaterranis multa ca
stella ui cæpit: senensibus etiã rem gratã facturus: qui tum florentinos bello inuaserant.
Martinus aũt ab externo hoste quietus ad exornandã patriã basilicasq; romanas aium
adiiciens: porticũ sancti Petri iam collabentẽ restituit: & pauimẽtum lateranensis basi
licæ opere uermiculato pfecit: & testudinẽ ligneã eidem tẽplo superinduxit: picturãq;
gentilis: opus pictoris ægregii incohauit. Aedes præterea uetustate collabentes ad duo
decim apostolos restituit: ubi & annos aliquot habitauit. Huius aũt studia cardinales
secuti titulus suos ita certatim restituunt: ut iam aliqua facies redisse urbi Romæ uide
retur. Creauit & cardinales quo℞ de numero fuit nepos suus Prosper columna sancti
Georgii ad uelus aureũ diaconus cardinalis. Interea uero mortuo Petro Luna in Pani
schola ne aliquid mali deesset quod ecclesiã uexaret: duo illi Annicardinales de quibus
mentionẽ fecimus Alphõso Martini hoste adhortante: Egidium cognomẽto munio
nis canonicũ Barchinonensem genere nobilem pontificem deligũt: Clemẽtemq; octa
uum appellant: qui statim & cardinales creauit & fecit: quæ a pontificibus fieri consue
uerunt. Verum cũ Martinus in gratiã cũ Alphonso redisset: eo statim Petrum de Fu
so cardinalẽ misit apostolicæ sedis legatũ: in cuius manus iubente Alphonso Panischo
læ domino Egidius oĩa põtificatus iura deposuit: erga quẽ hac benignitate Martinus
postea usus est: ut eũ Maioricẽsem episcopũ declarauit. Cardinales aũt ab Egidio crea
ti sponte cardinalatu se abdicarunt. Illi aũt duo quos a Petro Luna creatos diximus i
suaq; pertinacia mansisse: cum põtifici Romano parere nollẽt i carcerem a legato con
iiciuntur. Atq; hoc modo Martini põtificis sapientia & industria omne scisma undiq;
sublatum ẽ. Pacata hoc mõ undiq; ecclesia dei i dãdis beneficiis mira prudẽtia usus ẽ.

Nō enim unicuiq; petenti ea conferrebat:sed statim mente agitabat quis potissimum
esset idoneus:cui talis cura demanderetur.q̄ si homines ꝓuinciarum noti nosset ī qui-
bus uacare beneficia cōtigisset:statim peritos regionū cōsulebat:quis aut in curia aut ī
Gymnasiis:publicis esset doctrina nobilitate moribus tanta ꝓuincia dignus. Atq; hac
quidem ratione & ecclesiis & hominibus honore dignis pariter consulebat cum maxīa
celebritate nominis sui. Tantæ præterea cōstātiæ fuit cum duos haberet fratres quo-
rum alter Iordanus princeps Salernitanus maior natu peste moritur:alter uero minor
natu(Laurētiū appellāt)in turri igne casu iniecto exustus est:ut nil ex eo sit auditū nil
uisum:quod impatiētiæ aut abiecti animi signū aliquod præ se ferret. Hic aūt uir ī oī
uita īteger demū pōtificatus sui āno quartodecimo:mēse tertio Romæ apoplexia mori-
tur:ætatis suæ āno sexagesimotertio sepeliturq; eius mādato in basilica Constantinia-
na ante capita apostoloꝝ sepulchro æneo comitāte populo Romano comitante clero
nō aliter flente:q̄ si ecclesia dei:si urbs Roma unico atq; optimo parēte orbata fuisset.
Vacat tum sedes dies duodecim.

EVGENIVS.IIII.

EVGENIVS quartus:patria uenetus:familia cōdelmeria populari quidē sed
antiqua:patre Angelo natus pōtificatū hac ratione adeptus ē. Creato enim
pōtifice Gregorio duodecimo e Gente Coraria: patria Veneto: Antonius
Corarius Gregorii nepos Celestini habitus canonicus congregationis sancti Georgii
ī Alga Romā iturus Gabrielē Cōdelmariū:q eiusdē ꝓfessionis erat:quo cū ab ineunte
ætate familiariter uixerat:secū aliquādiu recusantem duxit:cuius īgenio & solertia de-
lectatus Gregorius:cū primo thesaurariū fecit: deinceps uero episcopū Senensem cre-
auit:præfecto Bononiensibus ī eadem dignitate Antonio nepote. Recusarūt aliquan-
diu Senenses Gabrielē in episcopū:q dicerēt hominē aliunde natum:nequaq̄ ī tāta re
ciuibus Senensibus præficiēdū:eam curā debere ciuis alicuius esse:qui mores hominū
& ritus ciuitatis nosset. Verū cū postea Gregorius rebus suis diffidēs Roma Lucā pro-
fectus fuisset:aucturus cardinaliū numerū:Antoniū nepotē & Gabrielē Cōdelmarium
in cardinales retulit. Gabrielis aūt opera in magnis rebus postea Gregorius & Marti-
nus abrogato Gregorio usus est. Maxime uero ī legatione Picentina:qua & Picētes in
fide ecclesiæ cōfirmauit:sumpta de quibusdā seditiosis & cōiuratis pœna:& tēplū san-
ctæ Agnetis Anconæ diruptū:portūq; eiusdē ciuitatis ad imitationē Diui Traiani ma-
gna impēsa restituit:fluctibus quassum:& uetustate consumptū. At uero cū Martinus
intellexisset Bononiēses rebus nouis studere:eo e piceno Gabrielem legatū misit:qui
suo aduētu seditionē omnē statim sustulit. Cū autē inde Romā uenisset.mortuo haud
ita multo post Martino:solus e duobus de uiginti cardinalibus:qui tū in cōclaui apud
Mineruā aderāt pōtifex creat̄:anno.M.cccc.xxxi.quinto nonas martii:Eugeniusq; mu-
tato nomine(ut fit)appellatus:ad sanctum Petrū comitāte populo & clero statim per-
ducit̄. Accepta deinde corona pōtificia de more:inuisaq; basilica sancti Ioannis latera-
nēsis in Vaticanū rediens cōcistoriū generale ꝓposuit ī dicta die:qua certe tanta mul-
titudo affuit:ut cū trabes deficerēt eius loci:ubi nūc cōcistoriū publicū fit:trepidatum
adeo tumultuose sit:ut in ipsa fuga Senegaliæ episcopus ciuis Romanus e gēte Mellina
obtritus perierit. Nōdū eni ædes ipsæ pōtificiæ hāc formā quam nūc habent accepe-
rāt. Dimisso cōsistorio Eugenius:tumultus deīceps ex industria uitauit. Instantibus de
inde quibusdam delatoribus: qui dicerent Martinum congregandi auri cupidum:
maximos thesauros reliquisse: idq; sciturum Eugenium ex Martini familiaribus ne-
potibusque: eo uesaniæ hominem perpulere:ut Oddum poccium Martini uicecame-
rariū cōprehendi iusserit:idq; negociū Stephano Colūnæ dederit.quē copiis suis præ-
fecerat. Ab aliis enī Colūnēsibus is solus dissentiebat cardinali Vrsino & cardinali Co
mitū insaniā hominis adiuuātibus:quoꝝ artibus hæc oīa cōtra Colūnenses gesta putā-
tur ob ueterata factionū odia. Mādauerat Eugenius ut Oddo ad se sine ullo tumultu:
sine ignominia pduceret̄:quod cōtra a Stephano factū est:nā & eius bona a militibus
direpta sūt:& ipse ui tanq̄ latro per ora hominū ad pōtificem tractus ē. Hac īdignitate

motus Eugenius:Stephano admodũ succẽsuit:eiq; itermiatus ẽ:q; & Oddonẽ & epũm Tyburtinũ olim Martini cubicularium ita indecenter ad se pertraxisset. Veritus itaq; Stephanus Eugenii iram Præneste ad principem Colúnam cõfugit:eũq; adhortatus est suas opes pollicitus:ut Eugeniũ ab urbe pelleret:q; diceret ei ĩ animo esse nomẽ Colúnensium extinguere:id se optime scire eiusq; consilioꝝ participem fuisse:& ob eam rẽ aufugisse:q; sciret partem illius calamitatis ad se quoq;(nisi tantũ mali simul declinarẽt omnes)peruenturam. Motus his uerbis princeps:& eorum calamitatibus:qui Martini põtificis familiares fuerãt: sũptis ꝑpere armis pontificẽ aggredi ĩstituit. Substitit tamẽ aliquãdiu donec Prosper frater diaconus cardinalis:quem quidẽ præmonuerat ab Vrbe discederet. Viso aũt fratre e Præneste Martinũ:atq; deĩceps Romã tanq̃ ex arce belli ĩ Eugeniũ mouẽs:occupata per Ioannẽ baptistã porta Appia: Vrbem armato milite sine ullo maleficio primo ingreditur. Iam Peruenerãt ad sanctũ Marcũ:& in uicũ Columnam cum subito eis obuiam facti sũt pontificis milites: magna populi parte adiuuante. Pugnatũ ẽ in urbe aliquãdiu:atq; acriter qua in pugna multi utriq; cecidere & capti sũt. Quare Colúnenses cũ uiderent populũ Romanũ longe aliter sentire:q̃ arbitrarentur cedere ex urbe ĩstituentes:omnia passim rapiunt:pecora abigũt:hoĩes abducunt. Talionẽ tamẽ his reddidere põtificis milites Romano populo mixti. Nam & Prosperi cardinalis & Colomnensium omnium:ac eorum qui cum Martino familiariter uixerant domos hostilẽ in modum diripiunt & uastant. Irritatis hoc modo utrinque animis:non solum aperto marte: ueꝝ etiã ꝓditionibus res agi cœpta ẽ. Capitur namq; archiepiscopus Beneuẽtanus Antonii Columnæ filius:ac quidã Massius frater:qui fassus est questione adhibita sibi ĩ animo fuisse arcem sancti Angeli dolo capere ĩterfecto ipsius arcis præfecto:eamq; Columnensibus prodere:qua occupata & pontificẽ & Vrsinos ab urbe pellerẽt. De Masio sacerdotio abrogato(quod digradare appellant)sumptum suppliciũ est ĩ campoflora:eiusq; corpus quadrifariam sub furca diuisũ ad quattuor urbis celeberrimas uias suspensũ est:de archiepiscopo Beneuẽtano nulla mẽtione habita. At uero cum Eugenius in ægritudinem quandam incidisset:uel dolore animi quo in tantis perturbationibus afflictabatur:uel ueneno quo appetitum a Soldano suo quidam dicebant:agere de pace cum Columnensibus cœpit: curante eam rem Angelo Fosco ciue Romano:quem non ita multo post una cum Francisco Condelmerio nepore suo cardinalem creauit. Diuulgata itaq; pace quanta maxima celeritate potuit:q; iam ingressum Italiam Sigismondum intellexerat Romam uenturꝫ: nepotem Franciscum camerarium ĩstituit:huicq; uiros quosdam præstãtes addidit: quoꝝ cõsiliis uteteretur in gubernanda ecclesiastica ditione. Dum hæc autem Romæ agerentur Florentini & Veneti elatiores facti:q; & Philippum Genuæ dominum classe in littore Genuensi superasset:q;q; Eugenium ciuem suum põtificem haberent:Philippum ipsum bello terrestri aggrediuntur: qui accito propere ex Hetruria Nicolao Picennino: & classẽ Venetam ad Cremonam disiæcit:& Carmignolæ,impetus,facillime retardauit:quem Veneti haud ita multo post questionibus litteris testibus conuictum(ut ipsi dicunt) capite mulctarũt:q; per eũ stetisset quo minus Cremona potirentur capta a Caualcabo ue ipsius urbis porta:q;q; etiã classis sub ipsius oculis disiæcta ab hostibus fuisset:cum ex propinquo loco a tanto exercitu id fieri perfacile potuisset. Tũ uero Florentini aduentũ imperatoris ĩ Italiã ueriti:q; Philippus rebus fauere uideretur. Nerio Capponio ciui suo negocium dant:ut quibus rationibus maxime potest Eugenio ostẽdat & persuadeat:aduentum imperatoris ad urbem nõ minus apostolicæ sedi:q̃ Florentinis exitium ac perniciem minari:destineri hostẽ facillime posse:quo minus Arnũ ad Senenses transeat:qui Florentinos iam pridẽ bello lacessierãt:si Nicolaus Tolẽtinas:qui tum põtificis nomine stipẽdia faciebat coniunctis copiis & animis cũ Micheletto Cotignola Florẽtinaꝝ copiaꝝ duce ad Arnum Sigismundũ coherceat:ne flumẽ cum Germano equitatu traiciat. Venerat in eandẽ sententiam ꝑfacile Eugenius:& cũ de impensa bellica aliquãtulũ addubitaretur. Rem Nerius ita statim partitus est:ut duobus millibus equitũ Eugenii populus Florẽtinus tã diu stipẽdia præberet:quoad bellum illud

protraheretur. Tum uero Nicolaus Tollentinas iussu pōtificis ex hibernis mouēs: dū Senenses incursionibus & rapinis uexat: Sigismūdo traiciēdi Arnū tempus & facultatem dat: adiuuante Antonio Pontadera ægregio tum copiarum duce & acerrimo Florentinorum hoste: qui deinde per Volaterranū iter faciens pacato magisq̄ hostili agmine ab oībus expectatus ꝓficiscitur. At imperator cō iam sex mēsibus Senis substitisset: cū magna populi Senensis impensa: tentatam frustra cum florentinis pacem omittens ad Eugeniū conuersus: inito cū eo foedere Romam profectus perbenigne a pontifice populoq; Romano susceptus: corona imperii donatur. Verum dum e Vaticano ubi coronā acceperat ad lateranū ubi diuertebat ꝓficiscitur: ī ponte Hadriani (ut imperatorꝫ mos est) multos tū Italos: tum Germanos in equestrem ordinē asciuit. Sunt q scribāt Eugeniū hominē usq; ad pontē comitatū ad sanctum Petrū redisse. Abiens deinde cū bona Eugenii gratia imperator per Picentes & Flamminiā iter faciens Ferrariā atq; Mantuā peruenit: ubi aliquot dies īmoratus: & Ioannem Franciscum Mātuæ dominū marchionali dignitate additis imperii signis ornauit: & Barbaram Ioannis marchionis Brandiburgensis filiā Lodouico Ioannisfrancisci filio spopōdit in uxorē: quæ ooptiæ honestare familiā Gonziacam sūt uisæ: & ꝙ Sigismūdo īperatori puella affinitate coniuncta erat: & ꝙ pater Ioannes potestatē ineundi suffragia ad creandū imperatorem habebat. Abeunte aūt ab Italia imperatore: cō iā omnia bello feruerēt: Nicolaus Estensis Ferrariēsis marchio hortāte Philippo Venetias ꝓfectus: Venetos ad pacē moltis rationibus adhortatus est: q & hominis auctoritate ꝑmoti: & ꝙ etiā nimia belli īpēsa exhausti priuatim ac publice essent: legatos Ferrariā cum Nicolao mittunt ubi calendas aprilis: anno trigesimotertio supra quadringentesimū & millesimū ueniēte in candē sententiam Eugenio: pax his cōditionibus cōposita est: ut Philippus Glarea abduæ (id ei loco nomen est) decederet: utq; marchioni montisferrati & Orlando Pallauicino dominatū redderet. Vtrunq; eni ditione paterna spoliauerat: Florentinorum Lucensiū Senensiūue: quæ bello capta fuissent ad pristinos dominos reciderent: cōmuni omniū hoste habito: qui infra trigesimū diē capta nō reddidisset. Pace aūt hoc modo ubiq; parta: quietura aliquandiu omnia uidebātur: cum subito omnis belli uis in Eugeniū conuersa ē. Nā Philippus nouarum rerꝫ cupidus: & Frācīscū Sfortiā cū magnis copiis in Flāminiā misit: hominē iturꝫ in Apuliā simulās: quā Alphōsus bello uexabat: defēsurꝫ ea oppida: quæ pater Sfortia ea loci adeptus erat. Qui quidē paratissimis copiis ꝑ Picentes & Vmbros iter faciens: oppida illa ex improuiso adortus: breui in potestatem suam redægit. Non hoc contentus Philippus: Nicolaum fortebrachium uirum ingenio & manu prōptum cum delecto equitatu adeo celeriter in Eugenium misit: ut prius prope & pontē Miluiū & portā Flamminiā occupauerit: q̄ aduētare hostē sit cognitū. Militauerat prius sub Eugenio Nicolaus: & eius nomine præfectū uici Vetralla & ciuitate ueteri spoliauerat: adiuuātibus Venetorꝫ triremibus: quæ mari arcem cōtinuo oppugnabāt. Verū cū postea Nicolaus stipēdia sua peteret: respondit Eugenius tantū prædæ ex castellis præfecti eum auexisse: maximeuero ex direpto uico ut ei ꝓ stipendio sat esse possent. Quā ob rem indignatus Nicolaus agrū Romanū ingressus tantū tumultus cōcitauit ingenti præda: tū hominū: tum pecorꝫ abacta: ut Eugenius aliquādiu incertus remanserit quorsū iret. Cōcurrebāt Romani ciues ad Eugeniū questū de illatis iniuriis: quos pōtifex eo potissimū tēpore cōsilii expers: & bonæ ualitudinis ad Frācīscū camerariū remittebat: q ocio & ooluptatibus deditus nil aliđ respōdebat: cū crebræ de ablatis pecoribus querelæ fierēt eos nimiā spē ī pecoribus colocasse: Venetos q̄dē sine gregibus & iumētis lōge urbaniorē uitā ducere. Indignati huiuscemodi respōsis Romani: cō iā Nicolaus & Tyburpulso īde comite Tagliacocii & Sublacēse oppidū cæpisset traxissetq; ī ꝑtes suas Colūnenses oēs: īterfecto a prīcipe Stephano Colūna: q semp diuersa sentiebat: ad libertatem respicientes: sublato clamore ad arma & libertatē conclamatum pulsis omnibus Eugenii magistratibus: ac capto Francisco camerario: nouos ipsi magistratus creant. Septem fuere e ciuibus Romanis: quos ipsi gubernatores appellabāt: penes quos uitæ ac necis hominum summa potestas erat. At uero Eugenius in tanta rerum per-

turbatione incertus: quid potissimũ faceret de fuga cogitare cœpit. Mutato itaq; habitu sumptoq; monastico cucullo: una cum Arsenio monacho nauiculam ingressus tyberi Hostiam uehebatur. Cum subito Romani quidam cognita hominis fuga: eum lapidibus sagittis incessunt. Detinere enim hominem tandiu cupiebant: quoad arce sancti Angeli potirentur. Abeunte autem Eugenio nonis Iulii: eodemq; Pisas: ac deinde Florentiam triremibus ad id paratis delato. Romani ad oppugnandam arcem sese accigũt: Vallo & aggeribus oĩa loca muniẽtes: quæ dare accessum hostibus possent. Cõtra autẽ qui in arce erãt ꝓdire in certamẽ nonnũquã cõsueuerãt. At uero præfectus artibus agẽdum cum romanis ratus: adiuuante Baldesare aufida uiro sagacissimo: qui inferiorem arcis partem tuebat̃: uni ex militibus suis in certamen prodeuntibus negocium dat: ut captus de industria ab hoste castellani sæuitiam & auaritiam criminetur: polliceaturq; eis si uelint pactam mercedem præstare: & mortem præfecti & arcis proditionẽ. Fecit ille mandata diligẽter. Captus nullo nõ genere maleficii in Antoniũ Ridiũ cõiæcto (ita enim arcis præfectus uocabatur) fidẽ dat se cum sociis omnia transacturum. Dimissus itaq; arcem ingreditur: uestes Antonii ac caligas addita etiam capitis forma suspendit: a longe idem uidebatur. Clamabat Baldesar de scelerato sumptũ esse suppliciũ: ingrederentur aliquot ex optimatibus: & enumerata pecunia iam pacta arcẽ reciperent. Credidere miseri nullã subesse fraudẽ: ingressi aliquot statim capiuntur. Fit clamor exultãtium in arce cõnciũtur ĩ populũ Romanũ missilia bombardæq;. Derisi autem hoc modo Romani de redimendis captiuis cogitãtes: & camerarium Eugenii nepotem quẽ in uinculis habebant dimittunt suos: qui in arce erant recæpturi: & demũ in Eugenii potestatem ueniunt quinto post libertatem adeptam mẽse. Creati itaq; magistratus ecclesiæ nomine statim Capitoliũ firmo præsidio & cõmeatibus muniũt. Superueniente deinde Ioanne Vitelesco: quem patriarcham uocabant: abeunte ad Eugenium Francisco nepote: tantus repente terror Romanis incussus est: ut hiscere pre metu non auderent. Erat enim Vitelescus homo imperiosus & sæuus & tyrannicam magis q̃ religiosã uitam præ se ferens. Agebantur hæc Romæ cum Alphonsus interim Neapolim & Caietam oppugnat: a mercatoribus Genuensibus acriter defensum. Succurrendum itaq; suis Genuenses rati classem: quanta maxime celeritate possunt instruunt: Philippo uicecomite eodem duce annuente ac pedites aliquot præbente: Facti nõ longe a Caieta hosti Alphõso obuiam cũ eo cõfligunt. Post longam & acrem pugnã superatur Alphonsus rex: & capitur una cum suis omnibus: quorũ de numero pricipes fuere. Perducitur mediolanum ad Philippum Alphonsus: suscipiturq; non ut captiuus & Genuẽsium hostis: sed ut rex & amicus. Habitus autem honorificentissime per aliquot dies: multisque & magnis muneribus a Philippo donatus in regnum abiens Caieta statim potitur. Tũ uero Genuenses indignabundi q Alphonsum hostem: quem tanto cum periculo captum: tam leniter dimisisset; Thoma Fregoso auctore a Philippo desciuere: eundéque Thomam ducem crearunt. Tum uero Picenninus in Genuenses missus cum ciuium pertinaciam cognouisset: capta Sarzana in Pisanos mouens simulata in regnum ꝓfectione iuuandi Alphonsi gratia: multa ex Pisanis castella diripuit. Hominis tamen impetus retardarunt Florentini: accersito Eugenii nutu Francisco Sfortia: qui iam Picenum occupauerat: quærebatq; adiuuantibus Florentinis & Venetis: ut marchiæ dominus decerneretur. Facturum se id recusabat Eugenius: q diceret pontificis esse redimere. etiam bello si oporteret ecclesiasticas res non alienare. Dilata tum res in aliud tempus est: atq; hac spe ductus Franciscus & Picenninum ab obsidione Bargæ repulit: capto Lodouico Gonzaga: qui cũ Picennino militabat: & Lucam Florentinorũ nomine acri obsidione cinxit. Sed Picenninus Lucensibus auxilio futurus a transitu Apenini ꝓhibitus: liberaturum se alia ratione Lucenses prædicans: per Bononiensem agrum sine ullo maleficio iter faciens: ubi Oriolum Florentinorum oppidum expugnasset: Lucensium memor cum exercitu uictore eo profectus superatis Florentinis absente Francisco Sfortia Lucam obsidione liberat. Tum uero pontifex ancipiti cura distractus: & q bellis undiq; premeretur: & q Basiliense concilium iam ante ĩcohatum Martini decreto augeri

indies cerneret: concurrentibus eo Hispaniæ: Galliæ Germaniæ: Pānoniæq; pricipibus: qui communem reip. christianæ causam in arbitrio concilii reponebant: ad tollendum concilium uersus: illud primo quidem ex Basilea Bononiam trāstulit cardinaliū oīum: qui secum aderant consensu. Sed īperator aliiq; principes & prelati: q tum Basileæ erāt non modo pōtifici nō obtemperarūt: uerum etiam eum bis terq; monuerūt: ut Basileam idoneam a Martino celebrandi concilii locum delectum una cū cardinalibus proficisceretur: aliter se in eum acturos ut in præuaricationem & cōtumacē. Motus istorum uerbis Eugenius Basiliēse concilium litteris etiā apostolicis cōfirmauit: facta unicuiq; eundi ad concilium potestate. Adeo enī bellis undequaq; uexabatur: ut uix ei respirādi facultas daret. Verū recupata urbe Roma (ut diximus) eo statim Ioānes Vitellescus ab Eugenio mittit: homo qdē ad res agēdas aptissimus sed natura seuerissimus & īmitis: q ī Columnenses & Sabellos: totāq; Gibellinā factionē ducēs: & castellū Gādulphum ad lacum Albanū positum: & Sabellum & Borgetum in latio de Sabellis diripuit & euertit. Albam ciuitatem Lanuinam: Præneste: & Zagarolum cæpit: incolis oībus qui superstites fuere Romam migrare iussis. In Hernicos deinde conuersus: quam nunc Campaniam uocant: omnes in ditionem ecclesiæ redægit. Captum Antoniū Pōtaderā hostem ecclesiæ apud Frusinonem ad oliuam turpi laqueo suspendit. Reuersus deinde Romam trepidantibus omnibus: & domos quorundam cōiuratorum: qui portam Neuiam quam maiorem uocant: concitato in urbe tumultu cæperāt: diruit: eosque hostes ecclesiæ diiudicat. Ex his aūt captū Pulcellū: & forcipibus ignitis ī curru excruciatum in campoflore suspendit. Verum conquerente populo romano: ꝙ diutium quorūdam auaritia: caritate: amore: laboraretur: tantum repente tritici suo iussu ī forū dēlatū est: ut a magna caritate ad summam copiam breui sit uentum: adeo omnes eius imperia obseruabant. Pacatis hoc modo rebus in regnum Neapolitanum cōuersus: qd paulo ante Alphonsus occupauerat: quodq; ipse dicebat ad ecclesiam & pontificem pertinere: principem Tarentinum cum duobus millibus equitum cæpit: comitis Nolani ditionem occupauit. Paulum etiam absuit quin Alphōsū caperet fraude potius (ut aiūt) q̄ ui: cum induciæ inter eos essent: & pax prope certa: Acceptis quæ ad ecclesiam pertinebant oppidis principem dimisit. Rediens ad urbem Præneste ad rebellionē spectans Laurētio Colūna instante funditus euertit: Prænestinis populariter migrare iussis: anno domini millesimo quadringētesimo trigesimoqnto. Quo quidē āno Eugenius Florentia abiens consecrata prius uel dedicata Florentinorum cathedrali ecclesia: Bononiam profectus: & arcem ædificat ad eam portam: qua Ferrariam itur: & ædes in foro positas: ubi legatus nunc residet: muro præalto & lato a tergo potissimum & turribus firmat. Anno uero sequenti publico cōcistorio Basiliense cōciliū: qd ante approbauerat Ferrariā transfert: ꝙ diceret græcos cū ecclesia Romana in fide conuenturos eundem locum sibi delegisse. Instabant tum concilii Basiliensis præsides & precibus ac pollicitationibus græcos adhortabantur: ut omisso Eugenio ad se proficiscerentur. Neque hoc contenti abrogaturos se Eugenium prædicabant: nisi ipse quoq; eo ꝓficisceretur. Substitit aliquādiu Eugenius animi dubius: quid potissimū decerneret: misso tamen eo legato Ioanne Francisco capitelista iureconsulto Patauinoq; equite: qui eius causam tueretur. Verum mortuo Sigismūdo imperatore: a quo Basiliense concilium incrementum habuerat: creatoq; ab electoribus imperii Alberto Austriæ duce: concilium Ferrariense Eugenii nomine cardinalis sanctæ crucis incohauit. Eo proficiscitur & Eugenius: ꝙ aduentare imperatorem Cōstantinopolitanum Ioannem Paleologum intellexerat cum plerisq; triremibus: tum suis tum Venetorum Eugenii gratia obuiam missis: nequa uis imperatori fieret: ꝙ intellexerat concilii nomine triremes gallicas ī Ionium missas: quæ aut imperatorem ad se adducerent: aut si id fieri non posset saltem hominem remorarentur: quo minus Ferrariā proficisceretur. Harum uero triremium præfectum ita largitionibus corrupit Eugenius: ut relicto concilio partes suas deinceps secutus sit. Imperator autem Ferrariam ingrediens: non aliter susceptus ab Eugenio est: ac Romani imperatores suscipi cōsueuere. Vitellescus uero fædata ecclesiæ ditione: sūptoq; supplicio

de presbyteris quibusdā : q̄ lapides preciosos e capitibus Petri & Pauli apostolorū fur-
tum subtraxerant in basilica lateranēsi:in qua quidē sacerdotes erant:interfectoq; cū so
cius Iacobo Galesio:qui res nouas moliebantur Ferrariam proficiscitur:ac publico cō-
sistorio cum magna laude in numerum cardinalium recipitur.Cardinalis nāq; sex mē-
ses antea Bononiæ creatus fuerat:qui postea maiore cum auctoritate rediens & præfe-
ctum Vici Vetrallæ & dominum Fulginiatem tyrannide pulsum i arce Suriana capi-
tali supplicio affecit.Eugenius aūt duas ecclesias iam pridē dissidentes in unū corpus re
digere cupiens.M.cccc.xxxviii.habita ingenti supplicatione:celebrataq; spiritus sancti
missa:conciliū una cum imperatore græcorum & patriarcha Constantinopolitano in-
gressus sedente imperatore cōdigna sede:aliisq; græcis e regione pōtificis. Primo quæ-
situm est:uellent ne tam latini q̄ græci ex duabus ecclesiis iam pridē dissidentibus unā
fieri. Ad quā uocem omnes subclamarunt placere & uelle:modo rationibus illa prius
confutarentur:quæ tantæ discordiæ causa fuerant.Disputabatur quotidie ea de re ab
his qui tum a græcis : tum a latinis delecti ad tantam rem fuerant. Verum cum pe-
stis Ferrariæ inoleuisset : eodemque in loco non sine magna incommoditate stare-
tur:Florentiam transferre conciliū placuit.Eo itaq; ubi uentum est:statim Picenninus
Foroliuium:Imolam:Rauennam:Bononiā occupat:mandato Philippi cogitata Euge-
nii:q Venetis & Florentinis hostibus fauebat disturbare conatus.Præterea uero i Par-
mensem agrū reuersus cōpato ingēti equitatu padū ratibus traiciens:& Casale maius:&
Platynam meum natale solum:& quicquid Veneti in Cremonēsi agro tenebant: breui
recæpit.Pulso deinde ad Caluatonum Gattamelata Veneti exercitus duce : ascitoq; in
societatem Belli principe Mantuano:Brixiam aliquot mensibus oppugnat:eam & ciui-
bus & Francisco Barbaro uiro doctissimo:atq; urbis prætore acriter defendēnbus:qua
quidem omissa cum magno suorum incommodo iniquo hyemis tempore ad occupā-
da castella circunquaq; posita conuersus:ne commeatus subnitti in urbē possent: Ve-
ronam usq; & Vincentiam longe ac late omnia populatus Venetis nil reliqui fecit.Oc
cupato & magna ex parte Minico:Athesi:Benaco:Sebunioq; lacu:ne subuehi quicquā
nauibus posset penuria laborantibus.Ex Athesi tamen remulco naues quædam attra-
ctæ usq; ad lacum:quem sancti Andreæ Accolæ uocant:sensim in Benacum a peneda
ad Torbolim demissæ & refectæ:quia attractu & illisione quassatæ erant:rem Venetā
meliorem aliquantulum fecere.Verum cum nihilominus Nicolaus Picenninus Vero-
nenses & Vincētinos urgeret:Veneti de se actum putātes : nisi unum aliquem egrægiū
bello ducē mercede cōducerēt:Iacobū donatum ad Florētinos socios mittūt oratū : ut
si reipu. Venetæ:si saluti & libertati Italiæ consultum uelint:Franciscum Sfortiam pro
pere cum omnibus copiis in Venetiam mittant:Philippi ac Mantuani armis pene op-
pressā.Tum uero Florentini suo ac sociorum periculo moti:Franciscū adhortantur:ut
arma pro Venetis sumat publica fide policiti se ei:quæ de Romana ecclesia tenebat op
pida:id enim maxime petebat:constanter defensuros.Extorsere præterea ab Eugenio
litteras apostolicas:quibus declarabat Frāciscum agri Piceni marchionem & dominū:
His tamen uerbis accipiat:quod Petrus & Paulus ei male uertant.Franciscus autem cū
suo equitatu secus Adriæ littus in agrum Ferrariensem descēdens traiecto ratibus Pa-
do:auctoq; in Patauinis exercitu.Nam & duodecim equitum:peditū quinq; millia ha-
buisse sub signis dicit̄. Hosti primo ad Suaue in agro Veronēsi fit obuiā: ubi aliquan-
diu & acriter pugnatum est:neutro inclinante uictoria.Cedente deinde Picennino ob
ægritudinem & paucitatem copiarum:cum Franciscus omnia de Vincentinis & Vero
nensibus castella recæpisset:Brixiam obsidione liberaturus interclusos alios aditus cer
nens Athesim traiicit: ac in Tridentinum agrū mouens:ad Arcum oppidum oppugna
turus peruenit:nam comes Archi Philippi partes sequebatur.Venit & eo Picēninus co-
mitem loci defensurus:uerum dum cupidus(ut eius mos erat)q̄ cautius pugnat a reli-
quo exercitu seclusus:magno accepto incommodo fuga salutem in subiectas ualles
petens.ab hoste captus fuisset:nisi carolus Gonzaga Ioannis Francisci filius sese hosti-
bus obiiciens hominem e tanto periculo liberasset:q quidē abundante postea multitu-

dine captus illico est:& Veronam in carcerem ductus.Sunt qui scribant Picenninũ de-
bilitatum altero latere propter accepta in prælus uulnera:cum equo ad suos redire nõ
posset:a Todeschino ingentis magnitudinis ac roboris famulo humeris tanq̃ cadauer
sacco iuolutum:ad suos etiam per castra hostium delatum.Dum hæc I Venetia ageren
tur:Philippus ægre ferens Florentinos adiuuante Eugenio:atq; adhortante Franciscũ
Sfortiam Venetis auxilio misisse:cum his agit qui in Basiliensi concilio erant:ut Euge
nium citarent:fecere illi id quidem bis terue.Verum cum id ex sententia ei non cede-
ret:eo dementiæ eos perpulit:ut abrogato Eugenio Amedeum Sabaudiæ ducem soce-
rum suum:qui eremitanam uitam ad Ripaliam cum quibusdam nobilibus ducebat põ
tificem crearent:Fœlicemq; appellarent.Hinc magnæ seditiones in ecclesia dei exortæ
sunt:cum christiana resp.trifariam diuisa:aut Fœlicem:aut Eugeniũ sequeretur:eẽntq;
qui neutrales uocarentur:q; neutri obtemperarent.Eugenius tamen haud animo con-
cidit:nam habito sæpius conuentu:discussaq; græcoq; & latinorum contentione: tan-
dem eo uentum est:ut græci rationibus uicti faterentur:& spiritum sanctum a patre fi
lioq; procedere:homusionq; esse non a patre tantum:ut ipsi credebant prouenire:utq;
in azimo sine fermento triticeo pane corpus christi consecraretur : ac purgatorii locũ
esse crederent.Postremo uero ut faterentur Romanum pontificem uerum christi uica
rium:Petriq; legitimum successorem primum in orbe locum tenere:cui & oriẽtalis &
occidentalis ecclesia merito pareret.Abeuntibus autem græcis re hoc modo composi-
ta:Armenii etiam cum fide nostra conuenere:sublatis crebris disputationibus eorum
erroribus,pmulgatisq; Eugenii litteris super ea re:quæ rationem concordiæ ostenderẽt
cum inscriptione.Datũ ĩ sacrosancta oeconomica sessione concilii Florentini: quod in
cathedrali ecclesia habitum est:anno domini.M.cccc.xxxviii. uigesimasecunda nouẽ-
bris die.Præterea uero ut partes suas augendo Basiliense concilium infirmaret: eodem
tempore concistorio publico decem & octo cardinales creauit:quorum de numero fu
ere duo græci:Rutenus & Nicenus:ut eorum auctoritate græcorum natio in fide con
tineretur:quæ haud ita multo post ĩ antiquos mores recidit.Habere tamen se alios di-
xit:quorum nomina deinceps nunciaturus esset.Ii autem fuere Petrus Barbo ex soro-
re nepos:& Alouisius Patauinus quem deinceps patriarcham Aquileiensem & camera-
rium fecit:translato ad uicecancellariatum Francisco Condelmerio.Interea uero dum
illa:quæ scripsimus ad ripam Tridenti agerentur:existimarentq; homines Picenninum
& Mantuanum principem accepto tanto incommodo cessuros; inde celeriter abeun-
tes Veronam urbem capiunt.Per Citadellam ingressi admotis ad muros scalis nemĩe
uigilum sentiente:stridente maxime ea nocte Aquilone uento:ad quem uitandum ob
immensum frigus relictis magna ex parte stationibus custodes sese ĩtra tabernacula re-
ceperant Franciscus autem Sfortia captam ab hostibus Veronam intelligens eo pro-
pere omnes copias mouens recuperandæ urbis spem mente concepit : ubi uidit & ca-
strum uetus & arcem sancti Fœlicis in monte sitam adhuc in potestate Venetorũ esse:
qua quidem structis aciebus urbem ingressus hostes magno clamore inuadit . Fuerunt
obuiam Philippi duces cum paucis equitibus: nondum enim omnes eius copiæ super-
uenerant.Pugnatur acriter in ea parte urbis:quam insulam uocant.Tandem uero cum
pauci a pluribus pellerentur:in pontem(quẽ Accole nouũ appellant) Picẽnini ac Man-
tuani principis milites sese recipientes:uim hostium aliquandiu sustinent. Ibi dum ab
equitibus(ut fit) manus conferunt ; dumque plures paruo in loco conglobati resistũt:
pons ligneus quo lapideus coniungi ac disiungi pro arbitrio solet nimio pondere pres
sus concidit . Submersi ferme omnes qui e ponte in flumen ceciderant fessi diutina
pugna : & pondere armorum pressi . Accurrens deinde ad pontem nauium Franci-
scus traductis copiis Picenninum & Mantuanum fidem ciuium suspectam habentes
penitus urbe quatriduo post captam eandem expulit.Tum uero Philippus animo con
cipiens distrahi Franciscum a Venetis posse : si florentinos bello uexaret : qui paribus
auspiciis atque impensa Franciscum mercede conduxerant : Picenninum media hye-
me in Hetruriam : cum sex millibus equitum mittit.Tum Florentini accersito Petro

iam Paulo egrægio copiarum duce:rogatoq; Eugenio ut milites ex foedere ad defen-
dendum Hetruriam acciret:ire obuiam Picennino instituerant. Verum cognita Ioan-
nis Vitelleschi cum Philippo coniuratione:qui tum exercitui ecclesiastico legatus præ
erat:cum non amicus ut præ se ferebat:sed hostis in Hetruriam cum sex millibus equi
tũ uenturus esset:iunctisque cum Picennino copiis Florentinos inimico & hostili ani-
mo persecuturus:dant operam qui tum Florentiæ in magistratu erant:siue ueris: siue
fictis Eugenii litteris:ut dum copias per pontem Hadriani traiicit : ab Antonio Ridio
arcis præfecto interficeretur:quod etiam factum est. Neq; enim iuuari a suis potuit: q
iam pontem traiæcerant:ipse nanq; extremum agmen subsequebatur. Comes auersus:
qui sub patriarcha militabat:amisso duce eius impedimenta Roncilionem secum de-
tulit. Liberati aũt tanto timore Florentini cũ Eugenio calide aguntur:ut Lodouicus Pa-
tauinus in demortui Vitelleschi locum suffectus copiis ecclesiæ in unum coactis reip.
Florentinæ iret auxilio Alouisii enim uafri & astuti opera sublatum e medio Vitelle-
scum crediderim. Picenninus autem in Mugellanam uallem descendens longe ac late
Fesulas usque cædibus & rapinis omnia complebat. In Cassentinum deinde conuersus
comite Poppii adiuuante multa oppida ad defectionem compulit. Inde uero Perusium
proficiscens urbem pacato agmine ingressus:legatum qui tũ ibi cũ ĩperio erat ad pon-
tificem Eugenium cum mandatis quibusdam mittit. Interim uero capto ærarii magi-
stro:quem uulgo thesaurarium uocant:totum ciuitatis statum repente mutauit. Dele-
git enĩ ciues decem:q; uitæ ac necis in reliquos omnis potestatem haberent. Veriti au-
tem perusini ne tyrannidem occuparet cum homine pepigere:ut acceptis quinquagin
ta millibus nummum aureorum ab urbe discederet:qui accepta pecunia Cortonã mo
uens urbem:ut ipse arbitrabatur proditione occupaturus:patefacta coniuratione ac p-
ditoribus partim interfectis:partim ab urbe pulsis: Tifernũ(quod ciuitatem castelli uo-
cant)adiit. Mouẽt & florentini anglare suæ ditionis oppidum suis auxilio futurũ:siquid
per uim moliri. Picenninus conaretur. Agebantur hæc in hetruria cum Franciscus Sfor
tia superata ad Benacum Philippi classe:cui Italianus Furlanus præerat:non solum Bri-
xiam ac Bergomum obsidione liberat:uerum ea æstate superatis ad Soncinum Philip-
pi ducibus:captisq; eiusdem mille & quingentis equitibus:& Brixiana castella: & partẽ
Cremonensis Mantuaniq; agri:ac totam Gerram abduæ in uenetorum potestatẽ bte-
iti redigit. Amisit tum Mantuanus princeps Asolam: Lonatum:Pischeriam tria oppi-
da satis magna:ac munita nemine defendente : nam absente Picennino congredi cum
hoste aperto marte nusq; ausus est. Tum uero Picenninus commutatam in Venetia for
tunam intelligens:ob eamq; rem frequentibus nunciis & litteris accitus ; tum a Philip-
po;tum a Mantuano principe:fatigatusq; militum precibus:qui magna ex parte Cisal-
pini erant:motis a Tipherno castris ad Burgum suæ ditionis oppidum quod e regione
Anglarii positum est peruenit:ea mente ut uel ui uel astu cum Florentinorum pontifi-
cisq; exercitu decerneret:qui(ut diximus)ad Anglare consederant. Ad tertium itaq; ca-
lendas iulias dies is Petri ac Pauli celebris erat:Picenninus structis aciebus emensus pla-
niciem quattuor millium passuum prælium iniquo loco commisit : ratus occasionem
bene gerendæ rei sibi oblatam esse:q; gregarias hostium pabulatum profectos intelle-
xerat. Subeundum erat ei in aduersum Cliuum:quem facile e superiore loco hostes p-
pellebant. Dimicatum est tamen ad quinq; horas constanter : tandem uero Picenni-
nus a multitudine hostium & stulticia Frãcisci filii:qui e statione discesserat superatus
Burgum repetit:magno accepto incommodo:amissisq; signis militaribus. Sequenti au
tem die relicto Burgo in potestate oppidanorum:cum his tantum qui ex prælio super-
erant iter per Flammineam faciens ad Philippum redit. Oppidani burgenses ueriti
ne in eos asperius animaduerteretur:q; a pontifice desciuissent impetrata per ora-
tores uenia : & corporum ac rerum omnium incolumitate sese legato dedidere.
Gratissima ea uictoria tum Eugenio tum Florentinis fuit. Ferunt Alouisium pa-
tauinum ob eam uictoriam in numerum cardinalium tum relatum fuisse. Eadem
quoque æstate Florentini comitem Poppii:qui cum Picennino senserat:hetruria pellũt

Philippus autem tot cladibus circumuentus ad externa auxilia respiciés: Alphõsum Neapolitano regno tum potitum rogat: ut quæ Sfortiani in regno oppida tenerent bello uexaret: quo Franciscus Sfortia a Venetis distraheretur. Hac itaq; in re Philippo morem gerens Alphousus Franciscum tamen a bello initu reuocare nuuq̃ potuit. Is. n. ubi primum pabuli copia esse coepit: cum equitum quindecim millibus peditũ sex Pischeria Brixiam mouẽs: apud Cignanũ uicum Picennino fit obuiam: hoc animo ut hosti pugnãdi copiam faceret: non detrectauit certamen Picenninus: & si numero copiaꝝ inferior erat suorum uirtute fretus. Pugnatum est aliquandiu atque acriter incerta tamen uictoria utrinq; discessum est. Tum uero Franciscus satis sibi factum ad belli famam existimans ꝙ ultro hostem ad certamen ꝓuocasset: exercitũ circũferens quædam oppida per hyemem a Picennino capta in potestatem Venetorum redigit. Martinengũ deinde profectus: quod Picenninus firmo præsidio muniérat oppidum obsidione cígit & oppugnat. Verum Picenninus aucto exercitu aduentu Francisci filii & principis Mãtuani eo proficiscens: mille passibus longe ab hoste castra locans: eum frequẽtibus proeliis ad uniuersæ rei dimicationẽ prouocat: qui remisso priore manum cum hoste conserendi ardore ad expugnãdum oppidum totus ferebatur. At uero cum Picenninus castra sua hostium castris magis in dies conferens: eo discriminis Franciscum redægisset: ut neq; eius gregarius miles ire pabulatum sine periculo: neq; commeatus submitti tuto; neque inde exercitus abduci sine magno discrimine posset: præter omniũ spem pax subito enunciata est. Iam antea occulte: agitata inter Philippum & Franciscum Eusebiolo quodã cognomento: Chaim ultro citroq; cõmeante ignaro Picẽnino: qui tanta re præcepta deos hominesq; accusabat: præcipue uero Philippi inconstantiam q̃ uictor pro uicto pacem peteret. Digrediẽtibus autem inde exercitibus: ad Caprianam pax hoc modo cõposita est. M. cccc. xlii. ut Franciscus Blancha Philippi ducis filia in uxorẽ ducta: Pontremolum & Cremonam in dotem cum agro Cremonensi acciperet præter Picigitonum & ea castella quæ Mantuanus & Pallauicinus de Cremonẽsibus possideret: utq; illa præterea quæ Philippus & qui cum Philippo sentiebat bello cæpissent: quæq; item Veneti eorũq; socii præter Asolam Lonatam pischeriam: quæ Mantuani principis ante id bellum fuerant redderentur utque qui huic sententiæ stare noluisset communis omnium hostis haberetur. Hanc uero pacis conditionem ægre admodum Eugenius ferẽs: ꝙ Frãciscus cæteris sociis se posthabito de amissis restituẽdis cauisset: existimationemq; suam non reddita Bononia: quam Picenninus occupauerat contempsisset: abire Florentia Romam instituit: eoq; in loco utpote liberiore de recuperãda ecclesiæ ditione cogitare. Verum ut omnia pacata inueniret: Alouisium Patauinum sancti Laurentii i Damaso presbyterum cardinalem præmisit: qui & canonicos regulares pulsis sæcularibus in ecclesiam lateranensem remisit. Pulsi enim a presbyteris sæcularibus fuerãt: dum contenditur: utri christi corpus ferrẽt in celebritate eiusdem: dum letaniæ fiunt ac supplicationes. Et de Gino Albanesio uiro in re militari præstanti sumptũ supplicium: quia per eum non stetisset quo minus pax inter Alphonsum & Eugenium iniri turbaretur. Afficitur & capitali poena Paulus Lamolara: uir præstantis animi inuictiq; roboris: cuius uirtus homini magis astuto q̃ forti suspecta erat. Rebus autem hoc modo compositis Eugenius Florentinis quouis modo frustra eum retinere ãnixis Romam ueniens: Anno. M. cccc. xliii. xxviii septembris: effusa obuiam urbana multitudine nullo nou genere honoris adhibitu: ad portam Flamminiam noctu diuertit. Sequenti uero die ad sanctũ Petrũ iturus paratis de more supplicationibus pontificio habitu ꝑ urbẽ incedẽs tumultuantem populũ ĩtelligit ob duplicatũ tributũ: uectigalq; nouũ uino ĩpositũ. Hãc ob rẽ facto silẽtio audiẽtibus oĩbus exactionẽ illã ut minus liberalẽ sustulit: quo facto statim subclamatũ ab oĩbus ẽ: uiuat Eugenius: cũ antea clamasset: moriant noua uectigalia eorũq; iuẽtores. Post dies uero decẽ & nouẽ ad lateranũ ꝓficiscẽs: concilium generale eo loci se habiturum omnibus denunciat: missis ad prĩcipes litteris & nunciis: q̃bus ea de re certiores fierent. Hac enim ratione infirmari: ac tolli omnino cõcilũ Basilẽse uolebat. Rebus autem hoc modo Romæ compositis iniuriaꝝ memor

Picenninum belli ducem in Picentes: quos Franciscus bello subægerat acciuit: qui Bononia abiens dum Perusium proficiscitur: Tifernates Florentini populi socios ad defectionem compulit: Eugenio rem gratam facturus Florentinis infenso. q Franciscũ pecunia ad oppugnandũ retinẽdũq; Picenum semper iuuissent Alphonsus item qui superiore anno Neapolim iam diu obsessam per cloacam ingressus: pulso inde Renato ceperat: Picennini uirtute ac fama permotus: hominẽ non ducem solum: quem exercitui suo præficeret deligit: uerum etiam honoris gratia cum in adoptionẽ familiæ aragonẽsis recipit: qui statim accæptis ab Eugenio & Alphonso in sumptus belli pecuniis: Picẽtes ingressus multa oppida frustra renitente Francisco Sfortia: qui relicta Cremona cũ firmo præsidio eo profectus fuerat: in deditionem ecclesiæ redigit. Eodẽ fere tẽpore mortuo Ioanne Francisco Gonzaga: Veneti & Florẽtini de futuro soliciti: Lodouicũ Gonzaga Ioannis Francisci hæredẽ & filiũ: quem Philippo si oporteret obuciãt mercede conducunt. Quiescentibus autẽ in Cisalpina rebus: Hãnibal Bentiuolus ĩ arce Pelegrini oppida iubente Picennino ob suspicionẽ cõiurationis aliquãdiu asseruatus: deceptis custodibus Bononiam rediens: conuocato ad libertatẽ populo: Franciscũ Picenninum urbis præfectum: cum præsidio cõprehendit: quo facto exules omnes: tum fuæ: tum aduersæ factionis: maxime uero Baptistam Cãnedolum in patriam reuocat. Missi deinde sunt a Bononiensibus ad Venetos & Florentinos legati societatem & amicitiã petentes: qua quidem impetrata domum redeuntes: arcem quæ adhuc in potestate hostium erat: cũ sociorum copiis ad id missis capiunt: ac captam statim dirripiunt: Alouisiumq; Vermem ex agro Bononiensi fugant. Tum uero Philippus ægre ferens: Bononienses cum Venetis ac Florentinis sentire: amicos quosdam Baptistæ subornat: auxilium eis pollicitus: ut Hãnibalem e medio tollant: quo principes ipsi cum sua factione in ciuitate remaneãt. Tum Betotius cannedolus fraudi ac sceleri intentus: Bononiensẽ quendam subornat: cui tum casu filius natus erat: ut Hannibalem in baptismate pueri cõpatrem sibi deligãt: quo exorato dat operã ut sequenti die infans ad sacerdotem deferatur. Baptizato puero Hannibalem pater ad ædem sancti Ioannis baptistæ: cuius tũ solẽne erat inuitat. Obtemperat etiã ea in re proditori Hannibal nullam fraudem subesse ratus: qui dum in uia esset a cõiuratis circũuentus occiditur: resistentibus aliquandiu duobus famulis caritate domini uim propulsare conãtibus. At Bononiensis populus ĩdignitate rei motus: sumptis propere armis cannedolæ factionis principes obtruncat: maxime uero Baptistam cuius cadauer & per urbem tractum: & cum magna ignominia sepultũ est. Accidit & tum Romæ scælus ingens: a suo enim cubiculario Angelottus sancti Marci presbyter cardinalis & uita & fortunis: quas tanta cum auiditate aggregauerat priuatur. Captus sceleratus ille ac uariis cruciatibus necatus quadrifariam diuiditur: ad quattuorq; urbis portas suspenditur. Veneti autem & Florentini ueriti: ne Bononia utriq; ciuitati in rebus bellicis peropportuna: ĩ manus Philippi ueniret: eo statim cohortes aliquot mittunt: quæ socios Bononienses iuuarent. Non fefellerat hæc opinio Venetos: eo enim Philippus rogantibus exulibus mittere: Picenninum cum exercitu instituerat: ni hominem mors præripuisset. Mortuum ferunt dolore animi: cum intellexisset Franciscum filium: quem in Piceno cum exercitu reliquerat cardinali Firmano legato: a Frãcisco Sfortia superatum. Sequenti tamen anno Philippus haud animo concidens: Eugenium ad repetendam bello Bononiam adhortatur militem ac ĩpensæ partẽ pollicitus. Quare pmotus põtifex: inito etiã cum Alphõso foedere: Sigismũdũ Malatestã cũ magno equitatu ĩ picẽtes cõtra Frãciscũ mittit: quo facilius distractis florẽtinoq; copiis: Bononia premi ad deditionẽ posset. Præmiserat iã Philippus & Guielmũ Mõferratũ: & Carolũ Gõzagam cũ magnis copiis: qui agrũ Bononiẽsem hostiliter ĩgressi: incursionibus lõge ac late oĩa uexabãt. Moti uero socioq; periculo florẽtini: Astorgiũ fauẽtinũ cũ equitibus mille & quingẽtis: cũq; peditibus ducentis mittunt: q bononiensibus auxilio sit: donec aliud a uenetis & florẽtinis decerneretur. Agebantur hæc in Flãminia cũ Philippus præter opinionẽ oĩum Franciscũ picẽninũ ex Picenis accitum: cum magno exercitu calendas maii in cremonenses nil tale metuentes mittit:

qui captis passim rusticis: tantum terroris urbem die noctu oppugnando ciuibus intecit: ut paulum a capienda urbe abfuerit. Moti tum ueneti ac florentini Francisci ac cōmuni periculo: Cremonam & Bononiā eodem tempore tueri instituunt. Mittūt itaq; Tibertum Brandolinum ducem impigerrimum: qui cum populo bononiensi: cumque his quos florentini auxilio miserant: in hostes tendens simultate & odio inter se certātes (ad sanctum Ioannem oppidum hi confederant) pertracto in partes bononiensium pollicitationibus & proemiis Guhelmo Monferrato: ac Carolo haud magno negocio fuso & fugato: oppida omnia ex hostibus breui recæpit. Pacata autem hoc modo Bononia: auxiliares copiæ uenetoꝝ ac florentinoꝝ mandato bifariam diuisæ: pars Francisco Sfortiæ: qui usq; ad Vrbini moenia ab Eugenio & Alphonso ui pulsus fuerat: pars cremonēsibus grauiter a Frācisco picēnino pressis auxilio missa. Veneti decernere aperto marte cum Philippo instituentes: legatos qui ei bellum indicant mittunt. ni oppugnare Cremonā destiterit Oratoribus per internūcios responsum (neq; enī alloqui hominem fas erat) eos alibi q̄ Mediolani tutiores fore. Quo responso cōmoti ueneti: Michelleto Cotignolæ copiaꝝ suarum duci imperāt (qui tum Brixiæ erat) ut ī agrū cremonensem: quem Philippus magna ex parte occupauerat: cōfestim moueat: & cū hoste ubicūq; eū nactus fuerit: decernat. Is autem mandata diligenter facturus: traiecto Olio: ad Cassale maius celeriter ꝓficiscitur: hostēq; haud longe in insula Padi munitissimo loco considentē: uado traiiciens castris exuit: ac magnam uim equitū cæpit. Recuperatis deinde oppidis omnibus: liberataq; obsidione Cremona: aucto etiam Lodouici Gonzagæ copiis exercitu (qui Platynam & castella quædam agri cremonensis ī deditionē uenetoꝝ redægerat) in gerram Abduæ mouētes: nil præter Cremam citra Abduam Philippo reliquere. Flumē deinde traiicientes: Mediolanū usq; peruenīūt: incendiis & rapinis omnia passim complentes. Dirrepta autem Briantiæ monte: Breuioq; capto: qua pōte Abdua iungitur. Lecum Larii caput oppugnare adhorti: acritrer qui in præsidio erant locum defendentibus: cū integri fessis ac saucius nauibus submitti possēt: multis in ea oppugnatione desideratis: equisq; ad extremā maciem inopia pabuli redactis: tandem re infecta abiere: de Francisco Sfortia soliciti: quem in partes Philippi descendere clam ītellexerāt. Interim uero Alouisius patauinus pōtificis legatus qui his præerat copiis: quæ in picentibus cōtra Franciscū Sfortiam dimicabant: cognita Italiani ac Iacobi Gaiuani: qui partim Philippi: partim Eugenii stipendiis militabant: ad Franciscum trāsitione: eos anteq̄ id fieret: ad Rocham cōtrariam conprehendi iubet: & captos supplicio capitali affici. Vterq; enī mille & quingentis equitibus præerat. Hac aūt re permotus Franciscus Sfortia: cū amplius sustinere hostes non posset: quippe a multis simul oppugnatus: & a nemine adiutus: adhortante ad eā rem Eugenio & Alphonso: qui rem uenetam augeri indignabantur: omisso Picenino Philippi militiā secutus: eius copiis præficit. Interea uero Eugenius: ne rem bellicam solum curare uideretur: Nicolaum Tollētinatem ordinis sancti Augustini: miraculis clarum in sanctos referēs: a sancto Petro cū omni clero supplicādo: ad sanctū Augustinū ꝓfectus solennia ipse celebrat: astāte populo romano: cardinaliūq; omniū coetu. Praeterea uero pulsis omnino e sancto Ioanne laterano canonicis sæcularibus: admissisq; tantūmodo regularibus: & porticū illā extruxit: qua ab ecclesia ad sancta sanctoꝝ: & claustrū ubi sacerdotes habitarēt restituit: auxit & picturā tēpli a Martino antea inchoatā Præterea uero sancti Siluestri mitram Romam Auenione delatā ipsemet e Vaticano ad lateranū detulit magna cū ueneratiōe: & letania sacerdotū omnium populiq; romani. Veꝝ cū Alphōsus rex Tybur tū uenisset de ratione belli gerēdi cū Eugenio collocuturus: eius ægritudinē ītelligēs aliquātulum subsistit. Eugenio aūt ī aīum uenerat florētinos: qui hostē iuuerāt bello ꝑsequi. Existimabat nāq; si suis: si regis: si Philippi copiis eos adorireť: eam urbem in quas uellet partes facile adductū iri: ueꝝ interuentu mortis disturbata sūt oīa. Moriť aūt pontificatus sui anno decimosexto: septimo calēdas marcii: anno. M.cccc.xlvi. uir certe ī uita uarius. Prīcipio enim pontificatus sui malis consiliis ductus: diuina humanaq; oīa perturbauit. Nam & populum romanum ad arma exciuit: & concilio basiliensi: unde infinita

mala orta sunt auctoritatem dedit:approbatis eorum per litteras apostolicas decretis. Verũ postea ad se ipsũ rediens:omnia prudenter ac constantissime ægit:uir aspectu insignis:& ueneratiõe dignus:grauis in dicẽdo potiusq̃ eloquẽs:modicæ litteraturæ:multæ cognitionis historiæ præsertim. Liberalis in omnes:tum uel maxime in litteratos:quoꝝ familiaritate delectatus est. Nam Leonardum aretinum:Carolum:Poggium:Aurispam:Trapezuntiũ Blodum uiros doctissimos secretis suis admisit. Ad iram non facile mouebatur ob iniurias illatas & maledicẽtiam hominum: aut mimos & dicteria scribentium. Gymnasia omnia q̃ diligentissime fouit:maxime uero romanum:ad qđ omne genus litteraturæ adhibuit. Religiosos mirum ĩ modum dilexit: eosq; opibus & immunitatibus auxit:bella autem ita amauit:quod mirum in pontifice uideri debet:ut ad ea quæ scripsimus ab eo in Italia gesta:& Delphinũ Caroli regis francie filiũ composita prius inter regẽ & ducem Burgũdiæ pace cũ magno equitatu ĩ basilienses cõcitauerit:cuius impetu dissipatus ille cõuẽtus est:& Vladislaũ polonũ regem cum Iuliano cæsarino diacono cardinali ĩ thurcos miserit:quoꝝ de nũero ad trigita milia uno prælio cæsa inter Hadrionopolim & danubium sunt:licet in tanta uictoria rex ipse cũ cardinali ab hostibus interfectus sit. Constans præterea in pactis seruãdis est habitus nisi quid pollicitus fuisset:quod reuocare q̃ pficere satius esset. Splẽdidos ĩ uictu familiæ: parcus in suo & a uino ita alienus:ut abstemius merito uocaretur. Familiares habuit admodũ paucos. sed uiros doctos:& quorum opera in grauibus rebus uti posset:quosq; tanquã suæ modestiæ testes in cubiculũ cænaturus admittebat ac sciscitabatur quid ĩ urbe fieret:quid de pontificatu suo sentirent homines:ut errata sua uel suorum siquid perperam factum esset emendaret. Exornare autem ecclesiam dei ædificiis & sacellis est annixus:ut ex capella pontificia & æneis sancti Petri ualuis apparet. Moritur autem(ut dixi)uir ingenio & rebus gestis insignis ætatis suæ anno sexagesimo quarto:sepeliturque in Basilica Petri sepulchro marmoreo his uersibus notato: Eugenius iacet hic quartus cor nobile:cuius testantur uitæ splendida facta suæ. Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu:Alter ab occaso cæsar uterq; pedes:Alter ut accipiat fidei documenta latinæ:Alter ut aurato cingat honore caput. Quo duce & armenii graiorum exempla secuti Romanam agnorũt æthiopesq; fidem: Inde syrii ac arabes mundiq; e finibus indi Magna:sed hæc animo cuncta minora suo. Nam ualida rursum theucros iam classe petebat. Dum petit asstillum sustulit atra dies. Qin semper uanos tumuli contempsit honores:Atq; hac impressa cõdite dixit humo. Sed non quem rubro decorauerat ille galero. Non hoc frãciscus stirps sua clara tulit:Susceptiq; memor meriti tãnobile: quod nunc Cernis tam præstans surgere iussit opus. Vacat tum sedes diebus.xii.

NICOLAVS.V.

NICOLAVS Quintus Thomas Sarzanus antea uocatus a Sarzana oppido Lucensis agri pontifex omnium consensu creatur pridie nonas martias. M.cccc.xlvii. uir quidẽ modicis parentibus:utpote matre Andreola:patre Bartholomeo physico natus:sed uirtute doctrina comitate gratia:liberalitate:magnificentia tanto pontificatu dignus:licet ipse adeo modestus erat tanto magistratu se indignũ arbitraretur:rogaueritq; cardinales omnes supplex etiã ut ecclesiæ dei maturius consulerent. Verum tarentino Cardinali eum adhortante:ne cursum sancti spiritus impediret: collum tanto oneri subiæcit. Interrogatus(ut fit)Cardinalis portugalensis e conclaui prodiens quem pontificem creassent: respondit non nos Nicolaum: sed deus pontificem designauit. Sunt autem qui scribant Thomam Pisis natum: Lucæ educatum: Bononiæ litteras & bonas artes didicisse: maxime uero philosophiam & theologiam adiutus beneficentia sanctissimi uiri Nicolai Albergati Cardinalis sanctæ crucis adolescentis ingenio delectati. Hanc ob rem in pontificatu hominis de se bene meriti nomen sumpsit. Cum uero magistri nomen in Gymnasio consecutus esset:acerrimis disputationibus ꝓbatus Cardinalẽ sanctæ crucis secutus: familiæ tanti uiri oeconomus factus:in numero scriptoꝝ poenitẽtiariæ primo refertur:deicęps subdiaconatũ

pontificium adeptus: bene agendo uitaq; sine inuidia & æmulatione ducendo maiora mente cōcæpit. Iam enim Eugenius cognita hominis doctrina & integritate: in illis potissimū disputationibus quæ cū græcis Florētiæ & Ferrariæ sūt habitæ: eū cardinalē destinauerat. Ve℞ ut id honestius fieri posset: hominē cū Ioanne caruagialla: qui postea sancti Angeli cardinalis est habitus: in Germaniā mittit ad tollendū Basiliense cōciliū neutralitatēq;. Neutrales enim ideo germani sūt dicti: quod neq; Foelicis neq; Eugenii dictis obtemperarēt. Quas ob res ecclesia dei multas & maximas calamitates incurrebat cū īminutione maiestatis pōtificiæ. Hac aūt de re pluribus ī cōuētibus apud Foedericū Romano℞ regē est desceptatū Aenea picolhomineo qui deinceps pōtifex fuit: quiq; tū regis secretarius erat: ad tantā rem tāq; necessariā longis orationibus oēs adhortante. Difficile quidē erat remouere germanos ab opinione sua falsa præsertim. Difficile item uidebat persuadere Eugenii oratoribus: ut postulatis germano℞ obtēperarēt. Tandē uero delinita orationibus nimia orato℞ seueritate: & castigatis germano℞ postulatis: scisma & neutralitatē rem quidē romanæ sedi perniciosā sustulerāt: si stare promissis germani uoluissent. Redeūtes itaq; ad Eugeniū cum hac opinione legati: subclamantibus oībus cardinales decernuntur: eisq; Eugenius ad portam flāmineā galeros obuiā mittit: ut urbē insigniores ingrederent. Vno itaq; eodēq; anno Thomas Sarzanus & episcopatū bononiēsem: & cardinalis dignitatē: & pontificatum adeptus est: eū maxima totius cleri populiq; romani lætitia: licet dū adhuc in cōclaui cardinales essent tumultuatū aliquātulū sit: Stephano Porcario equite romano uiro ī dicendo acerrimo & elegāti: ciues suos in ecclesia Aræcoeli cōgregatos ad capescendā libertatē cohortante: q; diceret paruū quodq; oppidū mortuo loci domino de libertate: uel saltē de moderāda regentiū cupiditate uerba facere. Ve℞ reclamāte archiepiscopo Beneuētano tum quidē uicecamerario: de re ipsa nil deliberatū est. Veriti etiam romani sunt Alphonsum regē qui Tybure substiterat: mortuo Eugenio dubius animi retrone cederet an florentinos bello persequeret: quēadmodū antea cū Eugenio & Philippo instituerat. Hominē autē ita nutantem duo senēses qui ciuibus discordiis alebant: ad Hetruriæ imperiū aducere animū perpulere: quod pfacile esset cōsecutus: si Senas profectus eam ciuitatē sponte sese deditura ī potestatē suam redægisset. Collaudauit senenses rex: eisq; ad solicitandos animos ciuiū dimissis affuturum se ī tēpore pollicetur. At Nicolaus pōtifex pacis & qetis amator: cælebrata de more coronatiōe sua factisq; īgēti apparatu lætaniis: quibus ipse pedes supplicabat: cardinalē mōnēsem Ferrariam mittit: cōponendæ pacis cōmune domiciliū: quo legati interuētu & auctoritate ad pacē magis īpellerentur partium animi. Missi & eo ppere Alphōsi: Philippi: uenetorum: florētinorūq; legati: qui post longam disceptationem hanc Philippo optionem dederet: ut uel inducias in quinquennium a uenetis florentinisq; acciperet: utraq; parte possidente quæ tenebat: uel pacem permutata Crema cum his oppidis quæ ultra abduā uel in ripa Abduæ bello ueneti cæpissent: Cassano tantū in arbitrio pōtificis relicto: quod illi ex foedere debebatur: cui primo illatæ essent iniuriæ. Hoc aūt additū est: quo pax diuturnior haberetur. Missus autem ex legatis Philippi unus qui ei optionem faceret: ut utrum mallet: eligeret: hominem pridie eius diei quo Mediolanū peruenerat apoplexia mortuum intelligit sexto idus augusti. M.cccc.xlvii. Tū morinēsis cognita Philippi morte: legatos omnes ad se propere uocat: & nihilo segnius q̄ antea de pace agit. Interrogati ueneti: irent ne in eam sententiam quam prius approbauerant: respōdent Philippi morte eius rei nil sibi integrū reliqui: ad senatū ea de re uelle pscribere: tum demum facturos quod a ciuitate mandaretur. Hac itaq; mora īterposita: qui aderāt. Legati cognita uenetorum cupiditate: q; totius italiæ dominatum appeterent: soluto cōuentu domos quisq; suas rediere: legato pōtificis frustra eos ad concordiā reuocante. Veneti aūt qui ad Sorefinā in agro cremonēsi statiua habebant: q; Cremonā tumultuantē adiuuantibus guelphis ī deditionē posse recipi sperabāt. Cognita Philippi morte Laudā ppere mouēt: qua recæpta placētinos quoq; eadē qua laudenses conditione in fidem suscipiunt: missis eo ac propere quidē mille & quingentis equitibus: qui placētinis auxilio esset si qua

uis ingrueret. At uero Franciſcus Sfortia qui tum ex piceno pulſus in bononienſi agro
cõſederat: reuecturus exercitũ diutino bello armis: equis: uiris exhauſtũ occupari oĩa a
uenetis soceri morte ĩtelligẽs: magnis itineribus Cremonã ꝓficiſcẽs: a mediolanẽſibus
ſtatim ſũmo omniũ cõſenſu exercitus ac copiaꝝ dux contra uenetos deligitur. q Pado
amne cõiuncto caſtelliſq; ac machinis firmato: quominus ueneti Placẽtiã claſſe cõtẽde
rẽt Abduã amnẽ ad picigitonũ traiciens: non longe ab hoſtibus ad Camuragũ conſi-
dentibus caſtra ponit: ubi parua quædã certamina ad tentandã credo hoſtium patien-
tiam ſunt cõmiſſa. Tũ uero papienſes ſumptis ob aduẽtũ Franciſci paululũ animis: cũ
ab imperio mediolanẽſiũ propter uetus inter eos odiũ aborrerent: cũq; item extrema
quæq; pati mallẽt: q̃ uenetis obtẽperare: qui eoꝝ ſocietatẽ aſpernati eſſent: urbẽ Frã-
ciſco dedũt præfecto arcis nõ abnuẽte: quo additamẽto Sfortias Inſubriæ dominatũ
ſtatim mẽte cõcæpit. Agebãtur hæc in Ciſalpina gallia: cũ Alphonſus eodem tempore
Nicolao pontifice fruſtra reclamãte cũ exercitu ĩ ſenenſium maritima deſcẽdens: eoꝝ
libertatẽ ſubuertiſſet: ni florẽtinus populus cognita regis caliditate legatũ Senas miſiſ
ſet: qui ciuitatẽ admoneret Alphonſũ regnãdi cupidũ Senenſes bello nõ minus q̃ flo-
rẽtinos petere. Tũ uero Senẽſes cognito periculo: & ſi regi cõmeatus nõ negabãt: nõ ta
men quẽpiam ex regiis militibus ĩgredi ſua moenia deinceps ſunt paſſi. Rex itaq; cogni
ta Senenſiũ diligentia in Volaterranũ & piſanũ agrũ deſcẽdens: multa caſtella ꝑtim de-
ditione: partim ui cæpit: maxime ueto Caſtilionũ piſcariæ quæ oppida florẽtini haud
ita multo poſt recæpere præter Caſtilionũ: Sigiſmũdo malateſta duce: quẽ antea Alphõ
ſi ſtipẽdio cõductũ ab eo ad ſe deficere pecuniis cõpulerãt. Nõ deſiſtebat interim Nico
laus pontifex tũc regẽ: nũc uenetos adhortari: ut pacem q̃ bellũ mallẽt: ſed ii ferocia ex
ultantes bene monẽti nequaq̃ obtemperabãt. Hãc ob rem Franciſcus cõparato ingen-
ti exercitu: ĩ quo robur italicoꝝ militũ inerat brachianis & Sfortianis militibus ſimul
iũctis: ad Placẽtiã firmo uenetoꝝ præſidio munitã medio autũno caſtra locat: ꝑtemq;
muroꝝ bombardis demolitus: creſcente pado adeo: ut galeones (ita enĩ naues fluuia-
les ad bellũ aptas uocant) moenibus appellarẽtur: terræſtri, ac nauali oppugnatione ur-
bem capit ac diripit. Magna hæc Frãciſci laus eſt habita: ꝙ hyeme tanta hymbriũ in-
undatione: ut ægre ĩ tabernaculis miles retentus ſit: tantam urbem ui cæperit. Non
deſtitit tamen Nicolaus pontifex de pace tum quidem mentionẽ facere: ĩſtantibus etiã
apud uenetos ſocios florẽtinis: ꝙ regis potentiã uererentur: qui tum cũ exercitu in He
truria erat. Verũ ea de re nil actum eſt: ꝙ Laudã ueneti mediolanẽſibus id maxime pe-
tentibus reddere grauarentur. Nicolaus autem põtifex omiſſa re totiens fruſtra tẽtata
ad rem diuinã animũ applicãs: ĩgentes ſupplicationes decernit ad placandam iram dei:
præcãdumq; ut pacem chriſtiano populo præſtaret: his lætaniis pontifex ipſe cũ omni
clero a ſancto Petro uſq; ad ſanctũ Marcũ profectus eſt multam religionẽ & ſingularẽ
pietatem præ ſe ferẽs. Verũ neq; ita quidẽ exigentibus id ſortaſſe hominũ meritis dei
ira placata ẽ. Nã ſequenti biennio adeo ubiq; fere peſte laboratũ eſt: ut pauci de mul-
tis ſuperfuerint: quod quidem malũ & freqũes terræmotus & echlipſis ſolis indicare
uidebatur. Minabanť ii: quos prædicatores uulgo appellãt futurã calamitatẽ maxime
uero Robertus ordinis ſancti Frãciſci profeſſus prædicator inſignis: qui cõcionibus ſu
is adeo populũ romanũ mouit: ut pueri paſſim foeminæq; per urbẽ ĩcederẽt miſericor
diã a deo expoſcentes. Et nequid mali ĩ Italia deeſſet: bella quæ ante incohata diximus
adeo inualeſcebãt: ut ſedari nullo modo poſſe uiderenť. Nam Franciſcus Sfortia ſequẽ
ti æſtate expugnatis qbuſdã uenetoꝝ caſtellis: ĩ eorum claſſem qua cremonenſes uexa-
bant cum terræſtri naualiq; exercitu profectus: eam cedere retro ad Caſale maius coe-
git: quo & hoſtem inſecutus: cum eius claſſem in naualia ſubductum bombardis diſ-
iecerit: ad tantam deſperationem præfectũ uenetũ redægit: ut ĩcenſa claſſe: quã tueri
non poterat effuſa fuga in oppidũ ſeſe recæperit. Inde uero Franciſcus abiens non am-
plius de Cremona ſolicitus ſublata hoſtium claſſe: in Gerram abduæ mouens: ad Car
rauagium firmo hoſtium præſidio munitum caſtra locat. Mouent & eo ueneti de exi-
ſtimatione ſua actum putãtes ſi oppidum a mediolanenſibus occuparetur: qui poſitis e

regione hostiū circiter mille passus castris suis tēpori se affuturos si oppugnatione ue
xarentur ostēdūt. Crebra quottidie cōmittebāt praelia: utpote ex tā ꝓpinquis castris.
Veꝝ cū ad sūmā dimicationē uentū est in uia paludibus undiq; coarctata: ad quā pri
mae uenetoꝝ acies retrusae: neq; cedere (ut ī pugna facere plerunq; necesse ē) ꝓpter sub
sequentes: neq; pugnare ī tam augusto loco ꝓpter īstantes hostes poterāt oppressae pe
nitus & obtritae cecidissent: nisi a nouissimo agmine fugiendi initiū ortū fuisset. Tum
uero Franciscus cedentem hostem īsecutus: & castris ꝓpulentissimis eū exuit & equi
tū ac peditū circiter quinq; millia capit. Postea uero Franciscus brachianis eo ῑuito ad
expugnandā Laudā mādato mediolanensiū ꝓficiscētibus: cū reliquo exercitu Brixiam
mouēs: urbem obsidione cīxit. Hac uero calamitate ꝑmoti ueneti de se actum existima
bāt: nisi pacē cū Frācisco cōponerēt: orta iam inter Frāciscū & mediolanēses simultate:
quae his legibus cōposita est: ut sumptis ī mediolanēses armis quicquid ultra abduam
padumue Frācisci: quicquid uero citra abduam caperetur uenetoꝝ esset: collatis eidē
a florētinis ac uenetis singulis mēsibus sexdecim millibus nummū aureorū: īmissisq;
aliquot turmis auxilio: donec Mediolano potiref. Inito itaq; hoc mō foedere: allectisq;
ad se quos potuit copiaꝝ ducibus pollicitationibus & ꝓmiis: in mediolanēses cōuer
sus omnes fere eorum ciuitates in deditionē recaepit: quo quidē successu permoti uene
ti longe aliter euenire Francisco cernentes q̄ arbitrati fuerāt: accaepta ex foedere Cre
ma: reuocatisq; militibus suis foedus cū mediolanensibus ineunt Francisci potentiam
reformidantes: si Mediolano potiref. Franciscus aūt simulata cū uenetis beniuolentia:
priuataq; magis Cosimi medices q̄ publica florētini populi pecunia adiutus: post multas
accaeptus illatasq; clades post longā & grauē oppugnationē: ut pote media hyeme post
defectionē & trāsitionē militū ad hostes. Aduersāte etiā Alphonso qui Mediolanū iure
haereditario deberi sibi dicebat: ob eāq; rem Lodouicū gonzagā mercede cōduxerat &
in bononienses miserat: quo suis tutius in Cisalpinā transire liceret: Mediolano tandem
potitur. anno. M.cccc.xlviiii. Iuuabāt quidem mediolanenses ueneti: īmisso cū exercitu
suo Sigismūdo malatesta: qui se picenino auspiciis mediolanensium militanti cōiunge
ret: sed pernegligenter: ut enecti fame ciuitatem uenetis potiusq̄ Francisco cōmitterēt.
Quare lōge aliter euenire cernētes q̄ putarāt: cū Alphonso agūt qui Franciscum inimi
co & hostili animo persequebatur inito prius foedere: ut homo dominādi cupidus pri
usquā inualesceret: ducatu mediolanēsi pelleretur: inuitant & florētinos ad eam rē. Ve
rū cū ii nūq̄ se aduersaturos Francisco dicerent: eorū mercatores ab urbibus suis uene
ti pellunt; idēq; ut Alphousus faceret tandē etiā impetrarūt. Nicolaus aūt pōtifex totā
Italiam ad arma cōcitari cernens: auctoritatem suā saepius interposuit quo pax cōpone
retur: ut sequēti anno libere oībus ex tota europa ad iubileū uenire liceret. Instabat. n.
quinquagesimus annus: quo iubileus de more indicebatur. Cardinales praeterea sex cre
auit: quorū de numero fuere latinus: Vrsinus: & frater ipsius pōtificis uterinus tantum
Philippus tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis: uir certe bonus īgenii
que liberalis. Interim uero Foedericus īperator instante pontifice: Foelicem cōpulit ut
se pontificatu abdicaret: q̄ cerneret tantam seditionē: & tam diuturnam ecclesiae roma
nae perniciosā esse: usus tamen hac benignitate erga Amedeū Nicolaus est. Ad hoīem
nāq; galerū cardinalatus misit: eūdemq; legatū Germaniae fecit: ne omnino sine digni
tate uiueret. Venere & in arbitrium pontificis cardinales illi quos Amedeus creauerat.
Hac uero cōcordia adeo letatus ē nō modo clerus omnis uerūetiā: populus romanus
ut ī sequēti nocte eius diei quo haec audita sunt. M.cccc.xlviiii. xxii. aprilis cū faculis ꝑ
urbē in equis incederent clamantes uiuat Nicolaus. Pontifex aūt ne ingratus erga deū
tanti beneficii uideretur: supplicationes admodū celebres cū populo & clero ī uatica
no habuit. Idē fecere & reliqui italie populi tā perniciosa seditione liberatā ecclesiā dei
cernentes. Tanta praeterea fuit pōtificis auctoritas & gratia: ut animos principū ad bel
lū iam cōcitatos aliquādiu repressserit. Instigabāt nāq; uenetos ad id bellū & Iacobus pi
cenninus: & Sigismūdus malatesta: & Carolus gonzaga acerrimi ipsius Francisci sfortiae
hostes & inimici. Pellexerāt etiā ī societatē suā ueneti Sabaudiae ducem: Marchionem

mōtisferrati:ac Corregii dominos:bononiésesq; & Perusinos:reclamāte pōtifice & mi-
te ne id facerét:cōcitare(sed frustra conati sūt)pacti cū Alphōso:ut dū ipsi Fráciscum
adorirétur florétinos bello destineret. At Fráciscus florétinoꝝ amicitia ac potentia fræ
tus:assumptoq; i societaté belli Lodouico gonzaga principe mantuano:ad bellū se cō-
stiti aío parabat. Hic ortæ sunt íter Carolū & Lodouicū graues inimicitie.ꝙ eius ami-
citiam sequeretur:qué ipse hostem haberet:quodq; oppida sua occupasset:que ei pater
ex testaméto reliquerat. Ná Lodouicus fratris i carcerem cōiecti uas factus: cū spopō-
disset octoginta milia nūmū auri:quo frater liberaretur uetissetq; solū Carolus.cū Frá
ciscus aut nūmos:aut oppida peteret:maluit nūmos psoluere:& oppida retinere:q̄ tam
uicina & ,ppinqua loca dimittere. Hanc itaq; ob ré Carolus fratré calūniabat̃:ut rapto-
ré & alieni appetétissimū:nō modo apud uenetos:quoꝝ partes sequebat̃: ueꝝ etiá ab
iperatore ius suū repetere. Iam attigerat ánus iubileus: cum subito táta multitudo Ro-
mā uenit quáta nunq̄ antea. Vnde cū semel e Vaticano uisa saluatoris imagine ad ur-
bé redirét facta obuiá mula quædá Petri barbi cardinalis sancti Marci:cū neq; uenien
tes neq; redeūtes ob insequétem multitudiné cedere possent:cadéte uno atq; altero su-
per mulá illá iam a multitudine oppressam:ad ducenta hominū corpora: & equos tres
obtrita & suffocata in pōte Hadriani cōstat. Multi etiá a lateribus pōtis i flumé caden-
tes:i undis periere. Sepulta i sancto Celso ad centū & triginta sex cōstat:reliqua uero ad
cāpū sanctū delata sūt. Hác ob rem Nicolaus pōtifex uices eoꝝ qui mortui fuerant do-
lés:casulas quasdá angustioré uiá ad pōté faciétes omnino sustulit:totūq; fere ánū illū i
celebritatibus cōsumpsit:stationes ipsemet quottidie inuisens cū cardinaliū coetu. Ca-
uit etiá q̄diligétissime:ne abūdante tanta multitudine cōmeatus:& oía ad uictū neces-
saria i urbe deessent. Curauit ité execrationibus & latellitibus:ne crassatores i peregri-
nos ad urbem accedentes sæuirent. Sequenti uero anno ꝙ uenturum ad urbem Foe-
dericū imperatoré itellexerat:tū ut coroná iperii acciperet:tum ut Leonoram regis Lu
sitaniæ filiam Alphonsi neptem i uxorem duceret:portas urbis:ac turres. Capitolium:
arcem sancti angeli:muris firmissimis munire cæpit:ueritus credo ne aduentáte impa-
tore noui aliquid & ab eo:& a populo romano oriretur:erat enim natura formidolo-
sus. Hanc ob ré milites oés suos cū collecticiis copus Romá acciuit. Ad deliniédos ue-
ro multitudinis aíos: tresdecim marescallos:qui tresdecim regionibus urbis præessent
delegit:eisdéq; tresdecim uestes coccineas dono dedit. Imperator itaq; ,pdeuntibus ob-
uiá tresdecim cardinalibus:omniq; urbis magistratu:ac honorato quoq;:p portá castel
li ingressus & ad scalam sancti Petri pueniés:obuiū habuit pontificé:a quo una cū [illegible]ae
nora uxore:quam Senis offenderat iam ex Hispania auectam in templum Petri [illegible]us
ducitur:millesimo quadrigétesimo qnquagesimosecūdo:die.ix.martii. Vnde facta o[illegible]
tione digressi:i ædibus illis diuertere:quæ ad ipsos sancti Petri gradus adhuc uisuntur
meliore formá q̄ antea habentes:Ro. cardinalis cōstantiésis ipensa. Pōtifex aūt sequ[illegible]-
tibus diebus i scō Petro missā celebrauit: benedixitq; ipatori & ipatrici:ut i nuptiis fieri
cōsueuit:anteq̄ sponsus cū noua nupta coeat:eosq; deiceps eodé i loco.xviii.eiusdé mé
sis iperatoria corona donauit. Dū uero iperator(ut fit)ad sanctū Ioanné coronatus ,psi-
ciscitur:plerosq; auratos equites i pōte Hadriani creauit. Abiés deinde Neapolim cum
uxore uisédi Alphōsi regis causa:a quo sumptuosa ac magnifica ipésa cū tanto comita
tu é habitus:rursum ad urbé mari rediés:iter i patriá statim arripuit:ꝙ itellexerat quos
dā pricipes res nouas i Germania & Vngaria moliri ob regé Ladislaum adolescentem
ægregiū:qué imperator secū ducebat. Hominé aūt abeunté duo cardinales ad qnqua-
gita milia passuū comitati sūt:bononiésis ipsius pōtificis frater:& caruagialla sancti An-
geli cardinalis. Abeūte aūt ipatore:ueneti cōparato igéti exercitu:crēonésem agrū igres-
si:oía prius lōge ac late populati:Sōciū atq; oppida uicina oppugnare sūt adhorti:quæ i
potestaté eoꝝ haud ita multo post uenere captis ibi aliquot equitū turmis: ꝙ serius q̄
dicebat Fráciscus exercitū cōpauerat. Veꝝ postea supueniéte Lodouico Gōzaga aíco
& belli socio i agrū brixianū moués:eo uenetos redægit:ut paludes egredi nunq̄ sint au
si: & aperto marte collatis signis secū decernere. Protrahi ré uolebát:i mora spem oém

uictoriæ:reponētes:ꝙ existimabāt Frāciscū ꝓpter īopiā ærarii:īpēsæ bellicæ haud diu
suffectuꝝ. Simul etiā īperabāt mediolanēses extortæ quōdā libertatis memores:Frāci-
sco rāto bello īplicito:aliquid noui ad excutiēdū seruitutis iugū molituros. At Ferdi-
nādus patris Alphōsi iussu:cū equitū circiter octo:peditū quattuor millibus:ī Hetruri-
am contra florentinos mouēs:cū Cortonā ad defectionē tentasset: Foianū aretini agri
oppidū q̄draginta dieꝝ oppugnatōe:multis utrīq; desideratis capit. Inde uero abiēs : ac
ꝑ senēsem agrū iter faciēs:cū Castellinā frustra oppugnare tētasset:ī maritima senensiū
hyematū descēdit:captis ī itinere quibusdā uolaterranoꝝ castellis. Obseruabat hoīem
cōtinuo Sigismūdus Malatesta florētini exercitus dux:occasionē bene gerēdæ rei capta
turus. Florētini aūt cū pollētes Alphōsi ac Venetoꝝ opes:terra:mariq; reformidarēt:
ad externa auxilia cōfugere īstituūt:Frācisco id approbāte. Missus itaq; ī Galliā Ange-
lus Acciolus equestris ordinis Florētinus orator ad regē Fràciæ cūmemorara Florē-
tinoꝝ ī regiam domū beniuolētia:hoīem eo ꝑtulit:ut & duci Sabaudiæ & Alobrogis
īperaret:qui iā ī Frāciscū arma sumpserāt:ne Frāciscū Florentini populi sociū & amicū
dicto aut facto læderēt:affirmās se illi hostē futuꝝ:qui secus fecisset. Et Renatū īpulit
pecunias ei ac militē pollicitus:regnū Neapolitanū unde fuerat ab Alphonso pulsus re-
petere:maxīe uero ꝙ rex Florētinoꝝ bello tū destineret. Hac aūt legatiōe Florētinoꝝ
ac Frācisci res adeo secūdæ fuīt factæ:ut Veneti pacē deīde haud q̄quā sint aspernati:fu-
sis præsertim nō longe a Godio eoꝝ copiis:quas ī Māntuanū principē Carolo Gōzaga
duce miserāt:ne ipse una cū Tiberto Brādolino ad Frāciscū Sfortiā:cuius auspiciis mi-
litabāt ꝓficisceret:cōiunctisq; copiis maiorē exercitū:quē Gētilis ductabat adoriren-
tur & funderēt. Venerat nāq; superiore āno ad exercitus Caruagialla sancti Angeli car-
dinalis Nicolai noīe pacē īter cōcertātes cōpositurus:qui re īfecta abiēs deū hoīesq; te-
status ē per Nicolaū pontificē nō stare:quo minus pace īter Italos cōposita:bellū cōmu
ni oīum christianoꝝ cōsensu ī thurcos decerneret:quos iā parare arma cōtra Cōstāti-
nopolitanos senserat:& ob eā rem cardinalē Rutenū patria Cōstātinopolitanū eo mi-
serat:qui īperatori & ciuibus auxiliū polliceret:si ad catholicā fidē ut ī Florētino cōci-
lio ꝓmiserāt redire uoluisset. Interim uero Renatus recuperādi regni Neapolitani cupi
dus:ad quā rē Frāciscus ac Florētini copias & opes pollicebātur:si alpes trāsmittēs cun-
tra Venetos exercitū mouisset:frustra tētato cū duobus millibus equitū ꝑ Allobrogos
itinere:quos nūc Sabaudiēses uocāt:æstateq; ī ea re pene cōsumpta : Sauonā alio itinere
atq; inde ad Frāciscū ꝑuenit:qui accessu tāti regis & nō paruis copiis:atq; aīo auctus ho
[illegible]ē pauidū:& certamē detractantē mouere castra ad mōtana Brixiæ coægit. Inde uero
[illegible]ercitū circūferēs ex Brixianis & Bergomatibus ad q̄draginta oppida.partim ui: ꝑtim
[illegible]editione cæpit. Supueniēte deinde hyeme:cū ī hiberna undiq; itū eēt. Renatus relicto
[illegible]ꝑlia apud Florētinos filio male ī eos & Frāciscū aīatus ī Galliā rediit. Veꝝ frigescēti-
[illegible]bus una cū hyeme iā oīum animis:exaustisq; itē assidua belloꝝ īpensa populoꝝ ac pri-
cipū æratus. de pace iā antea a Nicolao pōtifice tētata mētio fieri cæpta ē:ad quā Vene
ti & Florētini militarē licētiā perosi sūmo ferebātur studio. Sed Nicolaus pōtifex cōiu-
ratione Stephani Porcarii equitis Romani:tū depræhēsa rē incohatā omittēs ad sedā-
dū intestinū bellū animū adiæcit. Stephanus enī maioris animi q̄ potētiæ:uir quidē in
dicēdo materna līgua eloquētissimus:multa liberādæ patriæ īdicia præ se ferēs(ut ī pri
cipio diximus) Bononiā a pōtifice relegat hac cōditione : ut singulis quibusq; diebus
Niceno gubernatori urbis sese offerret: quē simulata ægritudine decipiens ; Romā ad-
monētibus cōiuratis ꝓpere rediit:hac mēte:ut cū urbē attigisset:sūptis armis populum
ad libertatē cōuocādo:pontificē & cardinales caperet. Verū dū fessus longitudine itine
ris & diutina uigilia aliquātulū quiesceret: aliquot enī noctes ī sōnes duxerat:detegen-
de rei tēpus & occasionē dat. Cognita hoīs audacia pontifex senatorē Iacobū Lauagno-
lum Veronensem ciuem:& uicecamerarium cum armato milite domum eius statim
mittit:ut captum in carcerem perducerent. Is autem aduentare armatos intelligens ad
sororem cunfugit:relicto domi Baptista Sarra:cum aliquot seruis homine quidem im-
pigerrimo & audacissimo:qui domo cum sociis erumpens icolumis aufugit. Cognita

deinde Stephani p indices fuga hoiem apud sororē in capsa delitescētem capiunt:& captú ac seriem cōiurationis fassum ad muros arcis sancti angeli suspēdūt. Eodē quoque supplicio afficit̃ i capitolio angelus massa cū filio ac socio Sauo : lecta prius audiētibus oibus cōiurationis serie. M.cccc.liii. quīto idus ianuarii. psecutus deinde reliquos coniuratos oēs oppressit: maxime uero Frācīscō cognomēto Gabadeum:& Petrū Mōrerotundū:& Baptistā Sarrā a Venetis ad suppliciū deditū. Eo enī cōfugerat: post patefactā cōiurationē. Nicolaus aūt qui hactenus Romanos omni genere officii & liberalitatis iuuerat: quique liberior q̃ nullus antea pontifex incedere per urbem consueuerat: sibi ipsi deinceps cauens morosior cum in omnes : tum uel maxime i Romanos factus est. Accedētes enī alloquēdi causa nō ita facile admittebat. Accessit & podagra: qua tū maxime laborabat. Sed nihil fuit quod æque hoiem cruciauerit: q̃ ubi audiuit Constantinopolim & Perá eodem ipetu a Thurco captā: obtrūcatumq; cū multis hoium millibus cōstātinopolitanū iperatorē . Captū quoq; arbitrabat̃ & necatū cardinalē rutenū : quē eo (ut dixi) miserat: sed is mutata ueste icolumis abiit. Ipsi tamē pōtifici i aio fuit classe & milite cōstātinopolitanos iuuare: quēadmodū eius litteræ ad imperatorē scriptæ indicāt: quibus & eoꝝ a catholica fide defectionē & simulatā i gratiá cū latinis reditū i calamitatibus icrepat. Veꝝ adeo repēte urbs illa capta ē: ut uix de mittendo auxilio cogitare licuerit. Præterea uero nequid deesset qđ hoiem cruciaret: Comes auersus i iussu suo Nursinos bello aggredit̃ a Spoletinis mercede cōductus: ii enī populi de finibus īter se certabāt. Hác ob rē Angelū cognomento Ronconē cum militibus ecclesiasticis mittit : qui comiti iter intercluderet: quominus ad oppida sua reuerteret̃. At uero cum ītellexisset p Angelum stetisse: quo minus redeuntē comitē milites caperēt : hoiem ad se uocatū: i arce Hadriani capitali supplicio afficit. tertia noctis hora. Sunt autē q scribāt Nicolaum eius rei mirifice pœnituisse: q quæ ira pcitus mádauerat : adeo accurate præfectus arcis ægisset. At ueneti frustra de pace mētionē fieri cernētes: cum cā rem sæpius tētassēt: ueriti ne tāta res psuasu Lodouici gōzagæ a Frācīsco itermitteret̃ : Iacobū picēninū copiaꝝ suaꝝ ducem cum magna equitatus parte ad uoltā celerrime mittunt: qua capta retrusoq; i Godium Angelo comitis nō sine aliquo Lodouici icōmodo: qui tū ibi ægrotabat: hoiem i hyberna reuocāt: existimātes iā satis motū ad petendā pacem Lodouicum esse. Interim uero Simonetus ordinis eremitarum ultro citroq; cōmeans : cū nunc uenetos: nunc Francīscū ad concordiā pluribus uerbis adhortatus esset: eos tādē ppulit: ut pacē initis fœderibus firmarēt: quæ oium cōsensu quīto idus aprilis publice p præcones enunciata ē. M.cccc.liiii. His fœderibus ut quæ cuiusq; ante id bellū fuissent redderētur: præter Gerrā Abdue: quā Frācīscus de uenetis & Castilionū pischariæ quod Alphonsus de florētinis cæperat. Hoc uero quo firmius haberet̃ : utue Alphonsus dignitatis regiæ habitā fuisse rationē dignosceret: ad hoiem mittēdos legatos pricipes ac ciuitates censuere: quo cū undiq; cōuenissent: cumq; Dominicus capranicus cardinalis sanctæ crucis: ac maior pœnitētiarius: uir magnæ prudētiæ & auctoritatis : legatus a pōtifice missus. hortādo: monēdo: pacis cōcordiæ sequestrū se fore ostēderet: ita ad fœdus post lōgas disceptationes tādē uētū ē: ut quā uenet ac Frācīscus pacē cōposuissent: eadē firma & stabilis ab oibus haberet̃ : utq; siquæ deinceps dissensio discordiaue inter eos orta esset: eius tollēdæ ius potestatēq; pōtifex haberet. utq; q arma alteri intulisset: cognita a pōtifice cā is stati cōmunis omniū hostis haberet̃. Data itaq; publica p oēs fide. iureiurādoq; adhibito: fœdus deniq; Neapoli firmat̃ anno fere post superiorē pacē: qua nulla memoria patrū nostroꝝ maior aut firmior est habita. Oēs enim præter genuenses in eandē sententiā uenere: quibus cū Alphonso ex gēte catelonica nequaq̃ conueniebat ob tributū pmissum nec redditū: ut Alphonsus dicebat. Relicta est etiā legatoꝝ negligentia uel idustria (ut quidā uolunt) ansa quædā ad bellū: qua Alphōsus postea Sigismundum Malatestam bello psecutus est q receptis antea a se mercedis nomine pecuniis transitione facta cum florentinis hostibus suis contra se militasset. Nicolaus autem pontifex: siue tedio animi: quo maxime cruciabatur post captam Constantinopolim. siue febri & podagra: qua potissimum uexabatur. pontificatus sui anno octauo moritur.

M.cccc.lv sepeliturq; i basilica Petri honorificẽtissima põpa: cuius i sepulchro hoc epi-
taphiũ merito iscriptũ est. Hic sita sũt quinti Nicolai antistitis ossa: Aurea qui dederat
saecula roma tibi. Cõsilio illustris: uirtute illustrior omni: Excoluit doctos doctior ipse
uiros. Abstulit errorẽ: quo scisma ifecerat orbẽ. Restituit mores: moenia: tẽpla: domos.
Tum bernardino statuit sua sacra senẽsi. Sãcta iubilei tẽpora dũ celebrat. Cinxit hono-
re caput Foederici cõiugis aureo. Res italas icto foedere cõposuit. Attica romanae com-
plura uolumina linguae Prodidit: en tumulo fũdite thura sacro. Laudatur quidẽ eius li-
beralitas: qua in oẽs usus est: maxime erga litteratos: quos & pecunia: & officiis curiali-
bus: & beneficiis mirifice iuuit. Eos enim proemiis nunc ad lectiones publicas: nũc ad
cõponẽdũ de integro aliquid: nũc aduertẽdos graecos auctores i latinũ ita ꝑpulit: ut lit
terae graecae & latinae: quae sexcẽtis iã antea annis i situ & tenebris iacuerãt: tũ demum
splẽdorẽ aliquẽ adeptae sint. Misit & litteratos uiros ꝑ oẽm Europã: quoꝝ idustria libri
cõgrerẽtur: qui maioꝝ negligẽtia: & barbaroꝝ rapinis iã perierãt. Nã & Poggius. Qui-
tilianũ tum inuenit: & Enoch Asculanus Marcũ Celiũ Appicium: & Pomponiũ por-
phyrionẽ i Horatii opera scriptorẽ aegregium. Aedificauit praeterea magnifice & splẽ-
dide: tũ in urbe: tum in Vaticano. In urbe aedes põtificias apud sãctã Mariã ad praesepe.
Restituit & tẽplũ sancti Stephani i Celiomõte: a fũdamẽtis uero erexit sancti Theodo-
ri templũ iter palatinũ & capitolinũ monrẽ in plano sitũ. Pantheon quoq; i medio ur-
bis positũ tẽplũ uetustissimũ. M. Agrippae opus plũbeo tecto restituit. In uaticano autẽ
& põtificias aedes sũptuosis opis i hãc formã: quã nũc cernimus redaegit: & muros ua-
ticani praealtos & latos incohauit: iactis isanis fundamẽtis ad turres & maiorẽ molem
superaedificãdam: ꝗbus coherceri hostes possent: ne aedes põtificis & beati Petri tẽplũ (ut
antea saepe factũ est) dirriperentur. Incohauit praeterea ad caput tẽpli beati Petri amplã
testudinẽ (quã uulgo tribunã uocãt) quo tẽplũ ipsũ augustius & hominũ magis capax
esset Ponte quoq; miluiũ restituit: & aedes aegregias ad balnea uiterbiana aedificauit. Iu
uit & multos pecunia qui i urbe aedificabãt. Eius etiã mãdato uici urbis fere omnes stra
ti sunt. Elemosynas quoq; multas i pauperes erogauit: maxime uero i nobiles: ad iopiã
ob uarios reꝝ humanaꝝ casus redactos. Virgines iopes sua pecunia & munificẽtia ma-
ritis collocauit. Legatos aliũde uenientes munifice semꝑ suscaepit: nullo nõ genere ho-
noris & liberalitatis adhibito. Facilis ad irã fuit: ne mẽtiar quippe ꝗ bilosus erat. facilis
etiã reditu ad beniuolẽtiã; hoc ẽ ꝗ ansam maliuolis dedit ad carpẽdũ hoiem de deo &
oibus optime meritũ. Auaritiae aũt adeo expers fuit: ut neq; officiũ ullũ uẽdiderit unq̃:
neq; beneficiũ simoniaca prauitate ductus ulli collocauerit. Gratus erga de se & ecclesia
dei meritos: amator iusticie: pacis auctor & conseruator: clemens in deliquẽtes: cerimo-
niaꝝ diligẽtissimus obseruator: nihil quod ad diuinũ cultũ ꝑtineret omittẽs. Extãt ad-
huc uasa aurea & argentea: extãt cruces gemmis ornatae: extãt & sacerdotales uestes au-
ro & margaritis insignitae: extãt peripetasmata & aulea auro & argẽto intertexta: extat
& mitra pontificia: quae hominis munificẽtiã nobis ostẽdunt. Omitto tot libros sacros
suo iussu descriptos: auro & argento redimitos. Licet inspicere bibliothecam pontifici
am sua industria & munificentia mirifice auctam. Religiosos (ut uernaculo uocabulo
utar) ita amauit: ut eos & mira beneficẽtia & ecclesiasticis beneficiis iuuerit. Beatũ quo-
que Bernardinũ senẽsem ordinis minoꝝ i sanctos retulit: ꝗ praedicãdo: docẽdo monẽ-
do: castigando etiã factiones Italiae: guelpham scilicet & gibellinã magna ex ꝑte extixe-
rit: & christianis hoibus bene beateq; uiuẽdi uiam ostẽderit. Cuius corpus nunc etiam
Aquilae magna cum ueneratione inuisitur.

CALISTVS. III.

CALISTVS Tertius Alphõsus cognomẽto: Boria antea uocatus: natiõe hispa
nus: patria satiuẽsis: Valẽtinae diocesis: patre Ioanne: matre Francisca genero
sis parẽtibus natus: ac libere educatus: cardinaliũ suffragiis põtifex creat: sex
to idus aprilis. M.cccc.lv. Is eni quartũdecimũ nactus annũ: post prima litteraꝝ erudi-
mẽta ad ilerdẽse gymnasiũ missus: tantũ studio & diligentia ꝑfecit: ut breui doctor in
utroq; iure factus: acute ipse alius ac ꝑdocte deīceps legerit. Hãc ob rẽ Petrus Luna (quẽ

Benedictū tertiūdcimū appellarūt)proprio motu nemine rogāte:canonicatū ileriden-
sis ecclesiæ ei cōtulit. Veq cū iam eius doctrina omnibus nota esset:ad Alphōsum ara
gonū regē ,pfectus:eius cōsilio & secretis statim adhibetur . Cū aūt a Martino pōtifice
ecclesiæ maioricēsis gubernator factus esset:persuaderētq amici:ut ecclesiā ipsā in ti-
tulū accipet:facturū se id renuit:q diceret se expectare episcopatū Valētinū: quē haud
ita multo post suo merito cōsecutus est.Cum enim mortuo Benedicto tertiodecimo:
duo illi anticardinales:de quibus i Martino mētionē fecimus:Egidiū quendā barchino
nensem canonicū in locū demortui Paníscholæ pōtificē creassent:quē Clementē octa-
uum appellabāt:eo statim missus ab Alphonso rege:qui iam cū Martino pontifice in
gratiam redierat. Alphonsus Boria est nō sine magno sui ac comitū discrimine : adeo
locus ille Paníscholæ tyrānice custodiebat̄:& ab his potissimū:quoq maxime īterērat
discordias alere.Qui alphōsus adeo rationibus & auctoritate Egidium ipsū ad sanita-
tem deduxit:ut postea supetueniēte Petro Fuso Martini legato:pōtificio noīe se abdica-
uerit potestatēq pontificis deuenerit . Hāc ob rē Martinus & Egidiū maioricēsem &
Alphōsum Boriam ualentinū epūm creauit.Orto deinde bello īter Alphonsum Arago
niæ & Ioannem castellæ reges:solus Alphonsus Boria delectus est:qui ad pacem & cō-
cordiam reges adhortaretur: quam septennio post incohatū bellum tanta cū diligen-
tia composuit: contracta etiam inter eos affinitate:ut hodie quoq aliquot illius fœde-
ris pacta seruentur. Verum cum postea inualescēte basiliensi cōcilio:rex Alphonsus qui
tum in regno Neapolitano bellū gerebat:ut aliquē ex suis eo mitteret:Alphonso Boriæ
id negociū demādauit:qui ægre ferēs rē tā perniciosi exempli sibi cōmitti : cum regina
egit Alphonsi uxore:ut i Italiā ad regem ,pficisceretur:cū Ferdinando regis filio : eūq
adhortaretur:ut tandē post multos labores:& tot pericula addita:in quibus tū etiā fre-
quēter uersabatur i patriā rediter.Rex aūt se id facturū abnuēs:hoiem ad Eugeniū mi-
sit:qui tū Florētiæ erat:quo cū de pace ageret. Vitellescus eni Eugenii noīe regnū nea-
politanum armato milite ingressus:longe ac late omnia populabatur: ,phibiturus quo
minus rex Neapoli:quā cum oppugnabat potiretur.Cum aūt in longū res ,ptraheretur
Eugenioq in mētem uenisset uiginti cardinales creare:ualentinū episcopū hoꝝ ī nu-
merum rettulerat . Quam quidem dignitatem constantissime renuit: q diceret id sibi
nequāq integrum esse:re presertim ob quam uenerat īfecta.Redeūte deide Romā Eu-
genio:cū patriarcha aquileiēsis Tarracinā ad regē missus:pacē inter pōtificē & regē cō-
posuisset:fœderaq inuisset:quibus ualentinus episcopus semp interfuit:auctoritatēque
suam īterposuit &diligentiā:adeo a pōtifice diligi coeptus ē:ut eum breui cardinalē cre
auerit tituli sāctoꝝ qttuor coronatoꝝ : Romāq ad se accersierit.Nō minore modestia
in cardinalatu utens q antea in episcopatu fecerat:ab omni pompa & inani gloria alie-
nus semp fuit.In dicendis aūt i senatu sentētiis ita grauis habebat̄:ut nihil unq̄ p adu-
latione & grarā locutus sit.Mortuo deinde Eugenio:eiusq successore Nicolao pōtifi-
ce Alphonsus boria(ut dixi)in ædibus sancti Petri pōtifex creatus:Calisti nomē de mo-
re suscipiēs:bellū thurcis statim indixit.Id se ante pōtificatum uoluisse ostēdēs suo chi-
rographo his uerbis scripto:quod i libro quodā:suo extabat.Ego Calistus pōtifex deo
omnipotēti uoueo & sanctæ induiduæ trinitati me bello:maledictis:īterdictis: execra
tōibus:& demū quibuscunq rebus potero thurcos christiani nominis hostes sceuissi-
mos psecuturū.Admirati sūt oēs q aderāt:q pōtificatus nomē sibi desūpsisset ante ade-
ptā dignitatē:qcq homo senex:ac fete decrepitus tantū animi haberet.Vt aūt quod ,p-
miserat re ipsa præstare posset:prædicatores p totam Europā statim misit:qui oēs chri-
stianos i thurcos animarēt:quique facultatū aliquid & opū suaꝝ ad tātam expeditionē
cōferrēt. Ex his aūt facultatibus ad sexdecim triremes Romæ ædificatas ī hostē misit
patriarcha aquileiēsi præfecto:qui triennio maritima hostiū assianoꝝ uexauit : insulas
quasdā cæpit ac magnas calamirates hostibus intulit.Alphōsus aūt rex & Burgundiæ
dux crucis signum sucipiētes:ituros se quoq ī hostē ,pfitebātur:uel armatos milites eo
missuros. Verum cum res uno impetu mota est:ita eriā facile resedit : pricipibus ipsis
ob uoluptatem rem tantam & magnam gloriam parituram omittētibus. At uero dum

pontifex ipse de more ī Basilica lateranensi conaretur:duo milites:quoꝝ alter sub comi
te Auerso:alter sub Neapolione ursino diuersarum partium ducibus militabat:de ado
lescēte armigero cōtēdētes:ita se mutuis uulneribus cōfecere:ut uterq; statim perierint.
Hāc ob rem Neapolio factionē ursinā ad arma cōuocans:ædes ubi comes Auersus di
uertere cōsueuerat diripuit:aberat tum comes. Ad lateranū itaq; iturū Neapolio:ut co
mitem adoriretur:ægre a Latino fratre: & a camerario pōtificis retentus est. Nō pote
rat certe sine magna urbis calamitate eo ꝓficisci Neapolio:cū tota colūnensium factio:
quæ comiti fauebat:iam in armis esset. Miserat & ad utrunq; pontifex Ioannem barū
cellum:& Lelium ualle aduocatos cōcistoriales:qui pacem inter eos cōponerent: atque
hoc modo auctoritate pōtificis sedata sunt oīa:non tamen uetus simultas īter eos sub
lata est. Bello enī sæpius īter se concertarūt cum magno suoꝝ īcommodo. Pōtifex autē
ad trāsigenda negocia pōtificia animū aduciens:beati Vincentii hispani ordinis prædi
catorum & beati Edmūdi anglici memor eos in scōs retulit:ob eā rē supplicationibus
deo gratias egit:ab ecclesia Mineruæ usq; ad sanctū Petrū continuato magno cleri ac
populi romani apparatu. Verū nequid ad disturbandā ecclesiæ quietem deesset:rustici
quidā Palumbaræ oppidi(qđ in sabinis est)extorres antea a Iacobo sabello loci domino
facti: domū redeūtes:duobus Iacobi filiis obtrūcatis:ecclesiæ oppidū ipsū se dedituros
polliciti sūt:qđ nō mō Calistus renuit:uerū etiā eo cardinalē colūnēsem misit:q in gra
tiam Iacobi eos redigeret. Tum uero Neapolio ueritus:ne cardinalis Palumbarā suo no
mine occuparet: eo cū militibus suis ꝓfectus:locū ipsum aliquot dies obsedit. Veꝝ su
perueniente Mattheo poiano & Frācisco sabello: ac plerisq; aliis militum ductoribus
pōtificis ac cardinalis columnensis mādato soluta obsidione Palumbaram ingressi ad
uiginti rusticos ex his potissimū:qui tumultū cōcitauerāt:laqueo īteremptos mēbratim
diuisere cæteris exemplū daturi:ne in dominos suos tam grande facinus molirentur.
Apparente deinde ꝑ aliquot dies cometa crinim & rubeo:cū mathematici ingentē pe
stem:caritatem annonæ:magnam aliquam cladem futuram dicerēt. Ad auertēdam irā
dei Calistus aliquot dierum supplicationes decreuit:ut siquid hominibus imineret: to
tū id ī thurcos christiani nois hostes cōuerteret. Mādauit præterea:ut assiduo rogatu
deus flecteretur:in meridie campanis signū dari fidelibus oībus:ut orationibus eos iu
uarent:qui cōtra thurcos cōtinuo dimicabāt. Crediderim tū ego precibus omniū chri
stianos ad Bellogradū contra thurcos dimicantes duce Ioanne uaiouoda uiro clarissi
mo:astante etiam Ioanne capistrano ordinis minoꝝ:crucemq; pro uexillo hostibus in
ferēte:eos Bellogradū oppugnantes ingenti clade superasse. Ad sex enī hominum mi
lia ex hostibus interfecta sunt: cum parua nostrorum manu:ut Caruagialla sancti An
geli cardinalis ad pōtificem & ad Dominicum capranicū sanctæ crucis cardinalē scri
psit:hostiū quoq; cōmeatus omnes ad centum & sexaginta bombardæ captæ sunt:qua
clade perteritus Thurcus Constantinopolim propere se recæpit. Actum de crudelissi
mo genere tunc certe fuisset:si christiani principes omissis intestinis bellis & odiis ter
ra ac mari tantam uictoriā prosecuti fuissent:quēadmodū Calistus prædicabat & mo
nebat. Veꝝ is resumptis uiribus:& Trapezon prius imperatore īterempto: & Bossinā
deinceps rege ipso capto atq; īterfecto:postea cæpit admonentibus christianos omnes
his:qui rerum experientia:& locoꝝ cognitione tantā cladē a longe tanq̄ e specula qua
dam præuidebant. Nō cessabat Calistus litteris & nūciis prīcipes christianos adhortari:
ut in tanto malo oculos aliquando aperirent:frustra remedia deinceps quæsituros:ubi
iam hostis inualuisset. Ecce autem dū uir bonus hæc meditatur & prædicat:Iacobus pi
centinus a uenetis discedens:cum magno equitatu ac peditatu in agrum Senensem ho
stili animo descendit:repetens a senensibus aliquot millia nummū aureoꝝ: quæ(ut di
cebat)patri Nicolao:qui eoꝝ auspiciis quōdam militauerat ipsi merito debebāt. Senen
ses aūt suæ reipublicæ cōsulturi:oēs Italiæ principes ex foedere in auxiliū uocant:maxi
me uero pōtificem:qui eos primo admonuit:ut ne quadrantē quidē Iacobo darēt: de
inceps uero & milites suos cōtra Picēninū misit:ac prīcipes Italiæ adhortatus ē: ut idē
ipsi facerent:ne aliquod graue icendiū in Italia excitaret:qđ nō ita facile extigui posset.

Veriti omnes ne id certe eueniret:quod pontifex prædicabat:auxilia ꝑpere senensibus misere.Solus aũt Alphonsus qui Iacobo fauebat:hosemq; ad se uocauerat:eius beniuolentiæ memor:quam antea cũ patre Nicolao Picẽnino cõtraxerat.Senensibus ex foedere auxilio non fuit:immo uero & comitẽ Petilianum ĩ senẽses ita cõcitauerat : ut tanti mali prima causa inde exorta ita uideatur. Verũ superueniẽtibus auxiliaribus copiis:tũ a Frãcisco Sfortia:tum a uenetis eo redactus est Picẽninus aliquot prælus:si nõ fusus at mutilatus & debilitatus:maxime uero ad Orbatellum:ut cõscẽsis Alphõsi triremibus : quæ ad hominẽ missæ sunt;regꝫ omniũ inopia laborantẽ in regnũ tanta re frustra tentata profectus sit.Quare & Calisti & sociorꝫ opera atq; auxilio senenses magno piculo liberati sunt:qui certe nõ minus intestino q̃ externo bello tum laborabãt:cũ non deessent ciues quidã:qui spreta libertate factionẽ Alphõsi sequerent:quorꝫ etiã opera tãtũ bellũ cõcitatum crediderim.Sed ciues bene sentientes: aut pulsis aut cæsis male de patria merẽtibus libertatẽ quã tũ magno labore & sumptu peperere:nunc etiam & quidem diligenter tuentur. Animaduertere & tum acerrime in militarem licentiã & transfugas:interfecto Giberto Corrigia.eiusque milite in prædam dato:paululum quoque abfuit qn idem etiam Sigismundo Malatestæ acciderit:qui tum eorum stipẽdio militabat:quique & bellum in longum ducebat:& prædam ex agris eorum nõ aliter abigebat ac si hostis esset.Eodem quoq; anno tantus in regno Neapolitano terræmotus exortus est nonis decembribus:ut & multa tẽpla & plures ædes cũ magno hominũ ac pecorꝫ interitu corruerint:maxime uero Neapoli.Capuæ Caietæ:Auersæ:cæterisq; ueteris campaniæ urbibus:quarꝫ ruinas ego cũ maxima admiratione deinceps ĩspexi:dũ cernendæ uetustatis studiosus eo me cõtuli.Repetebat tũ uotũ Alphõsus tertio quoq; uerbo:qd̃ ĩ thurcos fecerat:& se quod uouerat breui facturũ dicebat : uerꝫ nec sic quoq; ĩpelli ad sanctam militiam potuit :adeo erat illecebris neapolitani regni irretitus . Calistus autẽ sedatis Italiæ rebus nouẽ cardinales creat:quorꝫ duo ex sororibus fuere eius nepotes : Rhodoricus Boria:&.L. Ioannes cognomento milano ex sorore nepos . Aeneã quoq; senensem episcopũ cardinalem creauit:cuius opera ĩ cõponẽda Italiæ pace:dũ senenses bello uexarent usus fuerat. Verꝫ mortuo comite Tagliacocii:quẽ superiore ãno pontifex urbis præfectũ creauerat:statim inter Auersæ comitẽ & Neapolionẽ Vrsinũ orta dissensio est:cũ Auersæ comes Mõticellũ nõ longe a Tybure positũ occupasset q̃ diceret eã hæreditatẽ ad nurum suam ꝑtinere comitis filiã.cõtra instaret Neapolio id suũ esse debere iure hæreditario:quippe cũ comes ipse ex gẽte Vrsina haberet . Ex altercatione aũt duorꝫ de hæreditate inter se:armis etiã cõcertantiũ:maxĩa dãna populus romanus tum certe ꝑpessus ẽ. Verꝫ cõposita hac etiã cõtrouersia : iusso utroq; ab armis discedere.Calistus Boriã nepotẽ suũ & urbis præfectum creauit in locũ demortui comitis:& eundẽ militibus ecclesiasticis præfecit:quo facilius Barones urbis Romæ ĩ officio cõtineret.Mortuo uero nõ ita multo post Alphõso hærede legitimo carẽte : tanti animi Calistus fuit: ut regnũ illud repetere sit ausus:dictitãs id ad sedẽ apostolicam Alphonsi morte iure feudatario deuolutũ esse.Parabant iã utrinq; arma:nec Ferdinandus Alphõsi hæres animos hoĩs cõtemnebat . Norat enĩ hominis ĩgeniũ:& animi eius amplitudinẽ.Verum etiã eius morte disturbata sunt oĩa:& tanto metu Ferdinãdus liberatus est.Moritur aũt Calistus põtificatus sui ãno tertio:mense tertio:die decimosexto sepeliturq; ĩ uaticano ad sinistrã Basilicæ sancti Petri in tẽplo rotũdo qd̃ sanctæ Mariæ ĩ febribus dedicatũ est Nicolai ĩpẽsa antea restitutũ. Moritur etiã nõ multo post Borias nepos qui ciuitatẽ ueterẽ cõfugerat:ursinæ familiæ odia declinãs:quæ ipse cõtraxerat: dum alteri factioni magis fauet.Calistus autem ĩ oĩ uita uir ĩtegerrimus ẽ habitus: sed hæc eius præcipua laus ẽ:q̃ dũ episcopus esset aut cardinalis:beneficiũ aliquod ĩ cõmẽdatione nũq̃ uoluit dicẽs se una sponsa.& quidẽ uirgine cõtentum esse:hoc est ecclesia ualentina.ut ius põtificiũ mãdat.Elemosynas præterea pauperibus christi & seruis dei frequẽtes dabat:tũ publice:tum priuatum. Virgines pauperes collata dote maritis collocabat.Nobiles ad inopiã redactos sua ĩpensa ĩ uita retinebat. Vtebatur & munificentia erga principes quando opus erat:maxĩe uero erga eos qui nomẽ christianũ auctori-

tate & opibus suis iuuare poterãt. Ad Vsũcassanũ psaꝝ & Armeniæ pricipẽ: ad regem
tartaroꝝ Lodouicũ bononiẽsem ordinis sancti Frãcisci fratrẽ misit cum multis & ma
gnis muneribus.eos i thurcũ excitãs:qui psuasu hoīs magnas thurcis calamitates intu
lere & oratores suos quos ad Calistum destinauerant ad Pium pontificem demũ misit:
quos certe cũ admiratiõe: tũ ob iterualla locoꝝ unde uenerãt:tũ uel ꝓpter habitũ no-
stris oculis insuetũ inspeximus.Ferũt Vsũcassanũ superatis persæpe hostibus ad ponti-
ficem scripsisse:se quidẽ uictoriã ex hoste reportasse ob preces ab eo ad deum habitas:
eiusq; beneficii diuini potiusq̃ humani se aliquãdo memorẽ futuꝝ.Incohata hæc ami-
citia a Calisto est:qua nunc cõstanter christiani cum ipso principe retinent:qui thurcũ
cõtinuis prælus uexat.In ædificiis aũt paruos sumptus fecit:ꝙ ei paꝝ uiuere licuit:ꝙq;
pecunias in usum tãti & tã periculosi belli colligebat.Restituit solũ sanctæ Priscæ i auẽ
tino templũ:& mœnia urbis dirupta ac fere solo æquata. Aulea tamen quædã auro in
tertexta ab eo empta cernũtur.In uictu suo parcus est habitus : in sermone modestissi-
mus.Facilis aditu quantũ ei per ætatẽ licebat:iam enĩ octogesimũ attigerat annũ: nec
tamẽ de studiis suis quicq̃ remiserat.Legebat ipse:aut legẽtes audiebat:si quid i tãto re-
rũ fastigio ei tẽporis superat.Officiũ trãsfigurationis domini nostri iesu christi ipse cõ-
posuit:iussitq; eo modo atq; cũ his idulgẽtiis celebrari:quibus celebritas corporis chri
sti i precio habetur.Oratores ad se uenientes mira beniuolentia cõplectabatur : quotiẽ
precibus aut postulatis ab honesto discedere nũq̃ uoluit. Hãc ob rem cũ Alphonso si-
multates exercuit:ꝙ is peteret episcopatus interdũ his dari:quibus:uel ꝓpter ætatẽ:uel
ignorationẽ:tũ litteraꝝ:tũ reꝝ humanaꝝ cõmitti nequaq̃ debebãt . Moriẽs aũt Cali-
stus centum & quĩdecim millia nũmũ aureoꝝ reliquit:quos i usus bellicos cõtra thur-
cos comparauerat.Dũ aũt Calisti funus celebraretur:morit̃ & Dominicus sanctæ cru-
cis cardinalis & sũmus pœnitentiarius:uir quidẽ grauis ac sapientissimus : sepeliturq; i
templo Mineruæ bonis omnibus præ dolore lachrymantibus.

PIVS.II.

PIVS Secũdus:Aeneas cognomẽto:picolhomineus antea uocatus: natiõe ita
lus:Senis oriũdus:Corsiniani ortus:patre Syluio:matre uictoria:patꝝ oĩum
cõsẽsu põtifex creat̃ tertiodecimo calẽdas septẽbris.M.cccc.lviii . Nã pater
eius a plæbe senẽsi cũ reliqua nobilitate e republica deiæctus: ut ad fũdũ gẽtiliciũ Cor-
sinianũ uallis Vrciæ oppidum se cõferẽs:ifantẽ eo loci ex uxore suscæpit. Nato puero:
Aeneas syluius nomẽ pater ididit.Puerpera aũt p quietẽ uisa est sibi ifantẽ cũ mitra pa-
rere quæ(ut pronæ semp i peius mẽtes hoĩum sũt)uerita ẽ ne sõnũ illud puero & fami
liæ ignominiã portẽderet:neq; antea huiuscemõi suspiciõe leuari potuit: q̃ postea itelle
xerit filiũ tergestinũ epũm designatũ fuisse:quo nũcio oĩ ꝓrsus metu liberata imortali
deo gratias ægit:qđ defũctum meliore fato:quã ipsa cõiæctauerat filiũ sibi uidere cõti-
gisset.Prius tamẽ cũ iã p ætatẽ discere aliqd potuisset:Corsiniani singulari memoria:&
sũma docilitate grãmaticã didicit:pce adeo ac duriter uitã ducẽs:ut oĩa ruris officia ob
iopiã adire sit coactus.Annũ uero decimũ & octauũ agẽs Senas ꝓficiscit̃:ubi a necessa
riis & cognatis adiutus:poetas primo:mox oratores audiuit:qbus facultatibus tãtũ ige
nio & diligẽtia ualuit:ut breui præclara poemata latina & hetrusca ligua ediderit:ludẽs
credo i amorẽ:quo ætas illa maxĩe cõflictat̃.Inde uero ad ius ciuile se cõtulit: qđ ꝓfe-
cto non ita multo post deserere coactus ẽ.Orto nãq; iter senenses & florẽtinos bello:ca
ritatẽ annonæ ueritus:& nobilitatẽ plæbi senẽsi suspectã cernẽs:uolũtariũ sibi uelut exi
liũ adsciuit:secutus amplissimũ uiꝝ dominicũ capranicũ:qui tũ Senis iter faciẽs ad ba-
siliẽse cõciliũ ꝓficiscebat̃:questũ iniurias ab Eugenio põtifice sibi illatas ꝓpter denega-
tũ galeꝝ cardinalatus isigne:quo etiã absentẽ Martinus ob eius uirtutẽ & itegritatẽ me
rito donauerat.Huius igit̃ cõtubernio usus post lõgos itineris labores supatis alpibus:
coelo uicinis:& cõgelatis niuibus optis p iferni pontẽ:lucernæ lacũ heluetioꝝ campos
Basileã tãdẽ puenit.Quo i cõuẽtu & si multa negocia Aeneæ Dominici secretario ob-
uenerĩt:semp tamẽ ẽ aliqd ocii suffuratus:qđ litteras traderet.Dominicũ deiceps pau-

ptate & iopia circũuẽtũ:quippe cui beneficioꝝ & paternæ hæreditatis ꝓuẽtũ oẽm Eu-
genius denegabat:reliquere nõ sine lachrymis cogiť:Bartholomeũ Nouariẽsem epũm
secutus:quo cũ florẽtiã ubi Eugenius põtifex erat ꝑuenit.Sed hunc quoq; i iudiciũ ob
crimẽ lesæ maiestatis ab Eugenio accersitũ Aeneas reliquere ipelliť:Nicolaũ sãctæ cru-
cis cardinalẽ secutus:patrẽ certe optimũ:ac oĩum opinione sãctissimũ:q Attrebatũ ꝓ-
fectus Eugenii iussu ubi cõuẽtus galloꝝ pricipũ habebať:pacẽ iter ducẽ Burgũdiæ(q
cũ anglis sẽtiebat)& regẽ Frãciæ cõposuit.Redeũte aũt in Italiã Nicolao:quẽ ueneti ac
Philippus Mediolani dux auctorẽ cõponẽdæ pacis requirebãt: Aeneas nõ admodũ Eu-
genio gratus Basileã ꝓficiscẽs:magno sem̃p i honore apud oẽs ẽ habitus.Fuit enĩ scri-
ba i synodo illa celeberrima:& litteraꝝ apostolicaꝝ abbreuiator. Duodecimuir;q ma-
gistratus in tanto cõuẽtu censorius habebať. Nihil enĩ publice p quẽpiam agi poterat:
nisi hoꝝ grauissima auctoritas interuenisset:& si qui admissi ad consultandũ de rebus
cõciliaribus minime idonei habiti sũt:hoꝝ iussu senatu mouebanť. Erãt in eo cõcilio
quattuor cõuentus:qui deputationes more aulico uocabãť:apud quos de fide:de pace:
de reformatiõe:de cõmunibus agebatur.His magistratibus singuli præsidẽtes singulis
mensibus præficiebanť. In deputatione fidei:cui Aeneas erat ascriptus sæpe præsedit.
Inter collatores beneficioꝝ bis quoq; electus. In eo aũt cõuẽtu persæpe orauit:sed illa
eius oratio ægregia & elegãs est habita:qua i eligẽda cõcilii sede idonea:Auenioni: Vti-
næ:Florẽtiæ Papiã anteferẽdã ostẽdit:reꝝ opportunitate;situ loci:ædiũ priuataꝝ ma-
gnificẽtia:coeli benignitate & clemẽtia:commoditate reꝝ oĩum:quæ urbi possũt im-
portari:liberalitate Philippi ducis. Cũ uero aliquid p nationes agendũ erat unus sem-
per ex italica deligebatur: qui rebus agendis præesse:tanta erat in homine morum fa-
cilitas:& ingenii dexteritas.Legationes uero plures concilii causa obiuit:Argẽtinã ter-
tio:Tridentũ semel:Cõstãtiã secũdo:Frãcofordiã semel:i Sabaudiã ireꝝ mittiť.Designa-
to aũt post lõgas cõsultatiões cõcilii i põtifice Foelice: Eugenioq; excluso:cũ octo uiri
ex unaquaq; natiõe deligereť:quibus sũma potestas i rebus cõciliaribus ꝑmittereť:Ae-
neas põtificis secretarius magistratũ illũ ultro oblatũ renuit.Orator deinde ad Foederi-
cũ iperatorẽ a Foelice missus:tãtũ dexteritate ingenii apud hoĩem ualuit:ut eũ corona
poetica donatũ i amicos & ꝓtonotariũ recæpit(ita eos germani appellãt) quos priceps
secretis adhiberet.Relatus deĩde i senatoriũ ordinẽ:quẽ priceps i rebus grauibus cõsu-
lit. Tãtũ ualuit doctrina & auctoritate:ut facilis i quauis re ad igeniũ ꝑtinente primus
habereť:licet æmulos & obtrectatores multos habuerit.Interi uero cũ de abolẽdo scis-
mate iter Eugeniũ & ipato agi coeptũ eẽt:eiusq; rei causa ad põtificẽ Aeneas ꝓficisceret
Senis aliquãdiu moratus:a suis uehemẽter rogať:ne ad Eugeniũ ꝓficisceret:ueriti enĩ
sũt ne i eũ põtifex grauiter aĩaduerteret:q eius auctoritas i basiliensi cõcilio ab Aenea
epistolis & orationibus persæpe ipugnata diceret. At homo cõstãs sua inocẽtia fretus
spretis cognatoꝝ precibus Romã ꝓficiscẽs:se primũ apud Eugeniũ elegãti oratiõe pur-
gat:q eorum auctoritatem secutus esset:quorum sentẽtia basiliẽse cõcilium fuerat ap-
probatũ. Deĩde uero his de rebus cũ eo agere coepit:qꝝ gratia ab ipatore uenerat.Mis-
sus deĩde i Germaniam duobus ab Eugenio oratoribus:quoꝝ alter Thomas sarzanus
fuit:alter uero Ioãnes caruagialla:tãdem hoꝝ uirtute & Aeneæ idustria(ut in Nicolao
diximus) neutralitas sublata ẽ.Vt uero id etiã rebus nõ uerbis tantũ appareret: ipator
Aeneã ipsũ Romã mittit:q Eugenio publice diceret se ac germanos oẽs i humanis di-
uinisq; ei deĩceps obtẽperaturos.Mortuo aũt eo tẽpore Eugenio:dũ alter põtifex i locũ
demortui suffragiis patrũ deligiť:Aeneas cõclaui præfuit:nullus enĩ orator tũ in urbe
erat tãto mũere dignior.Creato aũt Nicolao põtifice accæpta abeũdi uenia:dũ ab euge-
nio subdiacotius creatus iter i Germaniã facit:epũs Tergestinus moriť:i cuius locũ Ae-
neas se qdẽ iscio a põtifice & ipatore suffectus ẽ.Philippo præterea uicecomite sine hæ-
rede mortuo a Cæsare ad mediolanẽses orator mittiť:apd quos oratiõe hũit de iperio
urbis hæreditario deq; fide seruãda:cui qdẽ si populus ille obtẽpasset: adhuc fortasse
libertate utereť.Secũdo uero ad eos rediẽs:extrema quæq; ob libtatẽ patiẽtes obsidẽte
Mediolanũ Frãcisco Sfortia urbẽ ipsã cũ maxio discriẽ igrediť:relictis ad Nouicomũ

collegis:quos timor ab officio deterruerat.Inde aũt re ĩfecta abiens ĩperatoris mãdato ad Alphonsũ Aragoniæ regẽ ꝓficiscẽs.epũs senensis(unde originẽ ducebat)a Nicolao creatur.Cõposita deinde inter Alphõsum & imperatorem affinitate:ad hominẽ in Germaniam rediens:eum semp adhortatus ẽ.ut primo quoq; tẽpore ĩ Italiã ad accipiendã imperii coronam proficisceretur. Vnde Foedericus iter in Italiam ingressus Aeneam præmisit : ut Leonoræ uxori e Lusitania uel Portugalia(ut nunc dicitur)ad hætruscum littus ꝑuenturæ honoris gratia obuiã fieret.Qui ubi Senas ꝑuenit:nõ diu in urbe moratus:populo suspectus esse cœpit:ne aduentãte imperatore pulsis popularibus optimates reip.gubernandæ præficeret.Aeneas igit̃ ut populũ suspicione leuaret:Thalamonẽ quo Leonoram peruenturã putabat ꝓficiscit̃:nõ tamẽ ob eius discessũ quieuere popularium animi.Relegata nãq; ꝑ agros ad tẽpus oĩs nobilitas est:cui paulo post ut mutabiles sũt populariũ mẽtes:redeundi in urbem potestas facta est.cognita ĩperatoris integritate:& Aeneæ modestia.Is uero Pisas contendẽs:quo lusitanos applicuisse intellexerat:puellã uni sibi creditã ad imperatorẽ:qui tum Senis erat perduxit.Romã deinde tum ꝓficiscẽs.& priuatim & publice(dũ Cæsar corona imperii donaretur)ægit omnia. Imperator præterea ad Alphõsum salutãdi hominis causa iturus:Ladislaũ regiũ adolescentẽ:quem pannonii:& boemii furtim ab eo abducere sæpe tẽrauerant : Romæ sub tutela & custodia Aeneæ:cui plurimã fidẽ præstabat reliquit.Imperator aũt Romã iturum rediens:cũ gratias põtifici ægisset:Ferrariam ꝓficiscitur:Borsioq; Estensi Mutinæ duce creato: ubi Germaniã attigisset : Aeneã statim ex mãdato pontificis cũ sũma potestate oratorem in Boemiã & omnes austriæ ciuitates mittit.Orta nãq; erat inter eos & imperatorẽ cõtrouersia ꝓ Ladislao rege:quẽ illi ad se mitti postulabant.Sublata autem tanta cõtrouersia: ac pace ĩter utrosq; cõposita:Aeneas haud ita multo post ad cõuentũ Ratisponensem mittitur:ubi ĩperatorias uices gerens præsẽre Philippo Burgundiæ duce ; & Lodouico Baoiariæ de ĩmanitate Thurcoꝝ:& de calamitate reip. christianæ tãta cõtentione dixit: ut oĩbus gemitũ & lachrymas excusserit.præcipue aũt Philippum burgundũ ad rem expeditionẽ adeo animate uisus est:ut bellũ statim omniũ consensu decerneret̃:quod postea omissum est eoꝝ ambitione & stulticia:qui cũcta sibi deberi putabant.Aeneas uero ingrauascente iam ætate tedio laboꝝ:ac diutina inter exteras gentes peregrinatione fessus:redire Senas ad lares patrios instituerat:quem tamẽ facile imperator e sententia mouit:cũ diceret sibi ĩ aĩo esse:thurcis ipsis bellum inferre. Missus itaq; ob eam rem ad Frãcofordiẽsem conuentum germanos principes:q ex tota ꝓuincia eo cõuenerant:grauissima & longa oratione ad bellũ periculosum & necessarium multis rationibus adhortatur. Visus est quidẽ oẽs uehementer cõmouere. Veꝝ hoc natura cõpertum est eoꝝ animos cito residere:quoꝝ affectus ꝑfacile mouent̃. Tertius item eadem de re in noua ciuitate conuentus habetur:in quo Aeneas mirifice annixus pedibus & manibus est(ut aiũt)rem ex sentẽtia ꝑficere:priuatim & publice unũquẽq; ad id bellũ cohortãdo:quo salus Europæ prĩcipũ ac populoꝝ libertas : dignitas christiani noĩs cõtinebat̃.Nec aberat a spe ꝑficiẽdæ rei:cũ subito nũciatũ est Nicolaũ põtificẽ e uita migrasse:cuius in morte disturbata sũt oĩa:nã & cõuentus soluit̃.& germani reꝝ nouaꝝ cupidi ꝑsuadere ĩperatori ãnixi sũt:ne põtificibus amplius obtẽparet:nisi quædã ad pragmaticã tẽdẽtia ab ipsis prius ĩpetrasset: ꝙ dicerẽt germanis lõge peiorẽ cõditionẽ eẽ q̃ uel gallis uel italis:quoꝝ serui(italoꝝ ĩ primis)ni res ĩmutarẽt merito esse dicebant̃.Nec certe ꝓcul abfuit quin ĩperator tumultuantibus obsequeretur: quominus aũt id fieret grauissima Aeneæ auctoritas ĩtercessit:cuius hæc fuit apud Cæsarẽ sentẽtia.Inter prĩcipes etiã de magnis rebus ĩter se dissidẽtes:pacẽ aliquãdo & amicitiã componi posse.At inter principem & populum immortale odium semper interuenisse:qua re dicebat satius sibi uideri cum pontifice sentire:q̃ eoꝝ cupiditatibus obtemperare:quorum mentes non ratione:sed appetitu & cupiditate ducuntur. Motus hac ratione imperator spreta populorum postulatione : Aeneam oratorem deligit : qui ad Calistum mitteretur.Is aũt Romã ꝓfectus:dũ Foederici iuramentũ pontifici de more exhibet:collaudato quantum satis erat utroq;: tota eius oratio fuit de bello thur

cis inferēdo:adeo erat ad eam rem animatus, Videbat enī uir sapiētissimus id quod po-
su accidit:Barbaros uictoria elatos occupata græcia non quieturos.Inde uero ad
pacem Italie conuersus:qua perfecta bellum Thurco inferri posse existimabat:pontifi-
cem ad eam rem uehementer adhortatur.Premebantur tū Senenses comitis Petiliani
& Iacobi picennini armis:qui Alphōsi potius q̄ ꝓpriis auspiciis bellū illud gerebāt. Vt
igitur omnis belli uis extingueretur:Aeneas iussu pontificis & ciuiū suoꝝ rogatu Nea
polim ad Alphonsum proficiscitur:quo etiam totius ferme Italiæ legati de pace acturi
cōuenerāt:quibus cum certe usq; ad eam diem ea de re nil adhuc actum erat . Verū su-
perueniente Aenea:tum demū sibi de pace cōuētū dixit:quando is qdē : quem unice
diligebat ad se ob eā rem accessisset.Impetrata itaq; pace:ac liberata ab hoste patria:apd
Alphōsum:cuius familiaritate plurimū delectabat aliquot mēses fuit : quo tēpore ser-
tiata opportunitate hominem eleganti & copiosissima oratione ad bellum maritimum
orientalibus inferendū ꝓpulit.Inde uero Roma abiens:iter ī patriā facturus : a Calisto
pontifice retentus est:a quo etiā non multo post patrū omniū consensu ī numerū car-
dinaliū refertur.Apud Calistū uero tātæ auctoritatis & gratiæ fuit : ut hoīem īpulerit
oratores ad senenses mittere:qui tum ciuili discordia laborabāt:ut populū tumultuan
tem ad pacē & cōcordiā adhortarētur. At uero dum in balneis uiterbianis ualitudinis
causa esset:historiāq; boemicā incohasset:mortuo Calisto Romam statim rediit.cuius
expectatio tanta fuit:ut magna pars populi romani officii causa obuiam progressa:ho-
minē(quasi diuinarent)ut pontificem salutant.Ad hunc enim consensu omniū pontifi-
catus deferebatur.Ingressus itaq; cōclaue patrum omniū suffragiis: pontifex maximus
(ut:dixi)creatur. Accæpta deinde pontificia corona:qua tertio nonas septēbris pontifi-
cali apparatu Basilicā Petri īgressus ē : cū deo īmortali gratias ægisset:se totū cōfirma-
ta prius ecclesiæ dinione:ad curā reip.christianæ conuertit.Nam & bellū ante eius pon
tificatum in umbria exortum:Iacobo picēnino duce rerū nouaꝝ cupido statim eo pō-
tifice sublatū est:Assisiū & Nuceria ab hoste recæpta.Inter Ferdinandū regem & Sigis-
mundū malatestam:quod difficilimū factu uidebatur cōpositæ induciæ:quo Mantuā
omnibus ubi cōmunem christianoꝝ conuentum īdixerat tuto proficisci liceret .Crea-
to autem principe colūnensi urbis præfecto in locum demortui Boriæ : relictoq; Ro-
mæ legato Nicolao cusa sancti Petri ad uicula cardinali media hyeme ab urbe discedit:
ꝑ eas ciuitates iter facit: quæ ciuili discordia ad bellū pon usq̄ ad pacē spectare uidebāt:
populos ad concordiam & quietē adhortatur:Mantuam postremo undequaq; uētum
est.Magnus aderat principum numerus:magna legatoꝝ uis.Ex tota enim Europa nul
la natio:gens nulla fuit:quæ non aut principes aut legatos eo miserit. Actum deniq; est
in illo celebertimo conuentu Pio ipso dicente:ut bellū cōmuni omniū decreto Thur-
cis indiceretur.Dictæ sententiæ:qua id ratione geri posset . Propositum periculum qd
ceruicibus christianorum immineret.Motæ sunt omnibus lachrymæ:cum eorum cala
mitates exponerentur:qui a barbaris in grauissimam seruitutē quottidie abducebant.
Incensi animi:cū ostenderet thurcos occupata Græcia & yllirico īteriorē Europam pe
netraturos. Nil est certe ab eo prætermissum:quod ad mouendos christianorum ani-
mos pertineret.Magna quidē in dicendo Pii laus fuit:ꝙ cum sæpius iisdem de rebus lo
queretur:diuersa semper uisus est dicere:tanta erat in homine elegantia & copia.Gallo-
rū querimonias & calumnias Renati regis:ꝙ Ferdinandum Alphonsi filiū ī regno nea-
politano cōfirmasset:ꝙ eundem corona regia donasset tribus actionibus acerrime cō-
futauit.Agebantur hæc ī mātuano cōuentu:cum tota fere Europa relicto externo bel-
lo:ad intestinū aīos atq; arma cōuertit.Surgūt germani primū ī se ipsos:prim ī Pannoni-
os:quoꝝ opa tantū tāq; necessariū bellū magna ex pte cōfici potuisset . Excitaf Britā-
nia duplici factione: quaꝝ altera ueterē ī isula regē:altera nouū fugato uetere retinere
conaf.Surgūt præterea hispani Barchinonēsibus auxilio futuri:quos aragoniæ rex gal
loꝝ armis adiutus bello premebat , Et neqd ad disturbāda oīa deesset : Italia Europæ
caput relicto externo bello:ad īestinū aīos atq; arma cōuertit.Gerebaf tū bellū ī Apu
lia:quo Ioānes Renati regis filius Ferdināū regno pellere conabaf. Hic duplex factio

in tota prouincia:exorta est:cum ii Ferdinando:illi Renato fauerent. Pius itaq; omisso mantuano cōuentu ad sędandos motus in Hetruriam rediens: Viterbium ab aduersa factione per fraudem occupatum haud magno negocio recipit: Picētes ob fines domesticos acerrimis bellis exagitati: partim ratione: partim metu ad pacem rediguntur. Vmbros simili contentione distractos: ac magnis cędibus oblitos & fœdatos auctoritate sua tandem sędauit. Senensium rempu. sublatis seditionibus omnibus: quibus triēnio ante laborauerāt cōstituit. Exules quosdā uiros certe pręclaros in patriā restituit. Nobilibus reip. administrationē reddidit: in sabinorum uero perfidiam animi aduersū est: q̃ hostem publicum commeatu & transitu iuuissent. Romę grauissimos tumultus siccariorum repressit: capto cū aliquot sociis Tyburtio Angeli Massiani filio: quem diximus a Nicolao ob cōiurationē interemptum: & laqueo ad fenestras capitolii suspenso: q̃ ausi fuissent templū Pantheon occupare: atq; inde tanq̃ ex arce in optimum quenq; grassari. Tyrānos quosdā ad res nouas spectātes e finibus ecclesię bello submouit. Neminē unq̃ bello attigit: ad quem legatos nō prius misisset: si quo mō ad sanitatē rationibus adduci posset. Fœdericum urbinatem copiarum suarum ducem cum Alexandro Sfortia in marsos misit: qui Iacobū picenninū remoraretur a Renato mercede cōductum: ne in Apuliā ad gallos Ferdinandū bello uexante transiret. Ferdināndo aūt ad Sarnū fugato auxilio fuit: quo minus regno spoliaretur: ueritus ne si galli regnum occupassent: uictoria elati libertatem Italię subuerterent. Legatorum a gallis uenientium minas & pollicitatiōes: quibus se a Ferdinando ad Renatum traducere conabant: facile cōtempsit. Sigismūdi malatestę ecclesię romanę uectigalis furores ac rabiē censuris & armis cōpressit. Is enim spreto fœdere: quod inter se & Ferdinandū fuerat: a pontifice ictum castella omnia ob seruandam fidem data: contra ius fasq; inuasit. Legatum ecclesię romanę ad Nidasturem fugauit: Picentibus bella intulit. Huius uero rabies sequenti anno ad Senogalliā Fœderico urbinate & Neapolione ursino ducibus graui pręlio compressa & castigata est: recuperata Senogallia. Expugnatū fortunę fanū Nicolao pistoriensi cardinali sanctę Cecilię legato: ac magna pars arimmnēsis agri ei adempta est: ne posset aliquando ad rebellionem spectare. Pugnatum est pręterea non ita multo post a Ferdinando pari fœlicitate ad Troiam Apulię oppidum: quo prælio princeps tarentinus ac pleriq; alii: qui nouarum rerum cupidi gallica sequebantur arma: adeo sunt perterriti: ut supplices a rege pacem petētes i eius amicitiam redierint fere omnes pręter paucos: quos postea rex bello īsecutus: aut regno expulit: aut ad sanitatem redęgit. Pius autem duobus maximis ac grauissimis bellis liberatus: expeditionem asiaticam quę in mantuano cōuentu regum ac pricipum ambitione & auaritia fuerat omissa repetit. Socios belli Vngarię regem: Philippum Burgūdię ducem ac uenetos: q̃ u prōptiores ad eam rem esse uiderentur sibi adiungit. Oratores & nuncios cum litteris apostolicis ad gētes & nationes christianas mittit: qui pricipes omnes: qui populos ad tantum bellum tāq; necessarium adhortarentur. Ipse iterum Senas ꝓficiscitur: iturus ubi ei per anni tempus liceret ad balnea Petri olana: quę potissimum eius ęgritudinem lenire uidebantur. Ibi aūt cognoscit Philippum burgundum: qui semet uenturum cum milite & classe uouerat: a tāta pollicitatōe destitisse. Intelligit pręterea multos ēe pricipes ac populos nō exteros modo: sed italos quoq; qui ambitione & liuore rem tantam disturbare conarentur: quia eos uiderent nobilissima pręmia reportaturos: qui tantam belli molem subirent. Hos autem (ut pontificem decuit) admonitionibus ad sanitatem reducere conatus est. Relictis uero balneis ad urbem proficiscitur: ubi uehementi dolore pedum & graui febre dies aliquot laborauit: qua ex re factum est ut nonis Iunii; quemadmodum publico decreto enunciauerat: Anconę esse nequiuerit. Delinita autem aliqua ex parte ęgritudine: Oratores a rege gallorum & Burgundię duce uenientes: eiusq; morā excusātes audit. Vocatis deīde ad se patribus cardialibus: regi Boemię de fide catholica male sētiēti diē dicit. Inde ab urbe discedēs: p sabinos: ūbros Picētes: Anconā lectica iacēs defert. In itinere aūt magnā uim hoium ex Germania: Gallia: Hispania ueniētiū ad bellū thurcis indictū offēdit: quoq; magnā ptē absolutā peccatis (germanorum

potissimum(in patriam remisit:quod minus idonei bello gerendo essent quodq; etiam belli impensam : ut in litteris apostolicis continebatur secum non detulissent . Dum classem quae passim in portis superi iferiq; maris ad tantú bellú fuerat aedificata : dúq; uenetorum ducem belli socium Anconae expectat : diutina & lenta febri afflictatus moritur áno sexagesimo quarto supra quadrigétos & mille.xvii.calédas septébris horá circiter tertiá noctis:áno uero pótificatus sexto diebus sex minus. Tátae aút cóstátiae & fortitudinis fuit:ut tota aegritudine graui quidé & longa occupationes ítelligédi causas diuersarum gentiú audiédi,inhibendi:decernédi,iudicádi:signádi:admonédi:castigádi íntermiserit nunq̃.Eo aút die quo e uita migrauit duas horas ante extremú uitae spaciú patres cardinales ad se uocatos constáti animo & uoce nó inconcinna ad concordiá í eligédo nouo pótifice adhortatus é:quibus item honoré súmi dei:dignitaté ecclesiae romanae:bellú a se in thurcos suscaeptú:saluté animae suae:familiá oém:nepotes uero maxime si cómédatione dignos se praestiterint:cóstanti ac graui oratione cómendauit.Petiit sponte sacraméta oía:& signa integerrimi christiani oíbus in rebus prae se tulit.Praeterea uero acerrime tú quidé disputauit cú Laurétio Rouerella episcopo ferrarensi theologo doctissimo:liceret ne extremam unctionem iterare:qua semel inunctus fuerat:dú Basileae pestiléntia grauissime aegrotaret.Orationes canonicas:ut íntermitteret í tanta animi anxietate:neq; domesticorum quidé precibus exorari potuit.Symbolú Athanasii cóstáter pronunciauit.& pnunciatum uerissimú ac sanctissimú esse dixit.Non morté exhorruit:nó perturbationis:aut incóstantiae:dum supremú spiritú efflaret : signú aliquod edidit.Extinctus profectus magis q̃ mortuus dici potest:adeo longis aegritudinibus maceratus erat:ut corpus suú Romá deferretur suis mádauit.Affirmát Polyntores uiuacissimú cor in homine inuentú.Funus Ancona Romá defertur:comitáte familia lugubri ueste íduta:ac lachrymis squalida.Peractis aút de more exequiis í Basilica sácti Petri códitur ad altare sancti Andreae:sepulchro Frácisci cardinalis senensis ípensa condito cú hoc epitaphio.Pius.ii.pont.Max.natione tuscus:patria senensis:géte picolhominea: sedit ánnos.vi.Breuis pótificatus ingens fuit gloria.Cóuentú christianorum Mantuae pro fide habuit.Oppugnatoribus Ro.sedis ítra atq; extra Italiá restitit:Catheriná senen. íter sanctas Christi retulit:pragmaticá í Gallia abrogauit:Ferdinádú Aragonésem in regnú Siciliae eis fretú restituit:ré ecclesiae auxit. Fodinas inuéti tú uero aluminis apud Tolfá instituit cultor iusticiae & religionis.Admirabilis eloquio:uadens í bellú quod thurcis indixerat Anconae decessit:ibi & classem paratá:& ducem uenetorum cú suo senatu cómilitones christi habuit.Relatus í urbem est patrum decreto:& hic códitus ubi caput Andreae apostoli ad se ex Pelponneso aduectum collocari iusserat. Vix.an.lviii.mé.viii dies.xxvii.Collegio auté cardinaliú quinq; & q̃draginta milia númum aureorum a uectigalibus ecclesiae pésum ob indictú thurcis bellum reliquit . Has aút pecunias cardinales & triremes:quae tum in portu Anconitano erát Christophoro mauro uenetorum duci:qui biduo ante Pii morté cú triremibus undecim applicuerat: cómittunt his conditionibus:ut nauigiis pro eorum arbitrio bello nauali uterentur: pecunias uero stipendii nomine ad Matthiam Vngarorum regem mitterent bellum assiduo cum thurcis gerenté.Mortuus est uir fortitudinis certe:ac prudétiae singularis:& qui nó ad ocium:ad segnitiem:sed ad res agédas & maxías quidé natus uidebatur.Augere maiestaté pontificis conatus est semper.Nó reges:nó duces:nó populos:nó tyránnos í se aut ecclesiasticum quempiam delinquétes bello : césuris íterdictis:execrationibus psequi prius destitit:q̃ eos ad sanitatem rediisse cognouerit.Lodouico aút regi gallorum aduersatus est:q libertatem ecclesiae minuere conaretur:cum ab eo antea pragmaticá ecclesiae romanae perniciosissimam pestem extorsisset . Borsio duci mutinési minatus est : q ipse romanae ecclesiae censuarius : & Sigismundo malatestae hosti ecclesiae : & rebus gallicis faueret . Sigismundum uero austriae ducem grauissimis censuris persecutus: q Nicolaum cusanum cardinalem ad uincula Petri caepisset:ac comprehensum aliquandiu in carcere detinuisset.Dieterum hisemburgensem Maguntinum antistitem male de ecclesia romana sentiété sede depulit:inq; eius locum alterú suffecit.Beneuentanú archi-

epū̄m contra eios uoluntaté res nouas molienté:beneuentū́q; gallis ꝓdere conantem:
archiepiscopatu mouit.Frácis̄cū copinū̄ plus auctoritatis cū magna pnicie & clade ho-
minū̄ i legatione británica sibi uindicáté:q̄ ei a sede apostolica cōcessū̄ fuerat:episcopa-
tu Interamnensi priuauit.Taracinū̄ Beneuentum:Soram:Arpinū̄:ac magná parté her-
nicoꝶ(quæ nūc Campia uocatur)í deditioné ecclesiæ redægit.Nil regibus:nil docibus:
nil populis timore & auaricia cōcessit unq̄.Quosdam uero sæuerissime arguit:q̄ ea pe-
terent quæ sine ecclesiæ detriméto & eius ignominia fieri nullo modo possent. Tantū̄
terroris dominis quibusdá italicis præsertim iniæcit:ut officio & fide nil antiquius du-
cerét.Vt hostes publicos cōstáter psecutus é: sic amicos humanissime:ac officiosissime
fouit.Foedericū̄ romanoꝶ íperatoré:Matthiam ungaroꝶ regem:Ferdinandū̄ Alphon
si filiū̄:Philippū̄ burgundū̄ Franciscū̄ Sfortiam:Lodouicum Gonzagam uehemēter di-
lexit.Duodecim cardinales suo pōtificatu ueteribus addidit:Reatinū̄ Spoletinū̄:Trané
sem Alexandrū̄:Saxoferratensem:Bartholomeū̄ rouerellam:Iacobum lucésem: Franci-
scū̄ Laodomiæ sororis suæ filiū̄:Franciscū̄ gōzagam Lodouici principis filiū̄.Hi omnes
Italici sunt habiti.Ex transalpinis salseburgensem:Lodouicū̄ libre tum: Atrebatensem:
urgelensem.Viuendi aūt rationé ita patiebat:ut ocii & desidiæ accusari nullo mō pos-
set.Surgebat mane aurora illucescéte:& habita ratione ualitudinis:ac re diuina caste &
pie facta ad negocia publica statim egrediebat.Fūctus officio ac p hortos recreádi ani-
mi gratia delatus prandebat.Mediocri cibo utebatur:nō exquisito & lauto. Cibos raro
sibi apparari iussit:quod apponebat hoc edebat.Vini parcissimus:dilutiq; ac lenis ma-
gisq̄ austeri amator.Sumpto cibo dimidiū̄ horæ cū domesticis:aut fabulabatur:aut di-
sputabat.Cubiculū̄ deinde ingressus cū paululū̄ quieuisset horis canonicis de more re-
petitis:tam diu legebat:aut scribebat:donec ei p munera publica licuisset . Idé faciebat
noctu qđ die post cená:ná & legebat & dictabat usq; ad multá nocté in lecto iacens: nec
amplius q̄ horis qnq; aut sex quiescebat.Hō fuit staturæ breuis:caput habuit ante ános
canū faciē ante dies senectá præ se ferété.Aspectu sæueritaté facilitate cōditá ostédebat.
Circa cultū̄ corporis neq; morosus neq; negligés:laboris patiēs habebat. Siti æquo aío
& famē tolerauit.Robustum ei corpus natura dederat:quod tamé longe peregrinatio-
nes:& crebri labores:frequētes uigiliæ attriuerát.Accedebát morbi eius familiarissimi:
tussis:calculus & podagra:quibus ita psæpe cruciabat:ut præter unicá uocé nil ei qua-
re uiuus dici posset relictū̄ uideret.Aditu etiá dū̄ ægrotaret facilis erat:uerboꝶ parcus
inuitus petita negauit.Pecuniaꝶ quátum collegit tantū̄ errogauit : quaꝶ neq; studio-
sus neq; aspernator fuit.Dum numerarétur:dum reponerentur íteresse nunq̄ uoluit.
Fouere ígenia suoꝶ tépoꝶ nō é uisus:q̄ tria grauissima bella ab eo suscæpta ærariū̄ pō
tificiū̄ ita cōtinuo exhauserant ut ære alieno:ac magno quidé sæpe premeret .Multos
tamé muneribus aulicis & beneficiis ecclesiasticis iuuit:litteratos dico.Orátes aut poe-
mata recitátes libéter audiuit:eorū́q; iudicio q aliquid sapere uiderent:sua scripta com-
misit.Mendaces & delatores odio habuit.Irá facile collegit:collectá facillime repressit.
Lacesséntibus eū cōuiciis & dictis petulátioribus cōstáter ignouit:ni sedi apostolicæ fa-
cta eét iniuria:cuius dignitaté adeo acriter tutatus é semp: ut eius causa magnoꝶ regū̄
ac pricipū̄ graues inimicitias frequéter suscæpit.Erga domesticos mira comitate & fa-
cilitate utebat.Nam quos uel íscitia: uel ignauia deliquisse deprehédisset:paterna chari
tate admonebat.Male de se opinátes uel loquétes cohercuit nū́q̄:libere ení í libera ci-
uitate loqui oés uolebat.Quereti nescio cui apud eum:q̄ male audiret:respōdit de me
quoq; qui male sentiát:si i cápū̄ floræ ꝓficisceris multos audies.Siquádo coelū̄ romanū̄
taq̄ naturæ suæ cōtrarium & ísalubre mutare cōstituisset:æstate præcipue:aut Thybur:
aut Senas í patriá ꝓficiscebat.Secessu aūt abbatiæ mire delectabat:quæ i agro senési:tū̄
amoenitate loci:tū̄ opacitate siluaꝶ mira refrigeratio æstate habet.Frequétauit Mace-
ratana & petriolana balnea ualitudís cá.Rara ueste utebat:& argéto frugali magisq̄ re-
gio.Eius eni uoluptas oís quádo a munere publico uacabat í lectiōe & scriptiōe frequéti
reposita erat.Libros plusq̄ zaphiros & smaragdos caros habuit:qbus chrysolitaꝶ ma-
gná copiá íesse dicebat.Mésam aūt artificiosam ita contempsit:ut ad fontes:ad nemora

ad loca agrestia delatus:quæ sæpe frequētabat animi cā:nō appato pōtificio:sed humi-
li ac ,ppe rusticano sit usus.Hāc eius crebrā locoꝶ mutatione nō defuere:qui caperent
ex aulicis maxīe:q̧ id nunq̄ ab aliis pōtificibus factum eēt:nisi aut bello aut peste urgē-
te.Hoꝶ autē quærelas cōtempsit semꝑ:q̧ diceret:nil ob eā rem a se prætermitti: qđ ad
dignitatē pōtificatus ad utilitatē aulicoꝶ ꝑtineret.Signabat oībus in locis:audiebat:cē-
sebat.respondebat:affirmabat:refellebat : quibus ex rebus quouis etiā in loco abunde
oībus satisfieri poterat.Nō libēter solus comedebat.Hāc ob rē:uel Spoletinū cardinalē
uel Tranēsem uel papiēsem in cōuiuium adhibebat:īter cœnādum de studiis bonarum
artium loquebatur:memoriā ueteꝶ repetebat:& quid quisq̧ laudis:uel dicēdo:uel scri
bēdo cōsecutus esset:exquisito iudicio ostēdebat.Ad uirtutē suos frequēter adhortaba
tur a uiciis deterrebat:cū eoꝶ res gestas cōmemoraret:q̧ ī uita recte aut ꝑperā ægissēt.
Augustino patricio lectore u us ē:a quo etiā(dū ipse dictabat)describebāt oīa:sales īter
dū libēter audiebat:negociis præsertim uacuus.Florētinū quēdā īterdū adhibebat(cui
græco nomē ē)hoīem certe cuiusuis mores:naturā:līguā:cū maxīo oīum qui audiebāt
risu facile exprimētem.Homo fuit uerus:īteger:aptus:nil habuit ficti:nil simulati.Chri
stianā aūt religionē ita coluit & obseruauit:ut oēm,prius hypocrisis suspicionē a se re-
moueret.Frequēter cōfitebāt & cōmunicabat.Rē diuinā aut ipse faciebat:aut dū fieret
obseruatis de more cerimoniis oībus astabat.Sōnia:portēta ,pdigia cōtēpsit sēꝑ Fulgu-
ra ,pcurauit nunq̄.Geomātibus & cæteris id genus nullā fidē adhibuit . Timiditatis &
īcōstātiæ signū ullum ī hoīe cognitū.Extolli secundis rebus:& ꝑturbari aduersis nunq̄
uisus ē.Suos plerūq̧ ut timidos & formidolosos repræhēdit:q̧ acceptas clades(ut ī bel
lo cōtigit)apte ei denunciare uererēt.Incōmodis enī cōsilio & manu mederi posse dice
bat:si id ad tēpus qd accidisset scitū foret . Socios belli:uel magnitudīe īpensæ:uel ho-
stiū potētia ꝑterritus deseruit nunq̄.Bella suscæpit īuitus:tamē & multis ac maximis ī-
iuriis lacessitus ,p tutella ecclesiæ ,p defensione religionis.Aedificādi studio uehemēter
delectatus ē.Impēsa enī sua scalæ tēpli ad uaticanū uetustate collapsæ īstauratæ. Vesti-
bulū ædiū ad dignitatē & tutelā loci munitū . Areā ,p tēpli foribus ruderibus purgatā
sternere ꝑabat.Porticū unde pōtifex populo benediceret īcohauerat: Tybure arcē ꝑfe-
cisse priusq̄ īcohasse uisus ē.Senis q̄drato saxo gētilibus suis porticū fastigiatā & orna-
tissimā:extruxit.Corsiniam qd Pientiā a pio noīe ī pōtificatu accæpto appellauit:ciuita-
tēq̧:fecit tēplum testudineū celebre:id quidē & ornatissimas ædes extruxit. Sepulchꝶ
marmoreū paternis maternisq̧ ossibus Senis ī tēplo beati Frācisci suo iussu cōditū hoc
disticho notauit:Syluius hic iaceo cōiunx uictoria mecum ē:Filius hoc clausit marmo
re papa pius.Quattuor habuit ex sorore nepotes:ex his duo minores natu eius gratia &
auctoritate a rege hispano equæstri ordini sunt additi:primus cui Ferdinādus rex filiā ī
matrimonium locauerat:dux Amalphitanus creaē.Secundus:quē(ut antea dixi)Pius in
numeꝶ cardinalium retulit:tāta cum ītegritate & uirtute adhuc uiuit:ut ī eo nil sit re-
quirendum:qd ad amplissimū uiꝶ ꝑtineat:īgenio:moribus:solertia:religiōe:modestia:
grauitate.Ad Pium redeo:qui ī tāto reꝶ fastigio collocatus:litteraꝶ studium īternisit
nunq̄.Adolescēs:& nōdum sacris initiatus poemata ædidit:lasciuiæ magis & festiuitati
accōmodata:q̄ pressa & grauia.Surgit tamē nōnunq̄: & dum iocaē mordacitate nō ca-
ret.Extāt eius epigrāmata referta salibus . Ad tria millia narioꝶ uersuū scripsisse diciē:
quoꝶ ꝑs magna Basileæ periit . Orationi solutæ reliq̄ uita se totū dedit: magnitudine
reꝶ īuitatus.Delectatus ē etiā mixto scribēdi genere:& ad philosophādum aptiore.Li-
bros ī dialogo edidit:de potestate concilii basiliensis:de ortu nili:de studio uenādi : de
fato :de præsciētia dei:de hæresi boemoꝶ.Reliquit dialogum imperfectum cōtra thur
cos īcohatum ,p defensiōe fidei catholicæ. Epistolas digessit in tēpora: & q̄s ,pphanus:
q̄s sacris initiatus:q̄s antistes:q̄s pōtifex maximus scripserit: uoluminibus seperat . His
reges:nationes: ciuitates:prīcipes:atq̧ omne genus hoīum ad religiōis arma īcēdit.Ex-
tat eius epistola ad thurcum: q̄ hoīem adhortaē : ut post habita mahometana perfidia
ueram christi Iesu religionem sequaē.Libellum edidit de miseria aulicorum . Scripsit
etiam de institutione artis grammaticæ ad Ladislaum adolescētem ungarorum regem

Orationes circiter duas &.xxx. habuit ad pacẽ regũ:ad cõcordiã pricipũ: ad trãquillitatẽ nationũ:ad defẽsionẽ religionis:ad quietẽ totius orbis terraꝝ spectãtes. Boemicã historiã pfecit: Australẽ iperfectã reliquit. Aggressus ẽ historiã reꝝ ubiq; locoꝝ sua ætate gestaꝝ:quã negocioꝝ multitudine oppressus impfectã reliquit. Cõmẽtarioꝝ de rebus a se gestis libros duodecim scripsit:tertiũdecimũ icohauit. Scribẽdi genus lene est ac tẽperatũ. Cõciones habet splẽdidas & rei accõmodatas. Mouet affectus:ac eos deniq; sedat. Cãdorẽ & ornatũ orationis nũq̃ intermittit. Describit apposite situs & flumina. Varios ꝑ tpe sumit eloquẽtiæ uultus. Cognitionẽ reꝝ antiquaꝝ nõ omittit. Nullius oppidi occurrit mẽtio:cuius originẽ nõ repetat:situ nõ notet. Qui duces:q̃ ætate claruerĩt diligẽtissime pscribit. Mimos etiã ad uoluptatẽ notauit. Sentẽtias i ꝓuerbii modum reliquit multas:quaꝝ ptem aliquã q ad isštitutionẽ hũanæ uitæ ptinere uisæ sũt:subiũgere istitui. Diuinã naturã credẽdo melius q̃ disputãdo itelligi ac cõprehendi posse dicebat. Omnẽ sectã auctoritatẽ firmatã hũana ratione carere. Christianã fidẽ etiã si miraculis nõ esset approbata honestate sua recipi debuisse. Vnius diuinitatis tris eẽ psonas: nõ qua rõne ꝓbetur:sed a quo dicatur asauertendũ. Mortales mẽsores cœli & terræ audaces magis uideri q̃ ueros. Siderũ iuestigare cursus:pulchrius esse q̃ utile. Amicos dei & hac futura pfrui uita sine uirtute nulli solidũ esse gaudiũ. Neq; auaꝝ pecunia: neq; doctũ cognitione reꝝ unq̃ repleri:cui plura nosse datũ est eũ maiora sequi dubia. Plæbeis argẽti:nobilibus auri:pricipibus gẽmaꝝ loco litteras esse debere. Bonos medicos nõ pecuniã:sed bonã ualitudinẽ ægroti quærere. Artificiosã orationẽ stultos nõ sapientes flectere. Sãctas eẽ leges:quæ uagãti frena licẽtiæ iponũt. In plebẽ uim habere leges: ipotentes mutas. Res grauiores armis:nõ legibus diffiniri. Vrbanus suã domũ ciuitati:ciuitatẽ regioni:regionẽ mũdo:mũdũ deo subiicit. Lubricũ esse primũ apud reges locũ. Vt in mare flumina oĩa:sic uicia i magnas aulas fluere. Assentatores maxĩe quo uolũt reges ducere. Nulli magis pricipes aures:q̃ delatori præstare. Pessimã regibus pestẽ adulatoris linguã. Regẽ quĩ nulli fidit:iutilẽ esse:nec meliorẽ:q oĩbus credit. Qui multos regit:a multis regaĩ oportet. Nõ eẽ regio noĩe dignũ:q suis cõmodis publica metiĩ neq; q sacra negligit ecclesiæ ꝓuẽtũ:neq; regẽ q iuridicũdo nõ assidet: uectigalia digna petere. Litigatores aues foꝝ:areã:iudicẽ:rete:patronos aucupes dicebat. Dignitatibus uiros dãdos: nõ dignitates hoĩbus. Magistratus alios mereri & nõ habere:alios hrẽ & nõ mereri. Graue põtificis onus:sed beatũ ei q bene fert. Indoctũ epũm asino cõpandũ. Corpora malos medicos:aĩas iperitos sacerdotes occidere. Vagũ monachũ diaboli mãcipium esse. Virtutes clerũ ditasse:uicia pauperẽ facere. Sacerdotibus magna rõne sublatas nuptias maiori restituendas uideri. Fideli amico nullũ thesauꝝ anteferendũ. Vitã amico iuidiã morti cõparãdam. Hostẽ i se nutrire:q nimis filio ignoscit. Nulla i re auarũ placere hoĩbus:nisi i morte. Vicia hoĩum liberalitate obtegi:nudari auaricia. Mẽtiri seruile uiciũ esse. Vini usum & labores & morbos auxisse mortalibus. Vinũ qđ mentẽ excitet:nõ quod obruat sumẽdũ. Libidinẽ ætatẽ oẽm fœdare:senectutem extinguere. Quietã uitã nõ aurũ ipsũ nõ gẽmas præbere. Dulce bonis:duꝝ iniquis mori. Generosam mortẽ turpi uitæ oĩum philosophoꝝ sentẽtia anteferẽdã. Hæc sũt fere:quæ de uita Pii põtificis scribi possũt:ad cuius laudes hoc etiã addo: q & beatã Catherinã senẽsẽ i sanctas retulit:caput sancti Andreæ e peloponeso a principe loci Romã auectũ sancto Petro cũ maxima ueneratiõe:cũq; supplicationibus cleri populiq; romani in sacello ad id fabricato collocauit:repurgato templo eo loci potissimũ:dimotisq; quorũdam pontificũ & cardinaliũ sepulchris:quæ Basilicam ipsã temere occupabãt.

PAVLVS.II.

PAVLVS. Secũdus:Petrus barbo antea uocatus:patria uenetus:patre Nicolao:matre Polyxena:sancti marci presbyter cardinalis:pridie calendas septẽbris põtifex creaĩ. M.cccc.lxiiii. Is eni Eugenii põtificis ex sorore nepos:adolescẽs adhuc iturus i mercaturã erat:quæ apud uenetos i precio ẽ:& a Solone nõ improbatur:& iã scrineũ & arma in triremes detulerat:cũ ei nũciatũ est Gabrielem condelmerũ auunculũ suũ põtificem creatum esse. Substitit itaq; adhortantibus amicis & fratre

Paulo barbo maiore natu:ac litteris(licet iã adultus esset) operã dedit:praeceptore usus
Iacobo ricionio:q diligétiá hois ea i re laudare cõsueuerat.Habuit& alios praeceptores
nec tamé ob aetaté admodú ,pfecit:quos oés praeter Rícioné(dű põtifex eét)dignitate
& facultatibus honestiores reddidit:ostédés p eos nõ stetisse:quo minus doctior euade
ret. Paulus aût barbo magni aí ac prudétiae uir.cognita fratris natura:quae potius qeté
quá negocia appetebat:Eugeniú rogat(ná Florétia uidédi hoís causa uenerat)ut Petrú
ad se uocet iniciatúq; sacris i aliquo dignitatis gradu collocet.Vocatus itaq; Petrus ar-
chidioconatú bononiésem ac nõ ita multo post epãtum Cerulae cõmédatioe adeptus:
,ptonotarius ab auúculo creať:ex his potissimú q emolumétoꝝ pncipes sűt.His aút fa
cultatibus aliquot ánis uitá ducés:tandé una cú Alouisio patauino medico: qué postea
patriarchá & camerariú appellarűt:cardinalis ab Eugenio creatur:istátibus qbusdã Eu-
genii familiaribus:ut haberét qué Alouisii potétiae interdű obiceret: iter quos postea
táta simultas fuit:ut nusq̃ maiore odio certatű sit:his etiá discordias alétibus:qui sediti
onibus ali & augeri cõsueuerát.Dolebat ení Petrus primű locű sibi apud Eugeniű sub-
ripi:cű nepos esset:cúq; etiá patricius uenetus.Hác ob ré inimicitias nõ uulgares exer-
cuit cű Fráciſco Cõdelmerio uicecácellario ex amita Eugenii nato:quo deinceps mor-
tuo totű se i patriarchá uertit:licet saepius itercedétibus amicis i gratiá redisset simula-
to aío.Hác ob ré sub diuersis põtificibus ita iter se mutuis odiis certarűt:ut alter alteri
nõ pepcerit:siue facultates:siue dignitaté ispicias.Iactata & iter eos uaria ,pbra sűt: quae
cõsulto praetereo:ne maledicis fidé praestitisse uideat.Mortuo aút eugenio cű i eius locű
Nicolaus quitus suffectus eét:tátű apđ hoiem gratia & bládiciis ualuit:ut & primű ipse
locű e natióe sua apud eű tenuerit fratre Nicolai hoiem adiuuáte:& ita Nicolaű aíaue-
tit:ut camerarii dignitaté Alouisio diminueret.Erat ení Petrus barbo natura bládus:
arte humanus ubi opus erat.Praeterea uero eo idignitatis plerűq; deuetuebat:cű praecá-
do:rogádo.obtestádo:qđ uellet cõsequi nõ posset.ut ad faciédá fidem precibus lachry-
mas adderet.Hác ob ré Pius põtifex hoiem mariá pietissimá appellare iterdű p iocű so-
lebat.His quoq; artibus apud Calistű usus eo ppulit hoiem:ut Alouisiű cű triremibus
i thurcos mitteret:ostédés hois amplitudiné huic tátae rei maxie conuenire:cű alias &
exercitus ductasset:& ditioné ecclesiae ab hostibus cõstáter tutatus fuisset. Hac demű
molestia liberatus Petrus:Calistű deiceps ita i sentétiá suá semp traxit:ut donec uixerit
nullius magisq̃ huius cõsilio sit usus.Facile praeterea quicquid uolebat a põtifice ipetra
bat:sua uel aicoꝝ cá.Erat eni ,ppésior i aicos:& quos i clíetelá suscaepat quibuscűq; re-
bus poterat iuuabat ac cõstátissime tuebať:cű apud unűquéq; magistratű.tű uel maxi-
me apud põtificé.Tátae praeterea hűanitatis fuit:ut i aegritudinibus curiales ipsos: qui
aliquo i precio erát iuiseret:& quibusdá remediis adhibitis eos ad ualitudiné adhorta
reť.Sép ení domi hébat unguenta uenetiis auecta oleű tyriacá & caetera iđ genus:quae
ad curádá ualitudiné faciűt.Ex his aliquid ad aegrotos mittebat.Curabat ité ut uni sibi
magisq̃ alteri aegrotátium testaméta cőmitteret:quae postea ex arbitrio suo ptiebať:&
si qd ierat qđ ad ré suá ptineret:facto tamé sub hasta precio id sibi pecunia uidicabat.
Romanoꝝ uero quorundá amicitia delectatus é:quos saepe i cõuiuium adhibebat: tű
ad iocum:tum ad risum:qué & Priabiuius suus & Fráciscus Malacaro salibus:minimis:
dicteriis:scõmatibus frequéter nõ sine urbanitate excitabát. His qdé artibus effecerat:
ut tű ciuibus romanis.tű aulicis ipsis carus esse putaretur.Praeterea aút ne domi tantű
posse uidereť:foris etiá auctoritaté sibi cõparare ánixus é.Ná & in Hernicos (quá nunc
cápaniá romaná uocát)profectus est ad populos quosdam sedádos:qui de finibus con-
tendebát:& lité cõponere iter comitem Auersae & Neapolioné ursinum conatus Pau-
lum abfuit quin turpiter captus in uincula conniceretur:adeo in eum comes Auersus
ob quádam uerborum licentiam male animatus erat.Re itaq; infecta abiens homini
semp aduersatus est.Mortuo deinde Calisto i eiusq; locű Pio suffecto:cű pmutare epi-
scopatű uincétinum in patauinum istando acerbe nimium:rogandoq; anniteretur: &
Pii pontificis & uenetoꝝ irá adeo icurrit:ut & Paulű fratré senatorio műere amouerit:
& ei iterdixerit:quo minus alioꝝ beneficioꝝ,puentibus potireť:nisi sentétiá mutaret.

Hác ob ré ídignatus homo ulciſcédi tépus obſeruás:íterim acerbe nimiú í eos inuehebat:p quos ſtetiſſet quo minus uoto potiret. Mortuo aút Pio í eius locú ipſe ſuffectuſtari ubi magiſtratú initiſue q ita pollicitus erat:ſiue q Pii decreta & acta oderat. Abbreuiatores oés quos Pius í ordiné redægerat:táq inutiles & indoctos(ut ipſe dicebat) exauctorauit. Eos ení bonis & dignitate í dicta cá ſpoliauit:quos etiá pp̄ter eruditioné & doctriná ex toto orbe terraꝝ cóquiſitos:magnis pollicitationibus & premiis uocare ad ſe debuerat. Erat quidé illud collegiú refectú bonis ac doctis uiris. Inerát diuini atq hũani iuris uiri peritiſſimi. Inerát poetæ & oratores pleriq: qui certe nõ minus ornamẽti ipſi curiæ afferebát.q̃ ab eadé acciperét:quos oés Paulus tanq̃ inquilinos & aduenas possessione pepulit:licet emptoribus cautú eſſet litteris apoſtolicis:cautú etiá fiſci pontificii auctoritate:ne qui bona fide emiſſet e poſſeſſione honeſta ac legitima deiceret. Tẽtarút tamé ii ad quos res ipſa p̄tinebat hoiem e ſententia dimouere. Atq ego certe q hoꝝ de núero erá rogádo etiá ut cauſa ipſa iudicibus publicis(quos rotæ auditores uocát)cõmitteret. Tú ille toruis oculis me aſpiciés. ita nos inquit ad iudices reuocas? Ac ſi neſcires oía iura í ſcrinio pectoris noſtri collocata eé? Sic ſtat ſentétia íquit:loco cedánt oés:eát quo uolút:nihil eos moror:põtifex ſum:mihiq licet p arbitrio animi aliorum acta & reſcindere & approbare. Hac uero tá inimici ſentétia accæpta:ut lapidé ímobilé uolueremus obuerſabamur:& fruſtra quidé die ac noctu í foribus aulæ uiliſſimú etiá queq ſeruú rogátes:ut nobis alloqui põtificé liceret. Reiiciebamur nõ ſine cõtumelia táq aq & igni iterdicti ac p̄phani. Hac aút diligétia uigíti cõtinuis noctibus uſi ſumus: nil.n.fere niſi noctu agebat. Ego uero táta ignominia excitus:qđ mihi ac ſociis meis corá nõ licebat:id agere p litteras íſtitui. Scripſi itaq epiſtolá his ferme uerbis:ſi tibi licuit ídicta cá ſpoliare nos éptiõe noſtra iuſta ac legitima:debet & nobis licere cõqueri illatá iuriá iniuſtáq ignominiá. Reiæcti a te ac tá íſigni cõtumelia affecti:dilabemur paſſim ad reges:ad prícipes:eoſq adhortabimur:ut tibi cõciliú ídicát í quo potiſſimú rationé reddere cogaris:cur nos legitima poſſeſſione ſpoliaueris. Lectis litteris Platyná reú maieſtatis accerſit í carceré trahit:cõpedibus reuicit. Mittit Theodoꝝ Taruiſinú epúm : q queſtioné habeat. Is ſtatí me reú facit:q & libellos famoſos í Paulú ſparſiſſem & cõcilii métioné feciſſé. Primú crimé ita cõfutaui:eos quidé dici libellos famoſos í quibus ſcribétis nomé reticet:at meú nomé í calce litteraꝝ extare. nõ igit libelli famoſi fút. q uero de cõcilio métioné fecerim:me nõ adeo graue crimé id putaſſe:cú í ſynodis a ſanctis patribus ſtabilita ſint fúdaméta orthodoxæ fidei:prius ſparſim iacta a ſaluatore noſtro eiuſq diſcipulis:ut maiores cú minoribus a quo iure uiuerét:ne cuiq̃ fieret iniuria. Vnde etiá apud romanos íſtituta é céſura:qua & qui priuati & qui í magiſtratu fuerút rationé habiti magiſtratus:& uitæ antea actæ reddere cogebát. Cú uero his rationibus nihil p̄feciſſé:reuictus cõpedibus:& quidé grauiſſimis:media hyeme ſine foco celſa í turri ac uétis oíbus expoſita cohercent méſibus q̃ttuor. Tádé uero Paulus Fráciſci Gõzagæ cardinalis mátuani precibus fatigatus:ægre pedibus ſtátem moleſtia carceris me liberat:admonet ne ab urbe diſcedá:í Indiá íquit ii p̄ficiſcere inde te retrahet Paulus. Feci mádata triénio í urbe cõmoratus ſú:arbitratus hoiem aliquá medelá meis ícõmodis íterim allaturú. Coronatus Paulus de more:memor a Caliſto quódá pulſos eé e ſancto Ioáne laterano canonicos regulares quos eodé í loco Eugenius põtifex ante collocauerat:eoſdé reuocauit:ut ſeorſú a canonicis ſæcularibus diuina officia celebrarent. Præterea uero canonicoꝝ ſæculariú eo í loco nomé aboliturus ſiqs moriebat í demortui locú neminé ſufficiebat:aut ſiqđ beneficiú uacabat. coactos ſe canõicatibus illis abdicare ad alias eccleſias tráſferebat:ut tádé beneficia illa í unú corpus redacta canõicis regularibus ſatiſfacerét ſine ullo diſpédio:cú eos tú paſcere ob íopiá oporteret. Hác aút ob ré Paulus multú a ſe alienauit ciuiú aíos:qđ dicerét illa beneficia a maioribus ſuis íſtituta: pulſis ciuibus íqlinis dari. Neq hoc cõtétus Paulus ſeorſú canonicos quoſdá allocutus eos:minis etiá adhibitis abdicare ſe illis canonicatibus ípellebat. Nõ nulli tamé eius minas cõtenétes:tépus uídicádæ libertatis expectabát:qđ poſtea eo mortuo eluxit. At uero cú núciatú eſſet thurcos capta iá fere tota Epiro í Illyricú iter parare:oratores ſtatim

ad reges & prĩcipes misit:eos oratũ:ut cõpositis rebus suis de bello thurcis ĩferẽdo ad
ꝓpulsãdã iniuriã cogitarẽt.Qua de re nil certe actũ ẽ:cũ ĩter se se grauissimis bellis de
certarẽt:hinc germani:hinc anglici nũc ueterẽ regẽ:ĩterdũ uero nouũ expetẽtes. Hinc
hispani:hĩc galli prĩcipes ueriti regis potẽtiã:qui regio noĩ oẽs obtẽperare oolebat: ia-
ctabatq; se breui facturũ:ut eos poeniteret:qui secus fecisset.Praeterea uero Paulũ urge
bat regis Boemiae ꝑfidia:qui se paulatim a toto corpore christiani noĩs sobtrahebat.In
hũc itaq; mittere Vngariae regẽ cũ exercitu ĩstituerat:si ei ꝑ bellũ ĩ thurcos soscaeptũ li-
cuisset:siq; rẽ ĩter regẽ & ĩperatorẽ cõponere potuisset.Nã mortuo Ladislao rege Vn-
gariae eius nepote:q̃ haerede carebat:ĩperator ipse regnũ illud: qđ Matthias Vaiouadae
filius occupauerat:sibi deberi praedicabat.Differẽdã itaq; rẽ Paulus ĩ aliud tẽpus cẽsẽs:
ad cõponẽdas quasdã simultates ciuiũ rõanoꝝ ĩter se dissidẽtiũ aĩum adiaecit.Orta nã-
que rixa erat ĩter Iacobũ Ioãnis Alberini filiõ & foelicẽ nepotẽ Antonii capharelli:hanc
ob rẽ accitis ad se patribusfamilias:eos aliquãdiu renitẽtes ad cõcordiã datis uadis cõ-
pulit.Verũ nõ ita multo post Iacobus Alberini filius nusq̃ laturus iniuriã patri illatam
Antoniũ capharellũ ĩterficere conatus:cõfossum aliquot grauibus uulneribus tãq̃ mor
tuũ reliquit.Hãc ob rẽ ĩdignatus Paulus:q̃ cõtra atq; Alberinus iurauerat filius aegisset
euersis eoꝝ aedibus:redactisq; ĩ fiscũ oĩbus bonis:eos ab urbe exules demũ facit.Hos ta
men postea suo iussu ad urbem redeũtes in gratiam recaepit:restitutis rebus omnibus:
paceq; ĩter dissidẽtes cõposita:cũ tamẽ ambo aliquãdiu ĩ carcere stetisset. Anno uero
M.cccc.lxv.Alouisius patauinus põtificis camerarius & tituli sancti Laurẽtii ĩ Damaso
presbyter cardinalis:uir ditissimus quidẽ:& ĩ rebus agendis sagax:sed ultimo suae uitae
tp̃e paꝝ prudẽs:quippe qui ex testamẽto maxĩa ex p̃te haeredes reliquerat duos fratres
cognomẽto scarãpos:alioquin bonos & liberalis ĩgenii:sed nequaq̃ tãtis fortunis & ꝓ-
uẽtibus ecclesiae p̃tis dignos:quid hoĩes suspicarẽt scimus.Has aũt facultates Paulus(ei
licet testãdi facultatẽ ultro ꝑmisisset)sibi uidicauit.Scarãpos capit:& tã diu honesto ta-
mẽ loco renuit:quoad quae Florẽtiam delata fuerãt ad se deferrẽt.Fugiẽtes scarãpi: dũ
hac de re agerẽt:capti ĩ carcerẽ cõiiciunt. Veꝝ cũ bõa patriarchae Florẽtia Romã dela
ta fuisset:Scarãpos cũ bona p̃te ĩcolumes dimittẽs:ĩ reliquos patriarchae familiares ma
iore bẽignitate usus ẽ:q̃ ipse testator ĩstituisset.Atq; hoc mõ bõa hoĩs tãta diligẽtia p̃ta
maiore retẽta:cũ magna opũ iactatione:ac si ãnos Matusalẽ uicturus eẽt:ab eo sunt par
tim possessa:ꝑtim distributa:quo cũ diutius simultatibus:odiis:maledicẽtia certauerat:
cũ maluisset ad thurcos ipsos q̃ ad Paulũ bona sua recidere.Sed neq; hoc cõtenta diui-
na ꝓuidẽtia:uoluit quoq; eius corpus iã sepultũ ĩ praedã dari. Ab ipsis enĩ (quibus ipse
beneficia sãcti Laurẽtii ĩ Damaso dederat)noctu apro sepulchro:ãnolo & uestibus spo-
liatus ẽ.In hos aũt Paulus re cognita grauiter aĩaduertit.Eodẽ fere tp̃e Foedericus ado
lescẽs aegregius Ferdinãdi filius Mediolanũ iturus ad ducẽdã Frãcisci Sfortiae filiã fra-
tris uxorẽ ĩ regnũ:Romã ueniẽs ꝓdeũte obuiã hoorato quoq; & Rhodorico uicecã-
cellario ꝑbenigne a Paulo suscipit:ac Rosa donat:quã põtifices quotãnis donare alicui
ex prĩcipibus christianis cõsueuere.Interim uero cũ Ferdinãdo ĩ aĩo esset eos bello ꝑse-
qui:& potissimũ ĩ regno suo existẽtes:qui dũ a Gallis premerent a se defecerãt:misissetq;
copias quasdã ca mẽte:ut ducẽ Soranũ adoriret.Põtifex diuertere id bellũ cupiẽs:archi
episcopũ mediolanẽsem eo ꝓpere misit oratũ:ut copias illas quẽadmodũ ratione pheu
di tenebat ad se mitteret:q̃ diceret sibi ĩ aĩo eẽ comitis Auersae filios ecclesiae nequaq̃
obtẽperãtes e medio tollere.Nã eo fere tp̃e Auersae comes morit: quo Paulus põtifex
creat:corpusq; eius Romã delatũ ĩ Basilica sãctae mariae maioris sepelit.Rex itaq; acer
rimus Deiphoebi hostis quippe:qui ab eo superiore bello ĩsidiis:ueneno & armis peti-
tus fuerat copiaꝝ suaꝝ praefectis mãdat:ut primo quoq; tẽpore ꝓficiscãtur:quo pon-
tifex ire iusserit.Antea.n.Deiphebum & Franciscum ad se uocatos monuerat:ut & iter
turũ a latronibus seruarẽt:ne Romã aliunde ueniẽtes ĩ ipsis ꝓpe urbis Romae portis
spoliarẽtur:utq; securãciae praefecti uice quondã filio:Caprarolam(qđ oppidũ ẽ)redde-
rẽt:cũ oĩa fere ipsius praefecti bõa possiderẽt.Vtrũq; uero nõ mõ facere recusarũt:ueꝝ
etiã minas addidere:iactãtes saepius se comitis Auersae filios esse:nec lacessẽtibus parci-

turos. Tū uero Paulus clāculū patis rebus oībus ab bellū necessariis supuenītibus etiā regijs copiis:quītodecimo die posteaq̄ incohatū ē.bello eos īcautos:& nil tale opinātes oppressit:redactis ī potestatē ecclesiæ nouē castellis:quoꝝ de nūero aliqua ita munita natura & arte erāt:ut uix opera hoīum expugnari posse crederēt.Deiphæbus aūt ueritus ne captus ad regē mitteret:salutē sibi fuga quæsiuit.Capit aūt Frāciscus frater cum filio & quīquēnio ī arce Hadriani retētus:demū creato Sixto liberat.Hinc postea inter paulū & regē ipsū ortæ graues inimicitiæ fūt:cū Ferdināndus hoc tanto merito peteret superioꝝ ānoꝝ tributū.qđ ecclesiæ pēdebat sibi relaxari:& qđ deīceps soluturus esset diminui cū regnū Siciliæ patruus suus possideret:cuius ipse una cū regno Neapolitano uectigal pēderet. Inspiciēda dicēs & sua merita & cōsiderādū:quid posset ī cōtrariū accidere:cū diceret se cōtinuo acies quasdā ī armis habere nō magis sua q̄ pōtificis romani gratia:ut ī bello cōtra auersanos paulo ante nouerat.Cōmemorabat uicissim Paulus merita ecclesiæ erga Ferdināndū:atq; hoc mō altercationibus ī lōgū res ipsa semp ꝓtracta ē:cū uterq; repetēdi ius suū tēpus quæreret.Moliri res nouas rex īterim cauebat:Iacobi picēnini q̄ Sulmonē ī marsis & alia oppida tenebat potētiā ueritus:quē postea Frāciscus Sfortia socer ad regē misit:data fide se quotiēs libuisset incolumē redituꝝ. Verꝝ aliter Iacobo q̄ putarat accidit:captus enī Neapoli a Ferdināndo cū filio & ī carcerē cōiæctus:nō ita multo post uita priuat:figmēto adhibito qđ ī carcere ipso decidens crus fregisset:dū redeuntes ab Ischia(quā Aenariā antiqui uocabāt)triremes regis de gallis uictrices studiosius q̄ cautius p fenestrā īspicit. Sūt qui arbitrāt hoīem adhuc uiuere: qd ego nullo mō credo:cū nullus esset ī Italia aptior:si auctoritatē hoīs ī militia respicis ad euertēdū Ferdināndi regis īperiū.Substiterat ī uia hac re cognita(Senis nāq; erat) ducis mediolāi filia Neapolim ad maritū itura:ut fidē faceret nulla patris sui culpa Ferdināndū in Iacobi picēnini necē cōspirasse.Quid aūt ea de re suspicati sint hoīes optime nouimus.Fuere etiā qui dicerēt id prius a Paulo pōtifice icitū foret: cū illis diebus archiepiscopus mediolanēsis a pōtifice ad regē & a rege ad pōtificē frequēter cōmeauerit Cūq; Paulus ipse dixerit audita hoīs captiuitate:appellationū iudicē e medio sublatum esse.Sed uerꝝ est illud uirgilianū. Nescia mēs hoīum fati sortisq; futuræ. Nullius enim magis q̄ Iacobi picennini opa reprimere Ferdināndi cōtumaciā Paulus potuisset:si tū in uita fuisset quādo īter eos de soluēdo tributo contentio est orta:ac bellū prope certū. Nā celebratis nurus ac filii nuptiis hac una re & Iacobi morte stabilito regno Ferdināndus cū pōtifice instat:ut & tributum ei diminuat:& quædā oppida quæ de regno possidebat ecclesia ei redderēt.Misit eo Paulus Bartholomeū rouerellā legatū tituli sancti Clementis presbyteꝝ cardinalē : qui regis mentē aliqua ex pte leniuit. Verebat tum (credo)uterq;:ne solis ac lunæ ecthlipses:quæ tunc fuere cum maxia hoīum admiratione regnoꝝ mutationem portenderent.Morit tamen(ne corpora cælestia frustra pati existimes)sequenti āno Frāciscus Sfortia Insubriæ & Lyguriæ dux.Nā Genuæ dominatum biennio ante adeptus fuerat:dedentibus se se ciuibus diutino bello ptim īestino & graui:partim externo agitatis.Galloꝝ enī dominatum quem spōte petierāt reicientes ad sex millia gallici noīs ante oculos Renati regis īterfecere:q cum triremibus aliquot bene armatis aderat:recuperādæ urbis cā:quæ iā a gallis defecerat. Mortuo itaq; Frācisco Sfortia mediolanensium duce:cardinales statī Paulus ad se uocat:qd esset agēdum cōsulit.Censuere omnes mittendas esse litteras & nūcios ad prīcipes Italiæ ad populos:q eos adhortarent nil noui moliri:sed pacē ante initā seruare:maxie uero tā iniquo tpe quo a Thurco cōmuni christianoꝝ hoste uexaremur. Præterea uero epūm conchensem Mediolanū mittit oratū populū illū:ut nil antiquius fide putaret quā Galeatio Francisci filio præstiterat. Aberat tū Galeatius iussu patris in Galliā cū exercitu missus:dum rex Alouisius cū prīcipibus regni dicto suo haud quaq̄ obtemperantibus bellum gerit.Ex fœdere enī dum Genuā ī pheudū accipit præsidia rega Frāciscus subministrabat.Requirebat & hoc affinitas īter eos cōtracta: cum Galeaz reginæ ac ducis Sabaudiæ sororē ī uxorē accæpisset . Qui cognita patris morte relicto bello:qđ regio noīe cōtra Burgundiæ ducem incohauerat:Lugduno abiens:ac cum paucis pmutata

ueste ĩ patriã rediẽs:ditione paterna auxilio matris quæ populos in fide cõtinuerat:sine
ulla contentione potitur. Paulus uero cõpositis hoc modo Italiæ rebus:cum ĩtelligeret
militiã Rhodiorum militum ob ĩopiã ad nihilũ redigi:eorum magistrũ ac primates religionis
ad se uocat corrigẽdi erroris causa:qui post frequẽtes cõuẽtus ad. S. Petrũ habitos tedio
animi & senio confectus moritur:sepeliturq; in basilica sancti Petri nõ longe a sacello
sancti Andreæ:in cuius locũ Carolus ursinus suffectus:Rhodũ ad tuẽdã insulã propere
mittitur. Interim uero cũ Paulo nũciatũ esset in Poli oppido in Equicolis posito mul-
tos hæreticos inesse:dominũ loci cũ uiris octo & fœminis sex cõprehẽsos:& ad se pdu-
ctos:cognitoq; omniũ errore ignominia notauit:& quidẽ grauissima eos potissimũ qui
ptinaciores fuere. Nã mitius cõ his est actũ:qui errorẽ cõfessi ueniã petiere. Erant enim
eius sectæ:quã a peruersa mẽte opinionis esse dicimus:q dicerent nullũ uerũ christi ui-
cariũ esse eorum q post Petrũ fuere:nisi q paupratẽ christi imitati sunt. Aucto deide car-
dinaliũ numero:ad. x. eni eodẽ tempore creauit:quorum de nũero ii fuere: Frãciscus sauo
nẽsis ordinis minorum generalis. M. Barbo præsul uicẽtinus:cuius opa & cõsilio magnis
ĩ rebus sæp ẽ usus:Oliuerius archiepiscopus neapolitanus. A. episcopus Aquilanus: The
odorus Mõferratus:reliqui ptim galli:ptim ungari & Angli sunt habiti. Senatu itaq; in
hũc modũ aucto:ad cõponẽdã Italiæ pacem totus cõuertit. Nã cũ florẽtini quidã a fa-
ctiõe Petri medices ciuili discordia pulsi:ut Detesaluus Neronius & Angelus Acciolo-
lus:ac Nicolaus sudorinus Bartholomeũ bergomatẽ cõcitassent:qui magnã uim equi-
tũ ac peditũ habebat:ut ĩ Hetruriã cũ exercitu mouẽs:se ac extorres oẽs ĩ patriã redu-
ceret:adiuuãtibus etiã uenetis occulte tamẽ primo quidẽ impetu posse & uelle subuer
tere totã Italiã uisus est. Verum cũ ĩ flãminea Galeaciũ ducẽ mediolanẽsem obuium ha-
buisset cũ regis ac florẽtini populi copiis:habenas ĩhibuit:& cũctando potius q̃ pugnã
do uincere ãnixus ẽ. Pugnatũ ẽ tamen semel atq; acriter comitis urbinatis auspiciis in
agro bononiẽsi ad Ricardinã(id ei loco nomẽ ẽ)dũ castra metat:quo quidẽ tpe de Ber
gomate actũ certe erat:si tũ Galeatius affuisset:q Florẽtiã cõponẽdæ rei bellicæ cã pfe-
ctus paulo ante fuerat. Ferũt qui tãto prælio ĩterfuere:nusq̃ ætate nostra maiore cõten
tiõe certatũ eẽ: nec prælũ antea fuisse ĩ quo plures desiderati fuerit tũ aũt ueneti sibi
potius q̃ homini cauentes:cohortibus aliquot & turmis ei in auxiliũ missis pacem eni-
xius quærere:eius conficiendæ arbitrium omne in pontificẽ deferentes. Qui rei suæ
quoq; admodũ timens:si uictoria ad regem & ducem recideret:ut pax cõficeret insta-
bat. Erat eni opinio quorũdam hominũ nõ uulgariũ Bartholomeum conniuente põ-
tifice padum traiæcisse:quo mutato Florẽtinorum statu inferre bellum Ferdinãdo re-
gi cõmodius posset:cui ita infensus erat:ut accire cõtra eũ nouos quoq; ĩ Italiã hostes
cogitauerit. Vocatis itaq; ad se oĩum principũ legatis pacem his rationibus cõposuit:ut
utraq; pars quæ bello cæperat redderet:utq; Bartholomeus copias suas in Cisalpinam
Galliam reduceret:seruareturq; pax illa:quæ antea inter Franciscum sfortiam & uene-
tos apud Laudam pompeianam composita fuerat. In una re tantũ addubitatum ẽ: ex-
cluderetur ne a pace Italiæ Sabaudiæ dux uel Philippus frater:qui eo ãno uenetorum sti-
pendiis militauerat:puinciam Galeatii bello uexauerat. Petebãt ueneti ut ĩter fœdera-
tos is quoq; censeretur. Negabat id fieri posse Galeacius:cũ diceret se nunq̃ pro amico
& socio habiturum:quem rex Franciæ hostem haberet. Verum tantũ ualuit Paulus blan
ditiis & pollicitationibus: ut legatum Galeacii contra principis sui decretum in senten
tiam sui ipsius traxerit. Hanc ob rem iratus Galeacius:& Laurentium pisauriensem le-
gatum suum exilio mulctauit:& sabaudienses ita bello uexauit:ut eos pacem exposcere
coægerit:quæ quidem ex arbitrio regis Franciæ postea composita est interueniẽtibus
& reginæ & uxoris Galeatii precibus:quæ ducis sabaudiæ sorores sunt. Compositis au-
tem hoc modo rebus Paulus ad ocium conuersus:populo romano ad imitationem ue
terum ludos q̃ magnificentissimos & epulum lautissimum instituit: procurante eam
rẽ Vianesio bononiensi põtificis uicecamerario. Ludi autẽ erant pallia octo:quæ cur-
su certantibus in carnispriuio proponebantur singulis diebus. Currebant senes: adole-
scentes:iuuenes:iudei:ac seorsum pastillis primo quidem pleni:quo tardiores in cursu

essent. Currebant & equi: equæ: asini: bubali tanta cum omnium uoluptate: ut omnes
præ risu pedibus stare uix possent. Cursus autem & stadium erat ab arcu Domiciam us
que ad ædes sancti Marci: unde pontifex ipse solidam uoluptatem percipiebat. Hac etiá
í pueros cœno oblitos post cursum munificétia usus: ut singulis carlenum (núms argen
tei id genus est) cõdonaret. Sed ecce in tá publica omnium lætitia subitus terror Paulú
occupat. Nunciatur ei quosdam adolescentes duce Calimacho í eum cõspirasse: cui præ
timore uix respiranti: nescio quo fato nouus etiam terror additur. Aduolat enim qui-
dam cognométo philosophus homo facinorosus & exul: qui uitam primo & reditum
in patriam deprecatus nunciat: ac falso quidé Lucá Totiú romanú ciué Neapoli exulan
té: cú multis exulibus in nemoribus ueliternis a se uisum: ac paulo post affuturum. Ti-
mere Paulus ac magis trepidare tú cœpit: ueritus ne domi & foris opprimeret. Capiunt
ꝑmulti í urbe: tú ex aulicis: tú ex romanis. Augebat hoís timorem Vianesius. Augebát
& alii eius familiares: qui ex tanta ꝑturbatione aditú ad maioré dignitaté & uberiorem
fortuná sibi quærebát. Irrúpebant cuiusuis domú sine discrimine. Trahebant í carceré
quos suspectos cõiurationis habuissent. Et ne ego tantæ calamitatis exps essem: domú
ubi habitabá: mulus satellitibus noctu circundant fractis foribus ac fenestris ui irrum
punt: Demetriú lucensem familiaré meú cõprehendút: a quo ubi sciuere me apud car-
dinalé mátuanú cænare: statim accurrút: & me í cubiculo hoís captú ad Paulú cõfestim
trahút. Qui ubi me uidit: ita íquit duce Calimacho í nos cõiurabas? Tú ego fretus íno-
cétia mea: ita cõstanti aío respondi: ut nullú cõsciétie signú in me deprehédi posset. In-
stabat ille discinctus & pallidus: & nisi ueꝶ faterer: núc torméta mihi: nunc morté pro
ponebat. Tú ego cú uideré oia armis & tumultu circúsonare: ueritus ne quid grauius
ob formidiné & irá í nos cõsuleret: rationes attuli: quá ob ré crederé Calimachú nil ali-
quid tale unq̄ molituꝶ: nedú meditatú fuisse: ꝗ cõsilio: lingua: manu: solicitudine: opi-
bus: copiis: clientelis: armis: pecuniis: oculis postremo careret. Cæculus. n. erat & P. Lé
tulo somniculosior: ac. L. crasso ob adipé tardior. Omitto ꝗ nec ciuis quidé romanus
erat: qui patriá liberaret: nec præsul q̄ pontificatú sibi Paulo iterépto desumeret. Quid
poterat Calimachus? Quid auderet? Erat ne lingua & manu ꝓmptus? Habebat ne ad
tantá rem cõficiendá certos hoíes delectos & descriptos: quoꝶ opera uteret? nisi forte
uellent Glaucum & Petreiú fugæ suæ comites: alteros gabinios ac Statilios esse. Tum
Paulus ad Vianesiú conuersus: hic inquit (me toruis oculis aspiciens) torméto cogédus
est uerum fateri: ná cõiurandi artem optime nouit. Vtiná cõsideratius mecú egisset Pau
lus: nõ. n. me statim torméto subiæcisset. Ná cú ueꝶ cõiæctura quærit: nec de facto cõ
stat í cõiuratione potissimú: & quæ ante suscæptú negociú: & post sint gesta quæritur.
Cõsiderat uita cõiurátis: cõsiderat mores: ambitio: cupiditas tú facultatú tú honoꝶ &
siquid antea dictum: scriptú: aut factú sit quod eo tendat. Horum nihil cõsiderauit Pau
lus in carcerem nos conicit. Verum cú admoneretur ab his qui bene sentiebant: qui-
busq; exploratum erat Lucam Totium nusq̄ pedem Neapoli mouisse: ne tantú tumul-
tum cum suo discrimine concitaret: reuocat edictum tertio die quo prœmia illis pro-
ponebat: qui Lucam reum maiestatis uel uiuum uel mortuú í suá potestaté redægisset:
nõ tamé quadratios fratres: quos ob eam suspicioné cæpat & torserat: dimisit. Subesse
aliquá latentem causam uideri uolebat: ne leuitatis argueret. Liberatus hoc metu Pau-
lus ad nos statim animú adiicit. Mittit í arcem Hadriani uianesium cum Ioanne Fran-
cisco clugiensi sanga & satellite qui nos quouis genere torméroꝶ adigat: ea etiam fate-
ri quæ nusq̄ sciebamus. Torquentur prima & sequéti die multi: quoꝶ pars magna præ
dolore í ipsis cruciatibus cõcidit. Boué Phalaridis sepulchrú Hadriani tú putasses: adeo
resonabat fornix ille cõcauus uocibus miseroꝶ adolescentum. Torquebatur Lucidus
homo omnium ínocétissimus. Torquebatur Marsus Demetrius: Augustinus Campa-
nus optimus adolescens: & unicum sæculi nostri decus: si ingenium & litteraturam in-
spicis: quibus cruciatibus & dolore animi mortuú postea crediderim. Fessi tortores nõ
tamé satiati. Ná ad uiginti fere eo biduo questioni subiæcerant: me quoq; ad pœná uo-
cant. Accingunt se operi carnifices: parant tormenta: spolior: laceror: trudor tanq̄ cras-

fator & latro. Sedet Vianesius tanq̃ alter Minos stratis tapetibus: ac si i nuptiis esset: uel potius i cœna Atrei & Tătali. Homo inq̃ sacris initiatus: & quē sacri canones uetant de laicis questionē habere: ne si mors subsequat: qd i tormētis iterdū accidere solet: irregularis (ut eorum uerbo utar) & ipius habeatur. Neq; hoc quidē cōtentus. dū pēderem miser in ipsis cruciatibus monilia sangæ clugiensis attrectās hoiem rogabat: a qua puella donū amoris habuisset. De amoribus locutus: ad me cōuersus instabat: ut seriem cōiurationis: uel fabulæ potius a Calimacho cōfictæ explicarē: dicerēq; quid causæ esset: cur Pōponius: qui tū Venetiis erat: ad me scribēs patrē sanctissimū i suis litteris appellaret: te inquit pōtificem creauerāt coniurati oēs? Flagitat itē dederim ne litteras Pomponio ad iperatorem: aut ad aliquē christianū principem suscitandi scismatis: aut concilii causa? Respōdeo me nunq̃ consiliorum Calimachi participem fuisse: quippe cū inter nos simultas esset haud parua. Nescire item cur Pomponius me patrem sanctissimum appellaret: scitur ab eo nam paulo post uinctum affuturum dicebat. De pontificatu uero nō eē cur solicita eēnt q uita priuata semp cōtētus fuissē. Ad iperatorē uero me nūq̃ litteras misisse: nec Pomponii opa ea i re usū esse: id etiā ab eo sciturū. Tādē uero delinitus aliqītulum tot meis cruciatibus: non tamē satiatus: deponi me iubet nespi maiores subiturus. Deferor in cubiculū semimortuus: nec ita multo post reuocor a questoribus bene potis & pransis: aderat & Laurētius archiepūs spalatrēsis: petūt qd mihi colloqui fuerit cū Sigismundo Malatesta: qui tum in urbe erat. de litteris inquam; de armis: de præstantibus ingeniis: tum ueterum tum nostrorum hominum loquebamur: deq; his rebus: quæ in hominū colloquia cadere possunt. Minari tū Vianesius ac maiores cruciatus proponere nisi uerum faterer. Rediturum se die sequenti: meditarer interim ubi essem: & quibus cum mihi esset agendum. Reducor iterum ad cubile: ubi tantus me repente dolor iuasit: ut uitā cum morte cuperem cōmutare: recrudescētibus doloribus ob refrigerata membra quassa uehementer ac læsa. Recreabat me tamē non parum Angeli busali Romani equitis humanitas: quem anno ante Paulus i carcerem cōiecerat ob interfectum a Marcello filio Frācīscū cappociū. Id enim factū Angeli suasu Paulus dicebat. Angelus itaq; ac Frācīscus nepos quibus cū i eodē cubiculo diuertebā: quo minus doloribus & inedia morerer: suis manibus & medelas & cibum mihi afferebant. Post biduum uero Christophorus ueronensis Pauli medicus ad me ueniēs: bono inqt animo te esse iubet Paulus: ac de se bene sperare breuiq; liberum futurum. Sciscitor quādo id fore speraret? Respōdet homo liber audientibus oibus q tū aderant: non ita cito fieri posse: ne leuitatis & sæuitiæ argueret pōtifex: q illos quos tanto tumultu cōcitato cæpisset ac torsisset: statim ueluti innoxios dimitteret. Neq; hoc quidem contentus Paulus: quos paulo ante coniurationis & maiestatis accersierat: eosdem mutata sententia ob diuulgatam fabulam hæreseos accusat. Trahitur ad urbem Pōponius Venetiis captus: p totā Italiā tanq̃ alter Iugurtha ducit in iudiciū Pōponius: uir simplicis igenii neq; cōiuratōis neq; alicuius sceleris cōscius. Rogatus cur noia adolescētibus imutaret. Vt hō liber erat: qd ad uos iqt & Paulū si mihi fœniculi nomē ido? Mō id sine dolo & fraude fiat. Amore nāq; uetustatis āntiquorum præclara noia repetebat: qsi quædā calcharia: quæ nostrā iuuentutē æmulatione ad uirtutē incitaret. Trahit & Lucillus ad Vrbē tanquam reus maiestatis: qui in sabinis tetricam illam uitam ducebat: q ad Campanum scribens: quæ litteræ postea deprehensæ sunt: Heliogabali cuiusdam amores reprehendebat ita occulte tamen: ut nisi a conscio dignosci res ipsa non posset. Vianesius autem diligens pastor ad nos cum tormentis sæpius rediens: torto etiam Petreio Calimachi comite in fuga comprehenso: ac nihil confesso: q diceret ebriosam illam Calimachi collocutionem nullius momenti existimandam fuisse: omnia oculis collustrans: ne refractis parietibus tanquam Daedali ex alta arce uolaremus: carcerem subterraneum meditatur: ac fabris statim locat: eoq; conicit Franciscum Anguillaram Gattalusium. Franciscum Aluianū: Iacobū Ptolemeū quadriēnio ante molestia carceris maceratos. De libertate nostra iterum nullū uerbū fiebat. Erat nī imperator i urbe: uoti enim gratia uenerat cum magno comitatu; quem Paulus magna cum impensa

honorificentissime suscæpit : expensis decem & octo millibus nummum aureorum.
Ambos ex mole Hadriani sub eodem pallio a laterano redeuntes comitante honorato
quoq; inspexi. Substitit Paulus ī pōte:donec imperator equites aliquot crearet. Abeun
te deinde īperatore:cū iam metu omni liberatus eēt. Nam & equitū & peditum suorū
magnā ptem in urbē uocauerat:ueritus nequid tumultus a populo romano excitaret:
presente īperatore decimo mēse post captiuitatē nostram in arcem ueniēs:ne tantū tu-
multus frustra cōcitasse uideret:multa nobis obicit:sed illud potissimum:q; de īmor-
talitate animoꝝ disputaremus:teneremusq; opinionē Platonis:quā diuus Augustinus
christianæ religioni simillimā esse censet. Merito īquit Aurelius:Cicero deū inter phi-
losophos Platonem uocat:qui certe cūctos īgenio & sapientia superauit:hūc mihi dele
gi quo cū disputarem:qui & de ultimo hominis fine:& de diuina natura melius q̄ cæte
ri philosophatur. In dubiū inquit Paulus disputando deū uocabatis. Quod quidē omni
bus philosophis & Theologis nostroꝝ temporꝝ obiici potest : qui & animos & deū &
omnes intelligētias separatas disputādi:ac ueri inueniendi causa in dubiū plerunq; uo-
cāt. Praeterea uero hæretici sūt:ut ait Augustinus:qui quod praue sapiunt : pertinaciter
defendūt. Sanam disciplinā nunq̄ aspernati sumus:quod facere cōsueuerūt(ut ait Leo)
erroris magistri : qui seorsum ab ecclesia sentientes hæretici merito Hieronymo teste
sunt appellati. Rationē uitæ meæ postea q̄ sapere p etatē cœpi usq; ad hec tempora red-
dere uobis possum. Nullum mihi facinus impingi pōt:non furtum: non latrocinium:
nō sacrilegiū:non depeculatus:non parricidium:non rapina non simonia. Vixi ut chri
stianum decebat:cōfessionem & cōmunionē in anno semel præsertim īntermisi nunq̄.
Nil ex ore meo excidit:quod cōtra symbulum esset:aut hæresim saperet:nō sum imita
tus simoniacos:carpocratianos:ophitas:seuerianos:alogios:paulinos:manicheos:mace
donios:aliamue hæreticorum sectam. Præterea uero Paulus crimini nobis dabat:q; ni-
miū gentilitatis amatores essemus:cū nemo eo hujus rei studiosior esset:quippe qui &
statuas ueterꝝ undiq; ex tota urbe cōquisitas in suas illas ædes quas sub capitolio extru
ebat cōgereret:auecto etiam ex sancta Agnete beatæ Cōstantiæ sepulchro : frustra re-
clamātibus monachis loci:qui postea mortuo Paulo sepulchrum illud porphyreticum
a Sixto pōtifice repetiere. Præterea uero numismata ꝓpe infinita ex auro argento ære-
ue sua imagine signata sine ullo senatusconsulto ī fundamentis ædificioꝝ suorum mo
re ueterum collocabat:ueteres potius hac ī re q̄ petrum anacletum & Linum imitatus.
Cū uero nostra de re īter Palatinos episcopos & duos fratres esset aliquādo disceptatū:
quoꝝ alter erat ordinis Francisci:alter Dominici:uenerūt fere omnes in hanc sentētiā:
nihil esse ī nobis quod hæresim saperet. Verum cum Paulus in arcem uenisset: exclu-
deretur q; de industria Franciscus patronus noster ueritatis assertor : quo liberius Leo-
nardo loqui liceret:eadē dicit quæ pridie. Rogati sententiā qui tū aderant : & si ad nu-
tum pontificis aliqua ex parte loquebantur:nostram tamen causam leuiorem faciebāt:
ac pontificem mitiorem reddere conabantur. Solus autem inter omnes Lælius Valle
Romanus ciuis & aduocatus concistorialis nostram causam libere tutatus est. Confu-
tat omnia quæ a Leonardo dicta erant:queq; partim affirmauerat alter aduocatus An-
dreas sanctæ Crucis. Fit autem interdicendū de Academia mentio. Inclamat tū .M.
Barbus sācti Marci cardinalis nos nō academicos esse:sed fœdatores Academiæ. Quid
turpitudinis autem a nobis in Academiam prodierit certe non uideo:cum nec fures :
nec latrones:nec īcendiarii:nec decoctores essemus. Veteres academicos sequebamur:
nouos contemnentes qui in rebus ipsis nil certi ponebant. Paulus tamē hæreticos eos
pronunciauit:qui nomē Academiæ uel serio:uel ioco deinceps cōmemorarent. Iniun-
cta est hæc ignominia Platoni:ipse se tueatur. Volebat Paulus rebus in omnibus uideri
acutus & doctus:uolebat item uideri facetus:deridebat fere omnes cōtemnebat . Inter
rogat tū Pōponium hoiem irridēs:quod ei a teneris annis nomē īposuerāt parētes. Re-
spōdet Pomponius se binomium fuisse. Confusus nouitate rei Paulus substitit ampli-
us de nomine quærere. Ad me autem conuersus in omnem contumeliam ꝓrupit:omit
to q; mihi cōiurationē:hæresim:maiestatis crimē obiiceret:quæ oīa iam purgata erāt :


obiiciebat etiam ingratitudinem: q̄ i me licet ingratum officiosissus fuisset: si spoliare hoies emptione sua icognita causa: si carcere: si tormētis: si ignominia: si calúnia afficere beneficiú ē. Certe erga me beneficus & liberalis dici pōt Paulus & ego igratus: q tātoꝝ maleficioꝝ imemor ab urbe nō discesserim: suis mādatis obtēperas: suis pollicitatiōibus totiés frustratus. Abiit iide minabūdus: & ob irá quá tú eōcæperat nos usq ad iteggꝛánú retinuit. Ita eú credo iurasse quādo nos cæpit: & i carcerē cōiæcit: noluit pluris uideri. Dimissos tādem i ædibus suis uigiti diebus ita nos retinet: ut efferre pedē domo nō liceret. Vagari deinde p Vaticanú sinit. Fatigatus postremo cardinaliú precibus liberos tandē nos facit. Vocor nō ita multo post litteris a Lodouico Gōzaga principe Mātuano ad balnea Petriolana ualitudinis causa: quá i carcere dextero húero debilitatus cōtraxerá. Eo ut pficiscerer primo uetuit Paulus: q̄ diceret se breui rei meæ bene cōsultuꝝ. Eo tamē ac redeo spōdēte reditú meú Bessariōe cardinali niceno: uiro præstantis igenii & singularis litteraturæ. Fidē meá cōmēdat Paulus: ac crebro iactat optimá eius erga me uolútatē. Post discessú Borsii Estēsis: quē ad urbē cú magno equitatu uenientem magnificētissime & laute suscæperat: ducemq Ferrariæ creauerat: me breui uisuꝝ quo i me animo esset. Idq etiá oratoribus tú uenetoꝝ tú ducis Mediolanēsis: qui me ei cōmēdauerát sæpe pollicitus fuerat. Biēnio hac spe ductus uel frustratus: potius ire Bononiá instituerá cú Cardinali Mátuano eiusdē ciuitatis legato: quo minus id facerē uetat Paulus dicitq (ita erat urbanus & facetus) me satis sæpe & facultatibus potius q̄ litteratura idigere. Sed ecce dú expecto: ut mei tādē tot calamitatibus tot malis circúuēti misereaꝛ: pōtifex ipse apoplexia moriꝛ secúda hora noctis: solus i cubiculo nemine uidēte: cú eo die lætus etiá cōcistoriú habuisset pōtificatus sui áno sexto: mēse decimoquito calēdas Augusti. M.cccc.lxxi. Fuit aūt i hoīe quátú ad corpus ptinet maiestas pōtifice digna: erat eni magni ac uasti corporis adeo: ut dú ad rem diuiná pficisceretur solus emineret. Circa cultú corporis & si morosus nō erat: nequaq̄ tamē negligēs habebatur. Fuere etiá qui dicerēt eú dú i publicú pdiret faciē sibi fucis cōcinare. De apparatu pōtificio nō ē cur ambigas: maiores ab hoc uno supatos regno præsertim: siue mitrá uelis appellare: i quá multas opes cōtulit: coemptis undiq ac magnis precus adamātibus: saphyris smaragdis: chrysolitis: hyaspidibus: unionibus: & quicquid gēmarum i precio ē: quibus ornatus tanq̄ alter Aron i publicú forma húana augustiore pdibat. Inspici tú ab oībus uolebat & admirari. Hác ob rem nōnunq̄ pegrinos i urbe retinuit: intermissa ostēdendi sudariu cōsuetudine: quo a pluribus eodē tpe cerneret. Præterea uero ne solus differre a cæteris uideret: publico decreto mādauit pposita poena: ne quispiá bireta coccinea (ita appellant capitis tegmen) præter Cardinales ferret: quibus etiá primo pontificatus sui áno pánú eiusdē coloris dono dedit: quo equos uel mulas sternerent dum equitát. Voluit præterea i decretú referre: ut Galeri Cardinaliú ex serico coccineo fierēt: sed id quo minus decerneret uetuere illi qui bene sentiētes diminuēdá esse ecclesiæ pōpá non augendá cú detrimēto christianæ religionis prædicabát. Ante pōtificatú uero prædicare solebat: si sors unq̄ ei cōtigisset: singulis cardinalibus singula castella se donaturꝰ: quo uitádi æstus urbani causa secedere pcōmode posset. Sed pōtificatú adeptus nil minus cogitauit: pōtificatus tamē maiestatē tú auctoritate tú armis augere conatus est. Ná Tricaricēsem epúm i gallias misit: qui cognita Leodienliú & ducis Burgundiæ cōtentiōe eos ad cōcordiá reuocaret: sublato iterdicto quo Leodienses notati erát ob pulsú iniuria epúm suú. Veꝝ dú Tricaricēsis hæc q̄ accurare agit: ut id ad solú pōtificē ptinere ostēderet: a Leodiensibus cú eorum episcopo capiꝛ. Hác ob rē dux Burgundiæ inita pace cú Lodouico Fráciæ rege (tú.n. bellú iter se gerebát) adiuuáte ipso rege Leodienses grauissimis cædibus psecutus: eoꝝ urbē tādē euertit: & captos epōs liberauit. Præterea uero Paulus cognita regis Boemiæ pfidia i hoiem Laurētio rouerella epō ferrariēsi legato ita ungaros & germanos cōcitauit: ut breui & stirpem Georgii funditus sustulerit: & nomen hæreticoꝝ fuerit deleturus: ni Poloni id regnú ad se ptinere dicentes: Matthiá Vngariæ regē tenuissēt bello lacessitú: quo minus regno Boemiæ potireꝛ. Duo tamē bella & qdē pua i Italia suscæpit: quæ nulla re prius repetita bello sed isidus

primo īcohata:postea deseruit. Cū igit̃ Tolphæ ueteris dominos īsidiis primo:mox ar-
mis:cū id nō cessisset duce Vianesio aggressus eēt:obsideretq; locū & oppugnaret:sup-
uenientibus regiis copiis:quæ a bello qđ ī Flāminea cōtra Bartholomeū Bergomatem
gestū eē diximus:quo ī exercitu ursini militabāt repēte effusa fuga obsidionē deserit:cū
amplius sexaginta millibus passuū hostes abessent. Atq; ita Tolphā post lōgā cōtētionē
qua etiā ursinos sibi inimicos ac ,ppe hostes fecerat:decē & septē millibus nummū auri
emit: familiæ ursinæ potētiā ueritus:quæ dominis loci affinitate cōiuncta erat. Hisdē
quoq; artibus Robertū malatestā Sigismūdi mortui filiū aggressus:cū etiā dolo subur-
biū ariminēse cæpisset urbēq; aliquādiu oppugnasset:Laurētio spalatrēsi archiepō tātū
negocii ,pcurātē:supueniēte postea Fœderico comite urbinati cū regio ac florētini po-
puli exercitu & obsidionē relinquere coatus ē:& fuso turpiter ac fugato eius exercitu:pa
cē turpi etiā cōditiōe initā nō renuit. Affirmat Laurētius potiūdi Arimini: opportunita
tē amissā eē:dū auare nimiū stipēdia militibus psoluit:dūq; ignoratiōe reg͛ & tarditate
īgenii rē ipsā quæ momēto tpis colligit̃ ī bello potissimū ī lōgū ducit. Natura.n.ī rebus
agēdis ita pposterus Paulus erat:ut nisi fugatus rē q̃tūuis clarā & aptā īcoharet:aut īco-
hatā pficeret. Quāq̃ ipse iactare solebat.ut sibi ī multis usui fuisse:cū ī pluribus si ue͛
fateri uolumus sibi ac rōanæ ecclesiæ id admodū nocuisset. In colligēdis aūt pecuniis
ita diligēs fuit:ut fere sēp beneficia & epātus his cōmitteret:q officiū aliqđ uenale habe
rēt:unde elici munus posset. Oīa enī officia suo tpe uenalia erāt:quā ob rē factū ē:ut qui
eppiscopatum aut beneficiū uellet:officiū aliquod emeret: quo lenocinio quod uellet
consequeretur : superatis competitoribus omnibus doctrina & probitate uitæ quo-
uis magistratu & honore dignis . Præterea uero cum episcopatus uacaret : quo plures
ānatæ eodē tpe soluerēt̃:digniores:ut ipse prædicabat ad uberiores epātus mouēs.ma-
gnā pecunia͛ uim ūdiq; colligebat. Redimēda͛ quoq; pēsionū usū nō īprobauit. His
aūt pecuniis īterdū etiā ad liberalitatē utebat̃. Nā & cardinales paupes maxīe & epōs &
pricipes ac nobiles domo extorres:uirgies:uiduas:ægrotos frequēter iuuabat. Curauit
itē ut Romæ ānona cæteraq; ad uictū ptinētia uilius q̃ antea uēderēt̃. Aedificauit etiā
splēdide ac magnifice tū apđ sāctū Marcū tū uero ī uaticano:qđ ad munificētiā ptinet.
Venatione quoq; miro apparatu edidit duci ferrariēsi ī cāpo merulæ:huic aūt præfuit
eius ex sorore nepos. S. Luciæ cardīalis quē una cū Baptista zeno altero nepotes cardīa
les āte creauerat. Adire hoīem die dormiētē:ac noctu uigilātē:attrectātē gēmas & mar
garitas difficile erat:nec nisi postmultas uigilias:q̃ si tibi patuisset fores: audire hoīem
nō audiri ab hoīe necesse erat:adeo copiosus ī dicēdo hēbat̃. Morosus erat & difficilis:
tū domesticis tū externis:& sæpe qđ ,pmiserat mutata sētētia iuertebat. Volebat uideri
astutus rebus ī oibus:hāc ob rē pplexe nimiū īterdū loquebat̃. Quare amicitias prīcipū
ac populo͛ nō diu seruauit:q̃ uaria͛ ptium haberet̃. Varia cibo͛ genera sibi apponi
uolebat.& peiora quæq; sēp degustabat . Clamabat īterdū nisi quæ expetebat ex sentē-
tia ei apposita fuisset. Bibacissimus quidē erat:sed uina admodū pua & diluta bibebat.
Peponū esu cācro͛ pastillo͛:pisciū:succidiæ admodū delectabat̃ : q̃bus ex rebus ortā
crediderim apoplexiā illā qua e uita sublatus ē. Natura duos pepones & q̃dē prægrādes
comederat eo die:quo sequēti nocte mortuus ē. Iustus tamē est habitus & clemēs:Plæ-
rosq; aūt latrones poena carceris ad sanitatē redigere conatus ē fures:parricidas:pfidos:
periuros. Hūanitatis aūt studia ita oderat & cōtēnebat:ut eius studiosos uno noīe hæ-
reticos appellaret. Hāc ob rē rōanos adhortabat̃:ne filios diutius ī studiis littera͛ uer-
sari pateret̃. Sans esse si legere & scribere didicisset. Durus īterdū & īexorabilis siq̃d ab
eo peteres habebat̃:neq; hoc cōtētus cōuicia & pbra ī te cōiiciebat:plura tamē præsta-
bat:q̃ uultu factu͛ præ se ferret. Vno tamē postremo laudari pōt:q̃ domi mōstra non
aluerit:q̃q; domesticos suos & familiares ī officio cōtinuerit:ne ob fastū & insolētiā po
pulo romano & aulicis stomachū facerēt.

FINIS

Excellētissimi historici Platinæ ī uitas sūmo͛ pōtificū ad Sixtū.iiii. pōtificē maximū
præcla͛ opus foeliciter explicit:accurate castigatū ac īpensa magistri Ioānis uercelen-
sis .M.cccc.lxxxv.die.x.februarii.







PLATINA

...DRICI L...

...VITA CHRI...

1485